OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM CHIRVRGICARVM

Libri Quatuor posteriores.

Quorum I. DE Plagis, seu Vulneribus cruentis, casu, offensione, percussione, contusione ac concussione.
II. Vlceribus,
III. Fracturis,
IV. Luxationibus.

IN QVIBVS EORVNDEM CAVSSÆ, SIGNA, PROGNOSES ACCVRATE ET graphice depinguntur.

AVCTORE.
PETRO FORESTO ALCMARIANO
Med. Delphensi.

Cum Priuilegio S. Cæs. Maiest. ad decennium.

Nec non rerum ac materiarum Indice locupletissimo.



FRANCOFVRTI,
Apud D. Zachariam Palthenium.
Anno M. DC. XI.



CLARISSIMO, CONSVLTISSIMO, AC DOCTISSIMO VIRO, Dn Zachariæ Brendelio, Med. Vtriusque D. & in inclyta Salana eiusdem, necnon Physices Professori celeberrimo, suo amico venerando.

S. P.

QVatuor hosce Clarißimi Viri Dn. Petri Foresti, Obseruationum Chirurgicarum libros vltimos, Vir Clarißime ac doctißime, sub nominis tui amplißimi tutela publici iuris esse volo duabus de caußis. Primum quod priorum librorum inscriptionem tibi oppido gratam fuisse intellexim: deinde, vt interusurium præstitorum beneficiorum iterum persoluerem. Et cur non digni sint tali patrono, cum totam plane rem Chirurgicam solita sibi methodo auctor in iis absoluat: adeo quidem vt si iis priores quinque de Tumoribus præter naturam libros adiunxeris, Chirurgiæ Candidatis ac studiosis nihil amplius desiderandum sit, quod ad exactam artis illius scientiam conducere queat; vtque hisce nouem voluminibus instructi ad operationem ipsam seu ἐγχείρησιν, Deo auspice, progredi audacter possint, præcedente tamen necessario exacta Anatomæ, quam ex Riolano inter Neotericos exactißimo, sibi comparare poterunt, cognitione. Tuum iam est, vir clarißime, eosdem ea beneuolentia, qua priores, hoc est, promta ac dextra accipere: Paltheniumque tibi commendatum albo notare lapillo. Vale.

a tui cultore

Zacharia Palthenio D.

CATALOGVS
OBSERVATIONVM
CHIRVRGICARVM,

horum quatuor librorum.

LIBRI SEXTI.

qui est de plagis. seu vulneribus cruentis, casu, offensione, percussione, ac concussione contusione,

OBSERVATIO I. *De vulnere simplici, ex mala curatione facto lethali.*

II De vulnere perperam iudicato non esse lethale.

III. De vulnere Hepatis, M. Iacobi Carpi.

IV. De pulmone vulnerato.

V. De vulnere ventriculi.

VI De milite in splene vulnerato, Iac. Carpi.

VII. De vulnere abdominis, per quod omentum dilapsum erat, & ab indocto chirurgo abscissum.

VIII. De vulnere ventris seu abdominis, ad interiora penetrante.

IX. De sagitta vulneri infixa extrahenda.

X. De vulneribus venenato telo inflictis.

XI. De vulnere facto per incisionem in facie.

XII. De vulnere in facie prope maxillam sinistram satis alto & profundo: ex Carpo desumta.

XIII. Carpi, De vulnere quodam penes rasetum manus secundum transuersum inflicto,

XIV. Carpi, De altero quoddam in rasetu manus globo tormentario icto & laeso.

XV. De vulnere in oculi sinistri palpebra, Iacobi Carpi.

XVI. De adolescente sexdecim annorum, casu seipsum in pectore vulnerante.

XVII. De vulnere transeunte utramque partem tam posteriorem quam anteriorem ipsius thoracis.

XVIII. De quodam vulnerato in pede dextro, adeo vehementer, ut totus pes circa cauillam seu malleolos abscissus fuerit eui ingens dolor aderat. Iacobi Carpi.

XIX. De quodam vulnerato in cubito brachii sinistri, ut totum os cum suis neruis incisum esset, & ex dolore metus esset de spasmo: Iacobi Carpi.

XX. De paralysi pollicis, ex incisione musculi: Laurentii Bruaruck.

XXI. De syncope in vulnerato.

XXII. De desipientia seu delirio ex ictu.

XXIII. De simplici vulnere in carne.

XXIV. De vulnere profundo & occulto, quantum ad latitudinem eiusdem, in parte superiore dorsi.

XXV. De cano vulnere.

XXVI. De cicatrice inducenda Iac. Carpi.

XXVII. De vulnere facto in crure, cum contusione a bombarda.

XXVIII. De contusione absque vulnere.

XXIX. De iuuene quodam ex saltatione supra palum cadente, ac seipsum laedente

XXX De casu ab alto, in quo timebatur conquassatio seu offensio membrorum internorum.

XXXI. De offensione & casu.

XXXII. De iis qui ex nimio pondere leuato aliquid mali in corpore senserunt.

XXXIII. De submersione aqua.

XXXIV. De ictu ac vulneribus illatis ab animalibus venenatis.

XXXV. De vulnere cum profusione sanguinis ex arteria.

XXXVI. De sanguinis profusione ex vulnere.

XXXVII. De vulnere in manu per transuersum facto, tendonibus ac neruis transcissis.

XXXVIII De nerui punctura.

XXXIX. De vulnere in iunctura & loco neruoso facto, phlegmone accedente, unde humidum quid exstillabat.

XL. De nerui contusione.

XLI. De crure serra ablato.

XLII. De capitis contusione.

XLIII. De simplici contusione capitis, absque disruptione cutis.

XLIV. De contusione capitis, cum ruptura cutis.

XLV. De rustico quodam, claua vulnerato, in oculo, usque adeo ut inde visum amitteret.

XLVI. De vulnere brachii, & de altero sub scapula, & de tertio in dorso, penetrante ad interiora.

XLVII. De vulnere thoracis, transeunte in pulmonem: in quo, facta praedictione, ipse vulneratus obiit.

XLVIII. De vulnere cum ense facto, penetrante ventriculum, lethali.

XLIX De tibia vulnerata: ex quo vulnere subsequuta est mors.

L. De vulnere lethali sub planta pedis.

LIBRI SEPTIMI,

qui est de vlceribus.

OBSERVATIO I. *De crure vlcerato & excoriato in superficie, in quodam hydrope laborante.*

II. De vlcere quodam inueterato & maligno.

III. De vlcere alio quodam maligno curato.

IV. De vlcere quodam ab omnibus medicis derelicto, & casu curato, deinde & de quodam in deploratis vlceribus experto medicamento.

V. De quodam habente vlcus calidum in tibia.

VI. De vlcere cum dolore in quodam phlebotomo.

VII. De erysipelate vlcerato.

VIII. De contusione, in qua metus erat de abscessu frigidiore.

IX. De supercrescente carne in vlcere.

X. De vlcere verminoso.

XI. De vlcere cum ossis corruptione.

XII. De vlceribus malis & malignis inueteratis.

XIII. De vlcere virulento, corrosiuo, ambulatiuo, exedente.

XIV. De vlcere sordido & putrido.

XV. De vlcere profundo & cauernoso.

XVI. De fistulis, seu callo obductis, sinuosis & arctis vlceribus.

XVII. De excrescentia cancrosa supra oculum vlcerata.

XVIII. De vlceribus tibiarum.

LIBRI OCTAVI,

qui est de fracturis,

OBSERVATIO. I. *De costarum contusione, in qua metus erat fracturae.*

II. De quodam qui fracturam cruris patiebatur.

III. De inferiore maxilla confracta.

IV. De vertebris seu spondylibus colli attritis & confractis sine vulnere vel potius contusis.

V. De fractura furculae pectoris.

VI. De fractura costarum, & plicatione earundem.

VI. De fractura coxae.

VIII. De humero, ac deinde etiam brachio fracto.

IX. De tibia fracta.

LIBRI NONI,

qui agit de ossibus luxatis.

OBSERVATIO. I. *De coxa luxata.*

II. De maxilla inferiore seu mandibula luxata.

III. De vertebris spinae luxatis & fractis, unde mors subitanea subsequuta est.

IV. De humero luxato.

V. De cubito luxato.

VI. De femore luxato.

VII. De genu articulo e suo loco paululum moto.

VIII. De pede luxato.

OBSER-



OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM.

CHIRVRGICARVM.

Liber Sextus,

De *PLAGIS, SEV VVLNERIBVS CRVENTIS, casu, offensione, percussione, contusione, ac concussione:*

D. PETRO FORESTO Alcmariano, Reip. Delfensis medico, auctore.

Sunt etiam interiecta quadam Obseruationes Iac. Carpi Chirurgi Bononiensis.

OBSERVATIO I.

De vulnere simplici, ex mala curatione facto lethali.

PVer annorum duodecim, cum
chely luderet, in pago Langedi-
ickio vocato prope Alcmariam, &
cum alius quispiam puer, chelym
auferre cupiens, ipsum aliquo mo-
do offenderet, altercatione ac rixa inter ipsos ob-
orta, vnus alterum præcurrentem, cultello emis-
so vulnerauit in clune, vulnere tamen non ita pro
fundo: sed cum chirurgus rusticus imperitus, i-
2 stius pagi inquilinus, ipsum aliquot diebus male
tractasset, ac indebito modo medicamenta adhi-
buisset, vulneri phlegmonem induxit: quam cũ
multo minus curare nosset, tandem gangræna
vulneri ac locis circumuicinis suborta est: ac pau-
cos post dies mors. Quamuis enim parentes pue-
ri me aduocari iussissent, tamen cum gangrænam
confirmatam esse viderem, puerum propediem
moriturum iudicans, rem pro deplorata reliqui;
monens chirurgum, vt posthac cautius se gerat:
nã vulnera quæ leuia videntur, si præpostero or-
dine curentur, id est, aut nimis cito consoliden-
tur, aut non bene expurgentur, aut suppuratio
non bene promoueatur, mala & incurabilia fiũt,
& primo gangrænam aut sphacelum, ac postea
mortem inducunt.

SCHOLIA.

Vulneris definitio.

CVm in hoc libro sexto Obseruationum &
Curationum nostrarum Chirurgicarũ pro-
posuerimus tractare de *plagis* seu *cruentis vulneri-
bus*, breuiter scire oportet, quod chirurgi recen-
tiores vulnus definiunt *solutionem esse continuita-
tis, recentem, cruentam, sine pure seu putrefactione in
particulis mollioribus extrinsecus incidentem.* Hanc
Auicennæ interpres non modo, sed & omnes
communiter *plagam* appellant. Atque huius de-
finitionis examinationẽ inuenies apud Tagaul-
tium *lib. 2. de vulneribus cap. 1.* Sic & Fallopius li-
bello De vul. cap. 1. *Vt possimus*, inquit, *integram
vulnerum rationem tractare, primo videndum, quid
sit vulnus, deinde quot differentiæ, quib. species vulne-
rum distinguantur: tertio quid sit sperandum: quarto,
qua ratione sanandum sit vulnus.* Quod ad primum
attinet, vulnus solutio est continui, idq; consen-
su omnium scriptorum. Vt autem pateat melius,
quid sit solutio continui, *vt innuit. Auicenna &
Gal. in 3. & 4. methodi*, solutioni continuitatis cõ-
traria vnitas vel continuitas. cognita recte vnio-
ne partium, cognoscetur & solutio cõtinuitatis.

Soluta vnitatis varia species.

Verum solutæ vnitatis variæ species sunt apud e-
undem Auicennam: *Vulnus*, inquam, *vlcus, aper-
tio, scissura, excisio, punctura, incisio, fractura, contu-* 3
sio, & id genus alia. Nomina autem solutæ vnitatis
apud Galenum. *4. Methodi* med. sunt *vlcus* quod
in carne est, *fractura*, in osse, *conuulsio* siue *distensio*,
in neruo, *auulsio* vel *diuulsio* in ligamẽto, *ruptio* in
musculis, *collisio* vel *contusio* in vasis proprie. Con-
tinuum quoque soluunt *sanguinis subter cutem ef-
fusio, oris apertio, transcolatio*, de quibus alias dixi-
mus. Ceterum vtrum vulneris diffinitio bene in-
stituta sit, & an vulnus simplex morbus sit, an cõ-
positus, an affectus partium similarium vel dissi-
milariũ, & multæ similes quæstiones dilucide ex-
plicantur ab eodẽ Fallopio; præsertim *primo ca-
pite dicti libri De vulneribus*: & 2. cap. vbi enume-
rat species omnes solutæ vnitatis: & 3. vbi vulne-
ris diffinitionem exactissime dat: & *4. cap.* vbi vul-
nerum differentiæ enumerantur. Quæ omnia a-
pud ipsum videre poterimus. nostrum enim non
est omnia illa transcribere. Vulnerum autem tũ

Nomina solutæ vnitatis.

tẽ ex æquo possunt sanari & interficere ægros, & hæc mala vulnera a Celso vocãtur, a Galeno grauia & difficilia. Vt hæc igitur cognoscãtur, & possit prænuntiari successus vulnerum, quatuor sunt obseruanda Primo *pars affecta*: secundo *morbus ipse*. tertio *habitus corporis*: quarto *res naturales*. Circa primũ caput obseruandũ est *membrũ vulneratũ, & eius præstãtia, & dignitas*, secundo *an pars dura, an mollis*, tertio *an calida, an frigida*, quarto *eius situs, an profunda, an eminẽs*. quinto *numerus partium*. vltimo *vsus partium*. Quod ad secundum caput, consideranda est *magnitudo morbi, qualitas, situs, symptomata coniũcta morbo*. vltimo *complicatio aliorum morborum cum vulnere*. Circa tertium caput obseruãdus est *habitus totius corporis, an bonus, un malus: an cacochymum sit corpus*, in tali corpore vulnus lethale est, si sit alicuius momenti. Oportet etiã obseruare *habitũ singularum partium, & an in toto corpore sit aliqua affectio mala, aut si vulneratus laboret febre, vel morbo Gallico, vel alia labe vniuersali totius corporis*. præterea ætas obseruanda est diligenter. Circa vltimũ obseruandæ sunt res nõ naturales, vt *victus precedens, & præsens, & plenitudo, & euacuatio corporis, & motus, & quies, vigilia & somnus, & loca, in quibus consistunt vulnerati*. Aer enim maxime facit ad præsagiũ vulnerũ: ita etiam
7 *tẽpestates*, & *animi passiones* sunt obseruãdæ. Sit autem vobis hoc pro exemplo præsagiẽdi: *Si vulneretur pars nobilis ab instrumẽto infecto, & pars ipsa sit principiũ alicuius facultatis, & semper sit in motu, & sit in corpore cacochymo, certã mortẽ prænunciabitis, etiã si nõ adsint omnes istæ conditiones, dũmodo aliqua earum adsint*. At in vulnerato, quem isti Delphenses chirurgi præ manib. habebãt, etiam in morte ipsa totum corpus colore viridi ad citrinitatẽ declinãte infectum erat, magnam in vulnere arguens corruptionem, vt isti chirurgi imperite iudicarent, hominem icteritia infectum. Quare hæc de præsagiendi ratione in vniuersum sint dicta: quæ ipsa postea etiam ex Scholiis tum exemplis sequentibus multo clariora euadent.

SCHOLIA.

Nota & iudicia vulnerũ vnde petantur.

IVdicia vero seu signa prognostica vulnerũ, sicuti etiã & omnis solutionis continuitatis, desumuntur ex substantia, vsu atque actione affectæ cuiusque particulæ: & præterea ex propria ipsius dispositionis seu affectus essentia, item ex symptomatis quæ vulneribus ipsis accidunt, *vt ex sequentib. patebit*. Itaq; iudicat Galen. *li. 4. Ther.* quod magna & grauia vulnera nõ mediocre adferũt periculũ. Trifariã autẽ vulnera ipsa, vt & reliqua omnia vitia, grauia magnaq; reddũtur. Nẽpe vel propter afflictæ partis excellentiã, vel præcellentiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea quod sunt cacoethe, id est, maligna, contumacia & rebellia. Hinc vulnera quæ in capite accepta sunt, aut intra thoracem, intraue etiã peritonæum penetrauerunt, nõ paruum periculum aduehunt, potissimum si quid interiorum vna sit vulneratum Quin etiam cacoethe esse, quæcunq; in articulos accepta vulnera sunt, id quoq; (*vt Galenus inquit lib. 14. Therap.* omnes fere sciũt:

Vulnera trifariam magna & grauia reddi.

Empirici quidem ex sola ipsa experientia: qui vero corporis naturæ scientiã cõparare studuerũt, ex ipsa vulneratarũ partiũ natura. Vbi enim tendones & nerui & carne vacua atq; ossea loca sunt, his doloris, vigiliarum, conuulsionis & delirii periculum instat. Adhæc vulnera quæ adeo magna sunt, vt suturis indigeant, aut si nõ his, certe deligatura, periculo nõ vacãt. Cuiusmodi sunt ea, quę 8 principales musculos per trãsuersum penitus diuidunt, magnasq; venas, neruos, arterias, atque etiã medullas ipsas discindunt ac contundunt. Primum (*nempe partis læsæ præstantiã*) hoc aphor. nobis expressit Hippocrates: *Vesica discissa* (id est, magno atque profundo vulnere diuisa) *aut cerebro, aut corde, aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuiorib. intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale est*. Ideo ego aliquãdo chirurgũ Alemariæ risi, qui cũ vulneratũ quendã curaret vulnus in dorso circa humerũ habentẽ, quod ipsum vulnus tamen nõ penetrabat, cũ tamẽ antea tabe laborasset, & cũ vulnus ad optimã saniẽ nõ perueniret, circa pectus etiã exterius oborto apostemate, deinde alio abscessu in latere, atq; alio in inguine & circa testiculos, tãdẽ abscessu aperto circa testiculos & pudendum, cũ materia purulẽta vna cũ vrina effluerent, chirurgus putabat substantiam vesicæ læsam & perruptam fuisse: quod si ita fuisset, æger paulo post obiisset. Verũ cũ nõ moreretur nisi post longũ tẽpus, idq; nõ ex vulnere aut apostemate, sed tabe consumtus ex hectica febre, qua etiam ante vulnus inflictũ laborauerat, manifestũ fuit ipsius vesicam neutiquam læsam fuisse. *Tertii* porro signi, vtpote mali moris vulnerũ, seu cacoethiæ mẽtionẽ ille idẽ Hippocrat. fecit in aliis aphorismis, vbi tradit *eos, quib. tumores in vlcerib. apparent, non admodũ conuelli, neq; insanire, verum his derepente euanescentib. quibusdã conuulsiones & distensiones fieri: quando scilicet vulnera a tergo infestant, quibusdã vero insaniam, vel dolorem acutum, vel lateris suppurationem, cũ scilicet in partib. anterioribus, quæ venosæ sunt atq; arteriosæ, vulnera contigerint, vel intestinorũ difficultatem (quam sanguineã nominant) si tumores sunt rubicundi, id est, sanguinei*. Idẽ mox subiungit: *Quod si in vulnerib. præualidis, siue fortib. & prauis, tumor non appareat, malum est ingens, hoc est, noxa est magna*. Etenim his suspicari licet materiã, quæ vulnerib. incumbere assolet, auerti, ac transmutari in sedem aliquam principem. Vulnera autem praua hic appellari ab Hippocrate (*vt Galenus ait in Cõment*) existimandum est, quæ sunt in capitib. aut finibus musculorum, & maxime neruosorum. Nã in capitib. musculorum, musculis nerui adnascũtur, ex finib. autem tendones oriuntur. Ceterum nomine periculi in præcedẽtib. intelligitur mors, 9 vel totius corporis vel particularis membri, quæ quidẽ vitæ est priuatio, aut (*vt dicunt*) maleficiũ, aut læsæ partis impotẽtia perpetua & inexpugnabilis, hoc est, priuatio sensus ac motus, ac propriæ actiõis ipsius, adeo vt nõ amplius mẽbrũ aut particula corporis nũcupetur, sed denominatione (*vt aiũt*) æquiuoce. veluti lapideus oculus, aut æreus vt voluit Arist. li. 2. de anima & quarto Meteor. Por-

Vulnera in articulis cacoethe esse.

Vulnera quæ suturis indigent, periculo non vacare.

Præstantia partis.

12. lib. 6.

Aph. 65. lib. 5.

Tumores derepente detumescentes, malum portendunt.

Aphor. 66. lib. 5.

Praua vulnera.

Nomine periculi quid intelligatur.

ro iudicii huiusmodi vulnerum cognitio*(vt dice-*
Vtilitas ac necessitas doctrinæ prognosticæ vulnerum.
*bat Tagantius,*quem sæpissime in *hoc libro* seque-
mur)ap prime necessaria est cuicunque chirurgo,
sed ei maxime, qui ex decreto magistratus super
acceptis vulneribus in prohibito conflictu, ac il-
licita pugna, iudicium rectum ac æquũ ferre cõ-
pellitur. Quare in puero hoc vulnerato, de quo
Obseruatione 1. huius libri egimus recte quis iudi-
casset, vulnus minime lethale fuisse, sed a rustici
medicastri imperitia lethale factum. Itaque ante
omnia scire debet chirurgus, quæ vulnera letha-
lia sint ac insanabilia, quæ difficilem curationem
Lib. 5.
habeant, quæ promtiorem. Est enim prudentis
hominis*(vt recte nos admonet Celsus)* eum, qui ser-
uari non potest, non attingere, nec subire speciẽ
eius, vt occisi, quem sors ipsius peremit. Hoc mo-
do cum ego accitus essem aliquando ad vulnera-
tum in pectore, vulnere transeunte in pulmonẽ
vsq; (nam accepta candela ardente vna atq; alte-
ra compresso ore, vti mandabam, aer seu spiritus
ex pectoris vulnere prorumpens candelas exstin-
xit) nec ego, nec chirurgus sanitatem polliceri vo
luimus, cũ malum incurabile esset: quamuis em-
Historia Empirici imperitè promittentis sanitatem in pulmone
piricus quidam superueniens audacter ipsi sani-
tatem integram polliceretur, rerum omnium, ac
præcipue artis quam profitebatur imperitissimus
homo: nã æger seu vulneratus ille, paulo post, vt
prædixeramus, & cum Empirici magna ignomi-
nia animã exspirauit. *Deinde* vbi grauis ictus, si-
ne certa tamen desperatione, est, indicabis neces-
sariis (id est, familiaribus & amicis periclitantis)
in difficili rem esse, ne si victa ars malo fuerit, vel
ignorasse, vel fefellisse videaris. Sed vt hæc *(inquã)*
prudenti viro conueniunt, sic tursus histrionis
est, paruam rem attollere, quo plus præstitisse vi-
deatur. Ceterũ *(vt ad propositum reuertamur)* sci-
re oportet ex mente Galeni in *Commentario apho-*
rismi paulo ante citati, vesica discissa &c. vulnerum
10 quædam esse valde ex necessitate lethalia, quædã
vero non ex necessitate, sed magna ex parte talia
esse, cõtra vero, quædam omnino sanabilia, quæ-
dam vt plurimum. *Lethalia sunt ex necessitate ac in-*
Vulnera ex necessitate lethalia.
sanabilia, quæ cordis substantiam penetrant.
Hæc enim protinus hominem e vita tollunt: vt e-
uenit Alcmariæ Ioanni choraulo sartoris filio,
ab Arnoldo Vento iuuene vulnerato: nam ab in-
flicto vulnere illico cum sanguine simul animam
Cordis vulnus cur lethale.
efflauit. Quãdoquidem corde sic percusso, totus
sanguis, ita imperante natura, affatim ad ipsum,
veluti ad præcipuam vitæ arcem, confugit, hic ex
omnib. corporis partibus, vt læsæ parti ferat sup-
petias, transmittitur, vnde maxima statim fit san-
guinis profusio, quam & spirituum resolutio mox
consequitur, vel in percusso viscere tumor præ-
ter naturam, maxime autẽ phlegmone excitatur,
vel tanta fit sanguinis collectio, obstructioq; tam
insignis, vt vitalis spiritus in corpus vniuersum,
vt oportebat, amplius diffundi non possit. Quo
fit vt venis & arteriis languescentibus, pallescente
vultu, & frigido, maliq; odoris oborto sudore,
extremisq; partibus frigidis apparentibus, ma-
tura mors sequatur. Cor enim neque solutionem

continui diu *(vt inquit Auicenna 2. primi 5.)* nec a-
postema vita permanente perferre potest. Refert
tamen Beniuenius *de abd. morb. caus. cap. 65.* sci-
Vulnera cordis.
ctum in cordis tunica curasse At Fallopius, *Pri-*
mũ, inquit, *locũ tenet vulnus in corde, quod necessario*
lethale est. Nemo enim vulneratus in corde diu super-
uixit naturaliter. nam si obseruemus præstantiã par-
tis, necessario mors sequi debet. Ita etiam si considere-
mus eius substantiam, quæ dura est, neq; potest aggluti-
nari: ita & si eius motum perennem spectemus: ac præ-
terea si temperiem. calidius enim omnibus aliis partib.
est cor, quod propterea facile potest inflammari. St ad-
Venæ cauæ vulnera.
datis postea magnitudinem vulneris, & habitum im-
becillem corporis, certissima erũt signa mortis. Succe-
dit vena caua, cuius vulnus necessario est lethale, non
quia nobilissima sit pars sed ratione vsus, quia cum to-
tum sanguinem contineat, ipsa etiam vulnerata totus
sanguis effluit præterea substãtia est neruosa, quæ rur-
sum gigni non potest. addatis situm profundum, qui nõ
põt manib. attingi. Ideo vulnera venæ cauæ necessario
sunt lethalia, nisi Dei munere sanentur Succedit arte-
Arteriæ magnæ vulnera.
ria magna, cuius vulnera lethalia sunt, easdem fere ob
caussas, propter quas & venæ magnæ vulnera. Præterea 11
Cerebri vulnera.
etiam ob continuum motũ, qui agglutinationem pro-
hibet. Succedit cerebrũ, de quo dubiũ est, an eius vulne-
ra sint lethalia, an non: tamen quia non mouetur, &
molle est, & frigida temperies, colligere possimus, eius
vulnus non esse necessario lethale. Nisi ergo vulnus sit
maximũ, & circa basim cerebri, & adnexum cum a-
liis morbis, vt cum inflammatione membranarum,
non est necessario lethale, sed vt plurimum, vel ex a-
quo. Si sit vulnus magnum, non autem maximum, &
sit cum ablatione substantiæ cerebri, cum inflamma-
tione membranarum, est lethale vt plurimum. Si au-
tem vulnus mediocre, sine ablatione substantiæ, & si-
ne inflammatione. est lethale ex æquo. Vulnera ergo ce-
rebri non sunt necessario lethalia, quia cerebrum non
est instrumentum vitæ & caloris naturalis, nec etiam
deseruiens instrumento vitæ, nec habet duram substan-
tiam, sed mollem & frigidam, quæ facile non inflam-
matur nec mouetur, sed quiescit: vt plurimum ergo
lethalia sunt, non autem necessario. Sed contra est Hip-
poc. in lib de vul cap. qui dicit, vulneratos in cerebro
mori. Respondeo, Galeni exemplo, qui Hippoc. apho.
sect. 6. aphor. 18. vbi qui habent resectum cerebrum,
vel vesicam, necessario mori dicit, de maximis tantum
cerebri & vesicæ vulneribus intelligendum putat. Ita
ego Hippoc. in lib. de vulneribus de maximis tantum
vulnerib. loqui puto, quũ ait, vulnerato cerebro mor-
tem necessario succedere. quod quidem ex eodem Hipp.
confirmatur, qui in 2. prorrhet. enumerãs partes, quæ
vulneratæ inducunt, mortem, eas dicit non ex æquo. sed
alias magis inferre, alias minus: eas autẽ inferre mor-
tem, quæ maximis vulneribus afficiuntur. loquitur
ergo Hipp. de maximis vulneribus. Hæc Fallopius.
Hinc & alii dicunt, quod & mortem etiam adfe-
runt ineuitabilẽ magna ac profunda vulnera sub-
stantiæ cerebri, iecinoris, diaphragmatis, stoma-
chi seu œsophagi, ventriculi, asperæ arteriæ, pul-
Cerebri vulnera.
monis, lienis, cystis fellis: renum quoq; & tenui-
um intestinorum, præsertim eius, quod *ieiunum*
appellatur, atque id genus aliorum membrorum
principa-

principalium aut ipsis principalib. membris seruientium, ministerio quidem, seu ad vitam necessario. Ideo autem vulnera eiusmodi lethalia ex necessitate dicuntur, quoniã nullius ex eis seruatur vnquã, mortemq; cõminãtur inexcusabilẽ, vt in sequentib. demonstrabitur. Seruari etiã nõ possunt Celso, quib. in spina, medulla percussa
12 est, & quib. circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisæ sunt. Vulnera vero ea non ex necessitate, sed secundum plurimum *mortalia* dicuntur, quæ ad regionem prædictarum partium perueniunt, vel eas leniter ac superficietenus duntaxat attingunt, non autem præalte adiguntur, nec effatu digna sunt. Adhæc quæ in capite musculorũ accepta fuerunt. Ob id autem mortalia vt plurimum, at nõ ex necessitate dicuntur, quoniã vulneratis, nisi rite tractentur, prorsus ex eis commoriendũ sit si vero in nullo peccatum sit, illos interdũ sanari contingit. Hinc Guido se quendam vidisse affirmat, qui in parte postica capitis vulnus acceperat, ex quo parua quædam portio substantia cerebri exierat (*vt ex memoriæ læsione cognitum est*) & tamen is a tali vulnere conualuit, restitutaque est illi ex integro, post curationem vulneris, memoria. Non tamen asserit illum superstitem permanere potuisse, si tota vna cellula, seu totus vnus ventriculus, per vulnus exiuisset, *vt de quodam Cellario refert Theodoricus*. Sed nec Galenus (*Comment. 18. lib. 6. Aphorism.* etiam adfirmat in illo adolescente, quem vulneratum vidit Smyrnæ in Ionia, viuente adhuc præceptore suo Pelope, aliquid substantiæ cerebri ademtum fuisse, sed duntaxat vulnus effatu dignum accepisse in altero anteriorum ventriculorum cerebri, quos ob id geminos natura condidit, vt si alter ipsorũ læsus fuerit, reliquus adhuc subseruiat. Sed & hoc tamquam admirabile, ac stupendum quoddam incredibileque spectaculum, seu naturæ miraculum narrat idem Gal. *lib. 8. de vsu partium corporis humani*: ipsumque adolescentem tandem sanatũ fuisse refert, Dei potius, vt credebatur, voluntate, quam vlla humana arte. *Quod si* (inquit) *ambo ventriculi simul fuissent vulnerati, ne temporis quidẽ momentum is viuere potuisset*. Vnde colligit ibidem geminitatis (vt sic dicam) quorundam organorum necessitatem. Cerebrũ itaque insigniter & ad ventriculos vsque vulneratum sanari, rarissimum est & pene incredibile, vt in Commentario aphorismi superius citati, (nempe *18. lib. 6.*) Galenus asseuerauit, vbi verum esse scribit, *quod magna vulnera, quæ consueuit Hippocrates ita nominare, discissiones & præcisiones, in prænominatis particulis mortem adferunt ineuitabilẽ fateriq; omnes, quod vulnera, quæ vsq; ad aliquem ventriculorum cerebri penetrant, procul dubio internecant, mortemq; adferunt præproperam*. De his egimus lib. *9. Obs. & Curat. medicinalium nostrarum obs. 35. & 36. de dolore capitis ex vulnere capiti inflicto*. Vide & alia exem-
13 pla *in Scholiis eiusdem Obser*. Sed & ille, qui in capite ad tempora lapide ictus fuerat, ilico mortuus est, vt videre potes *scholio obs. 32. eiusdem libri*. Porro vulnera cerebri & membranarum ipsum obuoluẽtium (quas Græci μήνιγγας vocant) ideo lethalia sunt. quoniam ad læsionem ipsius cerebri & membranarum ipsum continentium, sequitur læsio. & interdum abolitio actionis musculorum thoracis, & aliorum membrorum respirationi subseruientium. Horum autem actione deperdita, perire simul respirationem necesse est: vnde cordis quoque temperamentum soluitur, quo fit tandem, vt etiam animalis ipsius necessario sequatur interitus, *vt lib. 5. de loc. affect. scribit Galenus*. Cerebro igitur læso insigniter aut meningibus ipsum continentibus discussis, homini atque omni animanti prorsus commoriẽdum est. At nunc de hepatis vulnere. Sed prius casum M. Iacobi de Carpo Bononiensis, chirurgi expertissimi, hic ponamus, quem inuenimus *in libro M. Ioannis Tiengii manuscripto*.

Vulnera magna ex parte lethalia.

Adolescens qui ex vulnere cerebri cõualuit.

Vulnera cerebri cur lethalia.

OBSERVATIO III.

De vulnere Hepatis, M. Iacobi Carpi.

NEpos Magistri Iustiniani Fantini anno 1522. die 24. Iunii vulneratus erat in hepate, ex cuius vulneris orificio modica pars hepatis dependebat, quam Carpus in prima visitatione intromisit, aut reposuit: eandem tamen partem natura postea separauit. Altero die mane hoc medicamentum exhibuit: ℞. *rhab. optimi in substantia* ʒ. ß. *mũmiæ gr. x. rubiæ tinctorum gr. xx. cum pauco vino rubeo* fiat potus. Victus ratio hæc erat: Panẽ semel atque bis in aqua communi abluere iussit, vt caliditas panis amoueretur: deinde ponebat prædictum panẽ in aqua chalybeata, in qua bullitus erat hic sacculus, pulueribus sequentib. repletus: ℞. *masticis, tragac. gũmi arab. thuris. sem. plantag. ana* ℥ß. Et isto pane cocto cibabat vulneratum, donec sanguis in vulnere restrictus fuit. Tertio vero die capiebat syr. sequentem: similiter quinto, sexto & septimo die: ℞. *syr. de myrto* 14
℥. *syr. de end.* ℥ß. *aq. end. plantag. ana* ℥ i. ß. misc. Octauo die hoc pharmacum cepit. ℞. *rhab. electi* ℈ *iiii. schœnanthi gr. vii. mannæ electæ* ℥ *ii. cum aq. chamomillæ, end.* q. s. fiat potus. Modus vero medẽdi vulneris hic erat. In secunda visitatione, vulneri, prius tamen a sanguine absterso, tẽtam (ita enim vocant modice hoc emplastro illinitam imposuit: ℞. *sang. dracon. in lacryma, myrtill. boli arm. ana.* ʒ. *ii. rosar. rub. m. ii.* puluerizentur omnia subtilissime per se, & emplastrum ex eis cum albumine oui conficiebat. Deinde vulnus *oleo rosato* tepido inungebat circumcirca, & puluere *sang. draconis* aspergebat. Tertio stuppam in aceto infusam & expressam, & in dicto emplastro illinitam superposuit. Quarto peciam panni de *lana in aceto* infusam ponebat. Vltimo fasciauit & sic continuauit per quatuor dies. Postea dimisso illo emplastro tentam infusam in *oleo abietino* & *oleo rosato* imposuit, & circa vulnus cum *oleo rosaceo*, & *prædicto puluere* procedebat: vltimo loco peciam lini in *vino stiptico* infusam & bene expressam, in quo vino bullierant *saluia, rosmarinus, rosa rubea*. vulneri imponebat: & sic processit vsque ad septimam. Deinde præscripsit vnguentum generans car-

carnem, cuius descriptio hæc est: ℞. *olei abietini, myrtini ana ℥ ii. ceræ ℥ i. thuris, sang. dracon. ana ʒ ß* fiat vnguentum: quo vnguento illinebat tentam. pecia in vero ex lino illinebat vnguento *basilico maiore*, & aliquando *vnguento resinæ*. Postea consolidauit cum cerotis illi conuenientibus. & sic, Dei gratia, sanatus est.

SCHOLIA.

Hepatis vulnera.

GVido a Gauliaco asserit hepatis vulnera, etiam circa fibras ipsius, non admodum tamē profunda, nec cum ablatione alicuius portionis substantiæ ipsius, glutinari & prorsus sanari. Qua in re Galenum sequutus est, qui *in Comment. 18.*
15 *lib. 6 apho.* haud quaquam veritati consentanea eos dixisse refert, qui non solum vulnera, quæ in summa iecinoris partis consistunt, sanari posse adfirmabant, sed & profunda quoque in fibris eius facta, imo & fibras ipsas abscissas. Hic tamen, vt habet historia (*quam ex libro manu descripto a M. Iohanne Tengio medico fido habui, discipulo ipsius Carpi*) pars exigua hepatis a natura separata fuit, vulnere tandem consolidato. Ceterum quicquid sit, caussa, ob quā vulnera iecinoris magna ex parte lethalia sint, est, quia propter defectū nutritionis cor languet, ac emoritur, atque ita tandem deperit animans sed non ilico. Quādoquidem ob vitium hepatis & imbecillitatem, sine alimento permanens æger, diutius etiam sufficere potest, vt Gal. est auctor *lib. 5. de loc. affect.* sic inquiens: *Vbi iecur affectum est, tum ob ineduam moriuntur animalia: verum per lōga temporum spatia, in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt.* Sed de intemperie & morbis in cōpositione hoc loco potius agit. Si autem vulnera hepatis magna ac profunda sint, venaq; porta dicta iecinoris cauo commissa (vti Delphensi euenit, qui calcem vendebat, huic & mortem prædixi; cui a vulnere inflicto venter mirum in modum attollebatur, & liquida ac sanguinolenta deiiciebat) vel concaua ab ipsius gibbo prodiēs, dissecta fuerit, vel larga sanguinis profusione oborta, breui tēporis spatio moriuntur, qui ita sunt vulnerati, priusquam vulnera agglutinentur. Hepatis itaq; vulnera (*nam iuxta Fallopium, post cerebrum hepar sequitur*) aliqua lethalia sunt, aliqua non lethalia. Potest enim quoad substantiam, quoad motum, quoad vsum facillime sanari, si sit vulneratum, sed difficultatem faciunt particulę, ex quibus cōflatur, & situs. Si enim non vulneretur hepar circa venam cauam, & circa partem venæ cauæ vel portarum, nullo modo potest sanari: in reliquis autem partibus sanari potest. Leuia etiā eius vulnera vt plurimum lethalia sunt, magna vero, & quæ circa venam cauam sunt, necessario lethalia.

Historia vulnerati in vena porta iecineris.

Vulnera quoque diaphragmatis prorsus incurabilia sunt, maxime, si in parte eius neruosa fiant: hac enim parte exangue est, adhæc in continuo est motu: quæ duo sane prohibent, ne labra vulneris agglutinentur. Neruosa namque corpora semel diuisa numquam coeunt, ea præsertim, quę in perpetuo sunt motu, cuiusmodi est *septum trāsuersum*. Quippe tametsi dici solet, quod vulnera, quę sananda sunt, vtique quietem requirūt, non sulus tamen motus diaphragmatis, etiamsi perpetuus, vulneris adglutinationem impedit, 16
sed & neruosa quoque ipsius substantia. Quod abunde testatur Galenus, his verbis: *Transuersi septi vulnera, in carnosis quidem partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante. Quæ vero in neruosis eius hærent, insanabilia sunt* Sic etiam Fallopius: *Diaphragma*, inquit, *si vulneretur in parte carnosa, vulnus magna ex parte est lethale: si tamen in parte neruosa, semper succedit mors, quia tunc semper succedit conuulsio fere totius corporis delirium & inflammatio, & non possunt opponi medicamenta.* Sane difficilis grauisque curatio est etiam eorū, quę in carnosis sunt partibus, si has iam phlegmone occupauit. Accidit autem hæc curandi difficultas ob eam rem, quod in ea vulnera sanies defluat, quæ impedimento est, ne labra solutæ vnitatis coalescant. Sic ille æger, qui in Platea Flandrica Delphis vulneratus decumbebat, a chirurgo imperitiore, aut negligentiore saltem, non adeo bene tractatus, etiam duobus vulneribus externe occlusis, sanie collecta in vētre & paulo supra diaphragma, tabe tandem consumtus obiit. Facta incisione viscera interna læsa non videbantur, nisi quod leuis cicatrix, nondum tamen curata, in parte carnosa diaphragmatis apparere videretur. Dubium iudicium erat, *vtrum ex vulnere per se lethali, an potius chirurgi imperitia obierit.* Sed de vulneribus pulmonis & hæc addamus.

Vulnera diaphragmatis quando insanabilia.

Neruosa substantia & motus, adglutinationem impediunt.

Lib. 5. Meth.

OBSERVATIO IV.

De pulmone vulnerato.

PAter atque filius rustici, in pago quodam Gracht dicto, in Waterlandia, eadem cohabitantes domo, atque eodem victu vtentes, dum extra pagum spaciarentur, orta inter eos lite, pater minatus est filio, atque eundem cultro eu:ginato & stricto inuadebat: sed profugus filius, patrem ipsum per cespites ex improuiso cadentem, cum se ipsum defendere non posset (adhæc senē admodum) cultello in ipsa pulmonis sede percussit. Qui cum non statim moreretur; sed vltra quatuor plures ue menses vitam protraheret, ideo nos ad eum vocati sæpe ipsum inuisimus. Verum facto prognostico, pulmonis vulnera esse incurabilia, nihil in curando illo vulnere proficere potuimus. Tandem itaque ex eodem illo 17
vulnere, cum non consolidaretur, tabe superueniente, ac pus per os exspuēs, longo tempore vitam misere protrahens, consumtus mortuus est. Sed & hoc magis miratu dignū, quod in vulnerato, qui in Nosocomio Delphensi decumbebat, vidimus: qui cū vltra quatuor annos ex vulnere pulmonem læsum habuisset, cum rectus sedebat, impetu ac spiritu quodam per vulnus propemodum consolidatum, sed instar fistulæ efformatum ac induratum, pus cum flatu & murmure euomebat. Sed cū sequenti decocto per me præscripto vteretur, melius habebat: adeo, vt potio sæpius fuerit repetita: &, quod magis admiratu dignum est, licet prius consumtus ac ad tabem incli-

inclinare videretur, tamen postea restauratus ac robustior factus, exiit e Nosocomio ad proprias ædes: nec de eius morte adhuc quicquam audiui, quamquam existimē vulnus istud, quod in pulmone habet, numquam exacte ac plane consolidatum iri. Potio autem nostra, quam ipsi præscripseram, & quam auro præferebat (cuiusque formulam summis precibus a me postulabat, etsi satis communibus rebus constaret, nec inter arcana recenseri debeat) erat talis: ℞. *vngulæ caballinæ m j. herbæ veronicæ, garyophyllatæ, caulium rubrorum, saniculæ vtriusque ana m. j. agrimoniæ*) egregie etiam facit ad fistulas) *pentaphyllonis ana m. ß. rad. consolidæ maioris ℥ iij.* coquantur in aqua communi pro *lib. j.* adde *mellis ros. colati ℥ ij. syr. imubinis ℥ j. misce.*

SCHOLIA.

Pulmonis vulnera.

VVlnera (*inquit & Tagaultius*) quæ pulmonibus incidunt, ideo curatu sunt difficilima, imo magna ex parte insanabilia. quoniā prōtissime phlegmonē excitant, quæ si semel occu-
18 pauerit, exigua (*inquit Galenus*) vulneris glutinādi spes est. Adde quod ea, quæ sanandis vlceribus idonea sunt medicamēta, contingere illa integris saltem viribus non possunt. Accedit præterea & illis sanandi difficultas, quod respirando mouētur, & tussiendo lacerantur. Ait & Fallopius: *Vulnera pulmonis per se inferunt mortem ex æquo, & ex æquo etiam possunt sanari.* Notandum tamē, quod si vulneretur pulmo in parte carnosa, in qua sit aliquis insignis ramus venæ arterialis, necessario moritur homo, quia suffocatur a quantitate sanguinis. Cognoscetis autem tale vulnus, quia exspuitur sanguis copiosus, spumosus quidem, sed niger. Succedit medulla spinalis: quæ si vulneretur ad sui principiū, necessario sequetur mors, quia vniuersi corporis conuulsio succedet. Si autē ad inferiores partes vulneretur, vulnus necessario lethale non est, nisi sit magnum, aut punctim illatum, quamuis semper cōuulsio succedat, sed nō ita magna, ac si in principio spinalis medullæ vulnus inflictū esset. Ceterū vulnera tracheæ, id est, asperæ arteriæ, effatu digna, & maxime, quæ cartilagineam eiusdem substantiam occupant, raro etiam ad sanitatem perducuntur. particula enim hæc dura est & exsanguis: assiduaque per vulnus fit respiratio, quæ sane impedimento est, quo minus labra coalescant. Magna quoque œsophagi vulnera, inter exitialia atq; insanabilia numerari solent, tum ob cibi ac potus per eum transitum, qui sane adglutinationē prohibet, tum quod eiusmodi vulnera duntaxat, *vt Galenus ait lib. 6. Methodi*, contactu medicamentorum in transitu fruuntur: sicuti & quæ in ore seu orificio vētriculi consistunt. Verum his, quæ ori ipsius ventriculi insident, sensus quoq; acumen sanationi obstat. Iugulares venæ (quas & *organicas* vocant) grandi vulnere percussæ, ægre & raro curationē recipiunt: tum quod larga profusione sanguinis, hominem vitali spiritu exhauriant, tum quod ligaturam, stringendo ac sistendo sanguini necessariam, propter imminens suffocationis pericu-

Vulnera spinalis medullæ.

Tracheæ arteriæ vulnera.

Oesophagi vulnera.

Venarum iugularium vulnera.

lum, sustinere non possint. Sed nunc de ventriculi vulnere exemplum addamus, vt reliqua manifestiora euadant.

OBSERVATIO V.

De vulnere ventriculi.

QVirinus Adriani, œnopola, in intersignio Pedis Griphonis habitans, a mercatore quodam, qui etiam Delphis cōmorabatur, vul- 19
neratus est, vno quidem vulnere versus diaphragma ad interiora penetrante, versus latus dextrū: altero paululum in sinistrum declinante. Cū autem hic vulneratus ebrius exsisteret, atque ceruisia repletus, accitis chirurgis, plus quam duę pintæ ceruisiæ, vt nobis referebant, ex vulnere emanauerunt. Mane autem ego summo diluculo ad eum quoque accitus sum, vna cum Ericio medico alio, cui & adiunctus est alius medicus Haganus, nempe Hugo Nienenius, & tres simul chirurgi vna aderant. Cum autem hic pulsum intermittentem haberet, & frigidum exsudaret, mortem in foribus esse, communi consilio habito, & re bene ac exacte perpensa, prædiximus. Et sic etiam reuera erat: nam circiter quatuordecim horas ab inflicto vulnere obiit. Ericius putabat, œsophagum læsum fuisse: at ego vulnus stomachū & ventriculum penetrasse existimabam, cum tantam ceruisiæ copiam prius ex vulnere cum impetu fluxisse considerarem.

SCHOLIA.

VEntriculi discissiones, & tenuium quoque intestinorum, sed omnium maxime ieiuni, ob rationes, quas supra diximus, lethales sunt, quod particulæ neruosæ sint exsangues, per easq; vitiosarum ac superuacanearum humiditatum transitus fiat: adde quod earum vsus perpetuo vitæ conseruandæ est necessarius, non solum vtilis: adhæc, medicamenta his locis penitioribus nō possunt commode admoueri. Ita Henricus Sleyerius Delphensis, qui ad templum Diui Hippolyti calcem tum lapides opificib. administrabat, ense sub liene confossus est ad horam noctis decimam, 27. die Iulii, anno 156. cui cum chirurgus adesset, & tētam imposuisset, & cetam decenti ligatura, plurima euomuit, & nihil retinere potuit. Ad horā noctis secundam, cum plurimum angeretur, & chirurgus linamentum ex vulnere traxisset, sanguis tamquam e fonte prorumpens effluxit. Atque iterum occluso vulnere per totum ventrem dolebat, noctemque insomnem cum maxima angustia peregit, & quicquid bibebat, e- 10
uomebat, & nihil continere poterat. Ad horam decimam diei subsequentis ad eum vocatus sui. frigidum exsudabat, pulsus deficiebat, plurimum angebatur. quare nihil agendum suasi, ac prædixi mortem iam iam adfuturam. Itaque hora secunda pomeridiana eodem die, videlicet 28. Iulii idē obiit. Cum autem huic sanguis ita e vulnere prorupisset, tamquā e fonte manasset, verisimile fuit aut venam emulgentem, aut venam cauam, aut aliquem ramū ex magnis venis pertusum fuisse, tum intestinum aliquod ex gracilibus, ob vētris

Ventriculi vulnera.

Historia venæ cauæ ac intestinorū vulneratorum.

continuam torsionem, hinc procul dubio mortale fuit vulnus, hominemq; intra septemdecim horas interemit. Ceterũ cum vulnus lethale exsisteret, non potui non admirari chirurgi imprudentiam, qui ℥ ß. *diaphœniconis* ei propinauerat: quam potionem licet magna ex parte euomuisset, ex ea tamen bis quoque aluum deposuerat, paulo ante mortem. Præstat enim in vulneribus ventris (*in quibus spes aliqua sanandi est*) potius ad clysteria & glandes confugere, quam ad medicinas fortes, easque per os, maxime autem in principio, exhibere: nam tunc Natura per mẽbri vulnerati debilitatem, eiusmodi medicamenta ferre, aut in actum deducere ac regulare, vt vocant, nõ potest, vt recte etiam monuit Ioannes de Vigo *lib. 1. de vulneribus cap. 11. de vulneribus ventris cũ penetratione.* Ceterũ vt eo regrediamur, vnde digressi sumus, ieiunum intestinum omnium maxime inter tenuia incurabile esse, a Galeno & Paulo prædicatur, tum propter vasorum, quæ in eo sunt, magnitudinem, multitudinemque, tum ꝙ tunica prætenuis neruosaq; exsistat. Adde ꝙ & bilem synceram hoc intestinum ex cholagogis poris recipit vniuersam, & omniũ maxime iecori vicinũ habetur. Ventriculi itaq; discissiones, & tenuium quoq; intestinorum, sed omnium maxime ieiuni, matricis, renũ, vesicæ, & folliculi fellis, modo quo supra diximus, ob id lethales sunt, ꝙ hæ omnes particulæ exsangues sunt; & superflua recipiunt, & per ea transeunt, & vitã conseruant, nec medicamẽta commode recipiunt. Exemplũ vulneris renis curati vide scholio *Obs. 20. li. 25. obs. & curationum medicinalium nostrarum, de sanguine concreto ex renis vulnere ischuriam inferẽte:* estque casus mirabilis, in quo refertur num quid substãtia renis læsa curari possit, nec ne. Porro per verbũ discissiones, magna, vti superius diximus, ac profunda vulnera intelligimus, & ad sinum vsque interiorem longe lateq; penetrantia,
21 qualia cernuntur in iis, quæ penitus sunt excisa. Hac autẽ dictione ex industria vsi sumus, ne quis putet vulnus quodcunque in prænominatis partib. exitiale esse atque insanabile. Ventriculus nãque & tenuiora intestina (etiam secundum Galenum (*omm. 18 lib. 6. Aphorism.*) quia non parũ participant carnosę substantiæ, si in summa parte duntaxat vulnerata sint, sæpenumero agglutinãtur. & velut fœdere facto (*vt loquuntur*) in robur substantiæ corpulentæ cõcordi concretione coalescunt. Sic & vesicæ ceruicem siue collũ quotidie sanari videmus, cũ ex ea lapis extrahitur, quoniã ex parte carnosa est. Idẽ & de aliis partib. iure credi põt, si per summa corporis seu substãtiæ carũ vulnus duntaxat inciderit. Vesica, *inquit Fallopius*, si vulneretur, non sequitur tamẽ mors, nisi magnũ sit vulnus, & in eius neruosa parte, aut parte laterali. Si enim sit in parte, qua ossi sacro alligatur, sanari põt, ꝙ ipse Fallopius obseruasse se dicit. Si vero sit in laterali vesicæ parte vulnus, & sit magnum, & in parte neruosa, necessario mors sequitur. Si autem ista nõ adsint, vt plurimũ lethale est, non tamen necessario. In collo autẽ vesicæ sanari põt, nisi contundatur & laceretur. Quare in calculorũ exactione faciẽdũ est potius vulnus magnũ, quã digitis pars laceranda, quoniam qui lacerantur, nunquã sanantur. Vesica autem fellis lacerata, mortem necessario infert, (vt etiã supra diximus) tũ ob situ, tum ob substantiã, tũ ob excrementum, quod in ipso continetur, non tamẽ subito necat, sed per tẽporis spatium. Succedunt renes, qui, si eorum substãtia propria vulneretur, dummodo vulnus nõ pertingat ad eorũ sinũ, nõ interimit necessario: si autem pertingat ad sinum, & sit magnum vulnus, necessariam & repẽtinam adfert mortem, paruum autem sanari põt, quod ego vidi: quãuis plerumq; mors succedat. Sequitur ventriculus inter partes, quæ vulneratę hominẽ interficiũt. Si ergo vulnus in eo sit magnũ, vt plurimum mors succedit, non tamen necessario: si autem sit leue, frequenter interficit, & raro sanantur. In ore autem ventriculi, siue superiori, siue inferiori, necessario quidem mors sequitur: sed in aliis ventriculi carnosis partibus sanari potest vulnus: & ab eodẽ Fallopio multi sanati ac integre restituti sunt, quib. perforatus erat ventriculus. Vulnera autem intestinorum, secundum eundem Gabrielem Fallopiũ non sunt necessario lethalia: sed si vulnus consui possit, aut 22
alio quodã medio coniungi, ac foramen obstrui, superuiuere poterunt, quam rem interdum vidimus a chirurgis artis suæ peritis scite atq; dextre administrari, summa cum ipsorũ laude, ac ægrorum salute. Sed his omissis, aut in alium commodiorem locum dilatis, exemplum vulnerati lienis proferamus, non quidem quod nobis videre aut curare contigit, sed quale a Iacobo Carpo, cuius in hoc libro crebra mentio fiet, annotatum reperimus.

Clysteres & glandes potius conueniunt in vulneribus intestinorum, quam medicamenta per os exhibita vehementiora.

Ieiuni intestini vulnus cur insanabile.

Ventriculi vulnera.

Matricis. Renum. Vesica. fellis.

Vulnera vesicæ vrinariæ.

Vesicæ fellis vulnera.

Renum vulnera.

Ventriculi.

OBSERVATIO. VI.

De milite in splene vulnerato, Iac. Carpi.

Miles in splene vulneratus cũ esset, huic Carpus præscripsit syr. sequentem: ℞. *syrupi rosſ. ℥ j. ß. aq. cichoreæ, caudæ equinæ, consolidæ ana ℥ j. misce, & cum ʒ j. trochisc. de carabe aromatizetur.* Vulneri imposuit paruas tentas, infusas in oleo *hypericonis, rosaceo & abietino ana part æqual.* & similiter pecias in dictis oleis infusas & sic processit per aliquot dies: attamen in secundo die supraposuerat dictis peciis emplastrũ tale. ℞. *vini optimi part. iij. aceti part. j. & cum farina fabarum q. s.* fiat emplastrum; hoc modo, inquam, continuauit per aliquot dies. Postea præscriptum est vnguentũ generans carnem, ac deinde vng. cicatrizans. Interim a principio vena secta est lienaris, & etiã hæc potio post syr. præscripta fuit: ℞. *cassiæ nouiter extractæ ℥ vj diaprun. solutiui ℥ j. rhabarb. in substãtia ℈ iij. spicæ gr. vj. cum decoct.* communi fiat potus, Atque hoc modo curatus est.

SCHOLIA.

Lienis vulnera, cum munus habeat toti corpori apprime vtile, ac prope necessariũ, sitq; (*vt nonnulli dixerunt*) veluti alterum hepar, periculosa sunt, non adeo tamen vt aliarum modo dictarum particularum. Sed hi quoq; in præcipiti sunt, in quibus vsque ad cauitatem membrorum

Vulnera penetrantia.

brorum intus conditorum vulnera perueniunt. Hæc enim vt plurimum lethalia sunt, tum quia aer externus & nos ambiens, per ea non altera-
23 tus ingrediens, internas partes nō parum offendit: tum quia per eadem internus exhalat spiritus; quo sic exspirante & euanescente, virtutis robur insigniter offenditur & dissoluitur, multoque imbecillius redditur. Accedit huc, quod eiusmodi vulnera haud cōmode detergeri possunt, quodque ea tandem degenerant in fistulas & empyemata, id est, purulentas collectiones, excitant: vnde & mors ipsis vulneratis demum accidit: quam quam tamen multi, potissimum si bene tractentur, euadunt: quod ipsum hoc sequens exemplum de vulnere abdominis indicabit.

Observatio VII.

De vulnere abdominis, per quod omentum dilapsum erat, & ab indocto chirurgo abscissum.

AEgidius Ioannis, Delphensis iuuenis, insignis a colaftus seu nepos, ac filius perditus, vt vocant, in lupanari a nauta homine Gaudano eiusdem farinæ *(cui Suyrbirius cognomen erat)* cultro mensario læsus fuit in abdominis parte sinistra, duobus aut tribus digitis transuersis ab vmbilico, pertuso peritoneo, ita vt per vulnus omentum procideret. Chirurgus iuuenis imperitus, qui tunc accitus erat, absque ligatione inconsiderate omentum abscidit. Vnde postea subsequuta est sanguinis profusio, & omēti corruptio, ac deinde febris, tum alia grauissima symptomata corruptionem subsequentia. Tanta p̄terea putredo accessit, vt etiam sub pubem factus sit abscessus, ac demum vlceratio, vt mox dicemus. Quinto autem die ab inflicto vulnere ad ægrum vocatus fui. Ad quem cum venissem, obiurgaui temerarium chirurgum, ob crassam eius ignorantiam, qui particulam omenti ad magnitudinem manus e vulnere propendentem, absque ligatione & cauterio absciderat; vnde ex profusione sanguinis ex venulis & arteriis omē-
24 ti, iam ad concauitatem ventris paulatim emanantis, magna exoriebatur putrefactio, cum & ex vulnere sanguis putridus emanaret, febrisque suboriretur? Sed quod hic chirurgus tam enormé delictum in arte sua commiserit, valde mirū, cum experientia recenti ac aliorum periculo edoceri debuisset, vulnus illud eo modo non fuisse tractandum: nam & paucis ante illud tempus diebus, cum alius quoque chirurgus imperitus Delphensis omentum similiter ex alterius vulnere propendulum, sine vlla ligatione abscidisset, non multis post diebus vulneratus quem curandum susceperat, obiit ex sanguinis profusione & omenti putrefactione. Ceterum quod ad hunc iuuenem attinebat, decocta illa vulneraria chirurgi in vino Pictauiensi cocta, ob febrem inhibuimus: sed pro sanguinis concretione dissoluenda, qui in concauitate ventris exitum non habens, in putredinem conuertebatur, sequens decoctum propinauimus. ℞. *capill. Ven. scabiosæ. agrimoniæ, caulium rub. artemis. rub. hypericon. ana m ß. hordei mundati p. j. liquiritiæ rasæ & mundatæ* ʒ vi. *semin. fœniculi* ʒ j. *sem nigellæ* ʒ ß. *sem. quat. frigid. maior. ana* ʒ j. *rhab. selecti* ʒ ß. *squinanthi* ℈ j. *vuar. pass. enucleat.* ℥ j. *iuiubar. num.* vii. fiat omnium decoctio in aqua communi, pro *lib. i.* coletur. adde *mellis rof. colati* ℥ ii. *syr. de cichorio Nicoli cum rhab. syr. viol.* (ob calorem febrilem) *ana* ℥ ß. *misc.* Hæc autem, cum læsus esset in principio Decembris, anno 1562. quinto aut sexto demum die, cum ante ad eum vocati non essemus, præscripsimus. Verum eum sitibundus esset, hac infrascripta ptisana pro febre & pro potu quotidiano ac siti vt vteretur, mandauimus: ℞. *hordei mundati p. j. rad. liquir. rasæ* ʒ vi. fiat decoctio in aqua communi pro lib. j. Ceterum cum iam duobus tribusve diebus aluum non exonerasset, eam glande sequenti irrorauimus: ℞. *pul. hiera picra* ℈ ij. ß. *salis communis parum*, cum melle quod satis est, fiat glans. A glande bene excreuit. Victu tenui vtebamur, hordeato con- 25
tenti tantum. Postea ita leuiter eandem euacuauimus, nempe die octauo Decembris: ℞. *folior. senæ Alexand.* ʒ ij. *rhabarb. optimi* ℈ j ß. *squinanti* ℈ ß. bulliant semel in decocto iam suprascripto: cuius fortis expressionis accipe ℥ iij. adde *syr. ex infus. rof.* ℥ ß. misc. bis optime excreuit. Nono die Decembris hanc potiunculam præscripsimus: ℞. *corticum rad. cichor. dentis leonis, fœniculi, liquir. rasæ ana* ℥ ß. *agrimoniæ, saniculæ, caulium rub. garyoph. ana m* j. *bellidis, hordei communis, hypericonis ana p. j. sem. 4. frigid. maior.* (vt materia ad renes diuerteretur, tum ob calorem febrilem) *ana* ʒ j. coquantur in aqua communi pro ℥ x. colaturæ addendo *syr. de end. mell. rof. col. ana* ℥ j. misc. pro tribus dosibus matutinis. Ceterum putrefactione omenti ex sanguinis profusione magis accrescente, cum huic chirurgo iuniori inepto, quod ad vulneris curationem, soli non fiderem, accitus est secundus chirurgus, Theodorus ille, qui Nosocomio præerat: & sic vterque vulneri prouidebant. Verum cum sanies virulenta sanguinolentaque ac putrida e vulnere emanaret, si venter aliquo modo premeretur; ideo & nos 10. Decemb. die decoctum sequens propinari mandauimus: ℞. *rad. fœniculi, cichor. ana* ℥ ß. *capil. Ven. polytrichi, garyophyllat. summitatum hyperic. ana m. ß. flor. cord. p. j. hordei mundati p. ß. caulium rub. m* j. *vuar. pass. enucleat.* ℥ ß. ebulliant in aqua communi, pro ℥ vi. *colat.* adde syr. *ex infus. rof. syr. borag. ana* ℥ j. *misc.* pro duabus dosibus. 13. Decemb. infrascriptam potiunculam præscripsi: ℞. *cort. rad. cichor. dent. leon. fœnic. petrof. liquer. rasæ ana* ℥ ß. *agrimon. beton. capill. Ven. garyophyllat. saniculæ, caulium rubrorum, bellidis ana m ß. hord. mund. p. j. sem. 4 frig. maior. ana* ʒ ß. *vuar. pass. enucleat.* ℥ j. fiat decoctio in aqua cōmun. pro *lib. j. colaturæ* addendo *mellis rof. colati, syr. ex infus. rof.* (ad detersionem) *ana* ℥ j. *syr. de cichor. Nicoli cum rhab.* ℥ ß *misc.* ℞. *rhab. selecti* ℈ j ß. 26
squinanthi ℈ ß. *specier. diarod. abb.* ℈ j. fiat puppula, quæ pēdeat in dicta decoct. fiat expressio, dum

potio ſumetur. Eodem tempore ſubinde, ſi o-
pus eſſet, aluū irritabamus glande, ſi minus mol-
lis eſſet. Sed ex vulnere olido, ab omento putre-
facto, quod facile putreſcit ac inflammatur,
vt Scholio ſequenti dicemus, virus exibat, & tan-
dem ſub pubem etiam in parte ſiniſtra e regio-
ne vulneris intumuit totum abdomen ſini-
ſtrum, cum maximo dolore & duritie: & ideo
inungi illud mandauimus oleo liliaceo & cha-
momillino. Sed putrefacto omento facta eſt ſup-
puratio in concauitate ventris in parte inferio-
ri ſupra pubem. Decimo itaque ſexto Decem-
bris lenitiuum ſequens exhibuimus: *℞. caſſiæ
mundatæ cum manna, diacatholiconis ana* ℨiij. *dia-
prun. lenitiui* ʒj. miſce. exhibeatur cum cyatho v-
no decoctionis ſupraſcriptæ. ex hoc quatuor ſe-
ceſſus habuit, cum alleuiatione: tamen poſt diem
vnum atque alterum dolor per totum ventrem
inferiorem auctus eſt: & ventris tota inferior
regio nigrior facta eſt, tamquam eſthiomenos
accederet: tumorque durus erat: & a vulnere
facta compreſſione ventris ab ima parte ad ſuper
na manibus deducendo, putredo ſanguinolen-
ta exibat, cum tāto fœtore, vt in cadaueroſo fie-
ri aſſolet: quod autem etiam in parte inferiore
ventris ſuppuratio fieret, id dolor vehemen-
tior & febris aucta indicabant. Ideo ad eandem
iuuandam, & dolorem ſedandum imperaui-
mus, vt chirurgi ventri applicarent cataplaſma
ſequens. *℞. rad. althææ* ℥iiij *folior. maluæ m.* ij *fo-
lior. althææ m.* j. ß. *flor. meliloti m.* j. ß. *flor. chamomil-
læ m.* j. coquantur in aqua cōmuni ad mollitiem.
piſtis adde farinæ *hordei, farinæ ſeminis lini ana p.* j.
olei chamomill. liliorum, butyri recentis ana q. ſ. fiat
27 cataplaſma molle, ſecundum artem, & toti ab-
domini, præſertim in parte ſiniſtra, applicaba-
tur: idque multis diebus continuando atque re-
iterando. 22. die Decembris, pro materiæ pu-
tredinalis deterſione a vulnere, quæ tamquam
a cadauere olida emanabat, decoctum ſequens
per os dedimus. *℞. agrimoniæ, capill. Ven. pen-
taphyll. caulium rub. garyophyllatæ, cerefolii ana
m.* j. *hordei communis* (ad maiorem deterſionem)
p. j. *ſem. cucumer. melonum ana* ʒß. fiat decoct.
in aqua cōmuni ad ℥ ix. adde colaturæ *ſyrup. ex in-
fuſ. roſ.* ℥ij. *mellis roſ. colati, ſyr. de cichor. Nicolai cum
rhab. ana* ℥ß. miſc. pro tribus doſibus. Fuit illud
apozema ſæpe reiteratum: quo vtebatur vſ-
que ad menſem Ianuarium anni 1563. Et cum
putrefactio indies increſceret, tandem facta eſt
ſuppuratio in parte ſuperiori, duobus digitis a
vulnere, in latere eodem: & tandem ille per ſe
ruptus eſt abſceſſus, ſine inciſione, idque bene-
ficio naturæ. erant & duo parua foramina cir-
ca vulnus; & imponebantur tentæ paruæ,
quemadmodum & in vulnere, tinctæ in oleo hy-
periconis vulnerario, quod chirurgi ad manus
habebant. Verum exiguum quid materiæ ex il-
lis foraminibus exibat, eaque corrupta, fœtida,
virulenta, ac ſanguinolenta, ſi comprimerentur:
& ita ad vulnus præcipuum declinabat materia,
eoque commodius compreſſione decenti ad-
miniſtrata tandem ex vulnere ipſo emanabat.
Interim omentum magis indies putreſcebat,
materia magis ſeſe in concauitatem vētris quo-
que recipiente, ad partem inferiorem decum-
bens, cum magna quadam duritie. Tandem
per duas ſeptimanas emplaſtro ſupradicto ſem-
per appoſito, ſeu cataplaſmate infra vmbili-
cum & paulo ſupra pubem, facta quoque eſt
ſuppuratio, & tumor ingens, ita vt conſultum
mihi videretur, vt ibidem fieret inciſio ac aper-
tio apoſtematis, ſeu abſceſſus; verum cum
nullus chirurgus id auderet attentare, ob viri-
um debilitatem ipſius ægri, nec ſolum chirur- 28
gi qui hunc tractabant, ſed nec alii, qui etiam
raritatis gratia, ob caſum mirabilem eundem in-
uiſebant, nempe Volckius, Florētius, & alii plu-
rimi chirurgi Delphenſes, cum omnes eundem
pro deplorato haberent, neque auderent ag-
gredi inciſionem; tandem per ſe ruptum eſt a-
poſtema: & per paruum foramen exiuit, ma-
teria valde ſordida, virulenta, corrupta, ſanio-
ſa, veluti fex ſanguinis corrupta, in parua ta-
men quantitate, ſed cum tanto fœtore, vt in cu-
biculo ægri nemo perdurare poſſet. Emanabat
autem quotidie talis materia; idque vltra ſex ſe-
ptimanas: &, quod mirum erat, chirurgi per fi-
lamenta extrahebant omentū corruptum, quod
valde pingue & fœtidum erat, ita vt paulatim to-
tum omentum per eiuſmodi filamenta plane
corruptum & olidum per vlceris foramen extra-
xerint; ita vt chirurgi qui præſentes erant, tum
ego, miraremur, quomodo iuuenis ille ſuper-
uiuere poſſet, cum tantus fœtor ex illo forami-
ne inferiori intra pubem & vmbilicum, ſimul
etiam ex duobus aliis illis foraminibus paulo ſu-
pra vulnus exſiſtentibus exiret: ita vt reliqua
pars omenti, quæ ab inepto chirurgo non ab-
ſciſſa erat, demum conſumta ac corrupta per
foramen inferius exierit. Iſtis ſic ſe habentibus,
ægrum, vtpote debilem & conſumtum, vi-
ctu reſumtiuo ac reſtaurante nutriuimus. Per
vulnus vero, cum ſyringa, pro abſterſione illius
saniei putridæ, quæ in concauitate ventris per-
manebat, decoctum agrimoniæ & hordei com-
mun. cum melle roſato iniecimus per aliquot di-
es: poſtea febre etiam ceſſante, decocto foliorum
agrimoniæ, in vino Rhenenſi cum melle roſato
ad plurimos dies vſi ſumus. Similiter & decoctū
hordei communis cum agrimonia & melle roſa-
to per os exhibuimus. Interim materia illa putri-
da ex vlcere circa pubem emanante, cum ſiniſtra
pars abdominis adhuc dura permaneret, empla-
ſtrum denuo ſupraſcriptū ad tēpus appoſuimus. 29
Poſtea cum illud diuturnitate tædium pararet,
ceratum illud deſcriptum a nobis obſ. *24. de ma-
marum duritie*, *lib.* 17. quod chirurgi paratum
habebant (emollit enim apoſtemata ad mira-
culum, & reſoluit) cum diu appoſitum eſſet,
durities paulatim ceſſauit; & materia fluxibili-
or reddita commodius emanabat tam per vul-
nus, quam per foramina vlcerum: & continuan-
do ſyringationes ſupradictas, *natura ipſa, quæ
omnem

omnem medicorum iodustriam superat, malum a bono segregauit: ita vt illa foramina superiora primo consolidata fuerint, deinde & vulnus ipsum: vltimo autem & vlcus sordidum in parte inferiori circa pubem exsistens repurgatum est, mox occlusum, sine fistula, de qua tamen plurimum metuimus: sed superinducta cicatrice prorsus coalitum est, & perfecte coonualuit nobis aliisqoe omnibus, qui id viderunt, valde admirantibus; vt vere dicere possimus cum Hippocrate diuino, *Natura forti omnia esse possibilia.* Potenti enim virtuti nihil est difficile, vt quæ per ossis medium transmittit materiam abscessum gignentem, vt refert Galenus, *lib.* VII. *aphor.* 55. ideo mirari destitimus. Decubuerat autem hic per tres menses; & taodem ab omoibus pro deplorato habitus, sanus euasit, gratia diuioa, ac nostra diligenti opera, per eum, qui omnes curat, ita vt sioe omento nunc viuat, etiam hoc tempore, anno 1568. cum hæc transcriberem, mense Nouembri, & quidem cõmodissime; magis quoq; tutus, vt ipse refert, quam gladiator ille, quem Galenus vestibus ob hoc foueri voluit. Verú hic, quod miratu dignũ est, oõ magis se vestit ac ventrem fouet quam antea dum adhuc omentum habebat; nec frigore se affici dicit: optime comedit; & bene valuit in hoc vsque tempus; licet idipsum, cum primo io publicum prodiret, pro miraculo haberetur, cum tam periculose decubuisset.

30
SCHOLIA.

QVAM pessime ionior ille chirurgus egerit, qui omentum per vulous propendens abseiderat, id omnibus peritis medicis ac chirurgis doctis, in coofesso habetur. Nam quamuis omentum, si exciderit, necessario (vt dicebat Hippocrates *aphor. 58. lib. 6.*) putrescat, absque tamẽ ligatiooe abscindi nõ debuerat. Quod optime Galenus, *libr. 6. Method. medendi contra Thessalũ & Methodicos* docuit, ita scribens. *Quippe nesciunt hi quoque rationalem simplicium animalis partium curationem, vt qui ab instrumentalibus tantum indicationes sumant. Ceterum paucis etiamnum contra methodicos auditis, de istis quæ in ventriculo accidunt vulnerib. alio stylum conferemus. Vulnerato peritoneo excidit subinde omentum, quod primaria ne pars sit, an non primaria, vel ex quibus conditur, vel quam habeat actionem vsumve, hi compertum non habent. Itaq; cum liuet, aut nigricat portio ea quæ excidit, ibi quid faciãt, audire est operæpretium: vtrumne præcidẽt, an intra peritoneum remittent. Omnino n. vel ab ipsa experientia quid agendum sit, intelligent, vel ab ipsa particulæ natura indicationem sument. Atqui refugiunt hæc vtraque: eam quidem quam experientia suppeditat cognitionem, dum venerandum scilicet hoc sectæ suæ nomen Methodũ extollunt: eam vero quæ ex particulæ natura suggeritur, quod nec substantiam eius norunt, nec actionem, nec vsum, dum a dissectione ceu inutili abhorrent. Itaque nesciunt sitne omentum ex iis, quæ necessaria ad vitam sint, an quæ necessaria quidem non sint, non tamen omnino infima nota; sed nec an cũ eius affectu simul afficienda pars aliqua primaria sit, an secus: adde quod nec sciunt an vaserũ quæ in eo continentur, aliquod possit per sanguinis profusionẽ hominẽ interimere: nec si quis post nigrũ eius abscessum, quod integrum est, vinculo cõplectatur, quo sanguinis profluuiũ declinet, an idipsum periculo vllo sit futurũ: nam leui saltẽ intuitu omentũ neruosum videtur. Proinde, nisi quis exacte naturã eius habeat compertam, numquã audebit vinculo vti, conuulsionis scil. metu. At nos (arbitror) possumus vti ligatione; qui cum vsum eius non adeo esse animali magnũ, substantiamq; eius ex membrana tenui ac arteriis venisque compositam sciamus, horũ tamẽ initia ex maximis ortũ arteriis tum venis intelligamus. Sanguinis itaq; quidem profusionem* 31
cauebimus; conuulsiones vero neruos non timebimus. Proinde id quod supra nigricãs positũ est, vinculo excipiemus: quod post vinculũ est, amputabimus: atq; vt in imo fine iam comprehensa gastrorhaphia vinculi fines pendeant, curabimus; quo nimirum facile eas, cũ ex vulnere suppurante euomentur, recipiamus. Hactenus Galenus. Id quod omnes alii quoq; chirurgi posteriores faciunt, vt recte Ioannes de Vigo *cap. 11. de vulneribus ventris & partium eius cũ penetratione,* in hnoc modum docet: *Cũ isto vulnere inquit, solet zirbus (id est, omentum) extra ventrem exire; quia facili caussa corrumpitur.* Ait enim Hippocrates, *cum egreditur Zirbus e vulnere, necesse est vt putrefiat, quod ex eo egreditur, licet extra locum paruo tempore moretur.* Et hoc accidit velociori tempore, quam intestinis & hepati, si exeãt. *vt etiam Galenus commento aphor. 58. libr. 6. dicit.* Hinc etiam Ioannes de Vigo ita inquit: *Quoniam intestina & extremitates hepatis si nõ remaneant extra longo spacio, in tantum quod multum ac vehementer infrigidentur, cum ventrem ingrediuntur, satis cito ad propriam naturam reducuntur: quod ita non accidit de zirbo. Zirbus enim si solũmodo extra vulnus paruo tempore moretur, tamen necesse est, vt quod ex eo aer vel frigus attigerit, ad festinam putrefactionem perueniat. Quamobrem periti chirurgi statim properant ad incisionem illius. Modus autem remotionis zirbi alterati seu corrupti, est, vt ligetur Zirbus quam commodissime poterit fieri in loco sano forti ligatione:* deinde *abscindatur totali incisione prope ligaturam per digitum vnum. Deinde cauterizetur in loco incisionis ipsius vsq; ad ligaturam, & statim prius calfactis pannis mollibus calfactione decenti, leniter intus reducatur, filum tamen extra vulnus relinquẽdo, vt in tempore remotionis eschara extrahi valeat.* Vigo itaque Galenum sequitur. Quamquam autem Galenus ligatione absque cauterio vtitur; vtrumque tamen vt fiat laudamus. Sed socius ille bonus noster chirurgus abscidit quidem omẽtum, nec ligauit; vnde postea ægrum interfecisset, oisi beoeficio oaturæ ac diligenti nostra industria euasisset, ob febrem concomitaotem putrefactiooem, tum alia symptomata illa grauissima ex putrefactione omẽti; quod cum facile inflammetur, facile quoque putrescit, vt diximus; multoq; magis ex sanguinis illa profusione. Hinc & Galeo. de omento ad longũ hoc modo ratiocinatur, *lib. 4. de vsu partium,* sic scribens. *Vnde solli-* 32

Omentum excidens abscindi non debet, sine ligatione.

Quomodo Zirbus ab aere corruptus ligandus & abscindendus est.

Omenti vsus & structura.

citas fuit ingeniosa natura propter hoc ipsum, scilicet vt calfieret venter secundum anteriora: generauitque & extendit per totum ventrem ipsum aliquod corpus densum simul & leue, & calidum. Densum quidem, vt intus concludat innatam caliditatem: leue autem, vt suauiter & absque pressura calfaciat: calidum autem (hoc quidem neque sermone indiget) quia tale oportuit esse, gratia calefaciendi factum. Sed si leue quidem simul & densum, compactumque erat futurum, id membranosum oportebat exsistere. Qua enim alia invenietur particula in animali tali corpore densior & leuior? Si vero calidum, vasa habere multa, scilicet venas & arterias, & pinguedinem copiosam circumfusam; quam quod quidem calida res sit, cognoscit & ipse sensus vtentium in eo, velut oleo, indicat autem non minus & hoc, scilicet facilis eius in flammam transmutatio, tamquam ad flamma naturam proxime accedat: nullum enim frigidum prompte comburitur. Et tibi iam manifestum factum est sermone, vocatur ἐπίπλοον, hoc est omentum, ex duabus quidem tunicis densis & subtilibus sibi inuicem superpositis, multis vero arteriis, & venis, & pinguedine non pauca constant. Quod autem calfaciendi gratia factum sit, euidenter est discere in illis, in quibus vulneratum habentibus ἐπιγάστριον, quod est abdomen, excidit omentum per vulnus: deinde liuidum factum, ad necessitatem læsæ partis impellit medicos. omnes enim frigidiorem sentiunt ventrem, & minus concoquunt, & pluribus operimentis extrinsecus, & fomentis egent, & maxime quando insigni ac effatu digna fuerit magnitudine, id quod abscissum est. Sicut & nos id aliquando fere totum abscidimus illud gladiatori ita vulnerato. Ille vero homo sanatus est cito. sed tamen adeo facile & patiebatur, & lædebatur a frigiditate externa, vt non sustineret nudum habere ventrem, sed lanis vndique inuoluebatur. Subtiliori autem cute & rariori textura, vt vocant, erat a principio hic gladiator, & secundum alias partes, & secundum ventrem; & propterea, vt puto, cito infrigidabatur. Cur autem in homine hæc particula vt plurimum accedit extensa contra omnia intestina? An quia coctiones intestinorum sunt imbecillissimæ, & pellis mollissima, & nuda pilis, & omnino facile patibilis? An etiam neque in aliis animalibus ventri superiacet solo, sed in iis quidem magis, in his autem minus extensum est contra intestina, pro cuius-

Historia Galeni de gladiatore.

33 *que animalis natura?* Hactenus Galenus, ex cuius verbis constat omenti natura atque structura; & quod facile inflammetur & putrescat, multoque facilius eo iam abscisso, vt diximus, absque ligatione, vnde & abscessus ille periculosus accessit. Ideo & vtile duximus & de omento & de peritonæo disserere, antequam ad intestina descenderemus, cum quibus continentur. id, ideo membrum in homine adiposum est. *Oritur id* (inquit Aristoteles) *de medio ventre, qua veluti sutura describitur. mediam igitur ventris partem & cuncta intestina complectitur: cum autem arescit, aut humescit, simplicis membranæ speciem refert. Ceterum pingue est, ac alimenti plenũ, cum per membranæ densitatem sanguineum alimentum transmissum colatumque fuerit: idque pingue necesse est fieri: tenuissimum enim hoc est, & calore loci intus concoctum, pro carnosa & sanguinea coagmentatione, in adipem euadere necesse est, aut in seuum in aliquibus animalibus, vt in oue & boue. Omentum præterea hac ratione gignitur, ad cibi meliorem concoctionem, vt facilius celeriusque concoquatur: calor enim vim habet concoquendi: pingue autem calidum est, & omentum pingue est: itaque de medio ventre oritur, quoniam reliquam partem iecur insidens fouet.* Hæc de omento Aristoteles. Galenus omentum ipsum (vt paulo ante ostendimus) plane densum, leue ac pingue facit, vt grauitate aut asperitate intestina non lædat; vtque eadem, & ventrem calefaciat, ex duabus tenuissimis membranis constat, arteriis & venis, dispersum multo intus adipe, pingue: vulneratos enim, quibus demta est omenti pars, difficilius cibos conficere videmus; vnde & pluribus coopercimentis egent. Nam cutis per se mollis est, & nuda pilis: ob id omento pingui indiget. Hic tamen Ægidius noster, quod in aliis fieri non vidi, licet omẽto careat, frigus vtcunq; pati potest, forte quia densiori cute constat. Sed quod ad peritonæum attinet, de eo hæc pauca adiungemus.

Omenti vtilitas in animali.

Id membrum *(inquit Galen.)* partem ventris inferiorem sub præcordiis intrinsecus ambit, & intus cuncta colligit intestina. Diaphragma & vẽtris exteriores musculos ad expellenda vesicæ alniq; excrementa coadiuuat, & cõtra frigoris iniuriam ventrem & intestina cum aliis munit ac conseruat; ac præterea constat, ꝙ in fœminis sola fere ea membrana partus onera gestat, quo plurimum in parturitione nituntur. præterea in lõga oratione & diuturna peritonæum circa ilia plurimum defatigatur; & ob eam caussam declamatores concionatoresque, quibus ilia defatigantur, ventralibus valde iuuantur. Adhac
intestinorum cruciatus peritonæo leuantur: 34
nam id ventum inclusum sæpe vi sua alterutrinque propellit. Hoc autem vulnerato, facile vires eius percipiuntur: transuerso enim septo, & hac eadem membrana, duabus veluti manibus, ad excrementa exoneranda premuntur intestina. Ceterum intestina continuo continet & adstringit peritonæum, & regesto ad intestina calore concoctionem iuuat. Vario stamine contextum est, vnde attrahit, continet, & excludit. idque frequentius per inferiora, diaphragmatis officio, sine quo ructus & vomitus mouet, constringente nimirum inferiore peritonæi parte. Ea autem membrana circa vmbilicum robustior est; sed ad vtraque illa minus firma est; & ad inguina, ac demum ad spinam finitur. Viscera eo modo cuncta, arterias, ac venas vniuersas circumligat, & cum septo transuerso vnitatem facit: vna autem sui parte

Peritonæi officium.

pubis

Peritonæi ruptura.

pubis & inguinum ossibus, vesicæ, aluo ac mulierum locis adalligatur. Iuxta inguina sæpe rumpitur, & bubonoccelas efficit; aut in imum scrotum descendente omento, epiploccelas caussat, aut intestinis labentibus enteroccelas facit, & hydroccelas, cum humor scrotum implet, de quibus alias egimus. Peritonæum igitur contegit omnia hæc adiacentia, quæcunque infra septum transuersum sita sunt, veluti operculum exsistens. Ex hac enim membrana (*vt nunc ostendimus*) animalib. multa cōmoda proueniunt, *primo* quod contegit, *secundo*, quod a superincumbentibus musculis viscera diducit, *tertio*, vt celerius aridi alimenti superuacua descendat, *quarto*, ne facile intestina ventriculusque inflentur; quinto, vt omnia infra discrimen ea membrana colligentur, atque ceu illinātur, vt caro carni cohæreat, quē-adi[t]um & extrema membra cute vestiuntur, dein[de] [a]bdominis musculis. Hæc autem hic admon[er]e voluimus de omento & peritonæo, cum ad chirurgiam maxime spectare videantur, ob vulnera quæ in eas membranas sæpe infligūtur.

Commoda peritonæi.

Ceterum cū de prognosticis signis vulnerum hic agere cœperimus, etiam reliqua ad eandem materiam spectantia nunc prosequamur. Vulnera itaque, tum puncturæ, quę in capite musculorum fiunt, vbi nerui, tendones & ligamenta fere carne nudantur: item quæ tribus digitis a iunctura distant, & quæ prope tempora accepta sunt, magna ex parte lethalia exsistere; quemadmodum & alibi de iuuenello diximus, qui lapide percussus in temporib. mox obiit. Nerui vero & tendonis punctura, propter sensus vehementiā, & quoniam hæc pars principio, id est, cerebro continuatur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandā; ac tum præsertim, cum nihil extrorsum exspirat, obcæcato cutis vulnere: vt Galenus annotauit in opusculo cui titulum fecit *Artem paruam*. Proinde huiusmodi pūctio mortem accersit. Noxa enim quæ cerebro illata est, statim cōmunicatur organis respirationi seruientibus, *vt iam supra dictum est*. Quo circa quinto libro Aphoris. scripsit Hippoc. *Conuulsio ex vulnere lethalis est*. Non quidem (*vt Galenus ait in Comento*) ex necessitate, sed admodum crebro; lethalis enim nomine hic, vt & in plerisque aliis aphorismis, vsus est Hippocrates pro periculosa, & ad mortem sæpius perducente. Fiunt autem ex vulneribus conuulsiones, siue spasmi, ratione subsequentis ea inflammationis, vbi neruosas partes attigerit. Et primum quidem videntur conuelli, quæ ex directo sunt, partium inflammatione laborantium; deinde postquam & principium attigerit passio, ad totum extēditur corpus. Membra autem particularia ex accepto vulnere iudicantur emortua, quando principes ac maiores venæ, arteriæ quoque & ossa, a quibus vitam, nutricationem, & fulcimentum accipiebant, penitus excisa sunt & destructa: incipiuntq; liuescere aut nigrescere, mortis habitum induere, ac cadaueris formam repræsentare, non secus quam in gangrena & sphacelo, vt videre est in excisione brachiorū & tibiarum. Iudicātur itidem membra ad vsum a natura institutum fore inepta, & perpetuo impotentia, quando nerui, tendones, & ligamenta (quos Græci *syndesmos* vocant) penitus sunt abscissa & destructa, suamque protinus actionem perdunt, ac resiccari & tabescere incipiunt.

Vulnera in capite musculorum.

45

In temporib.

Nerui & tēdonis punctura.

Spasmus ex vulnere lethalis, id est, valde periculosus.

Vulnera membrorum particulariū quando ipsis mortalia.

Vulnera quando vsibus impotentiam inducunt.

Vulnera ea omnium mitissima sunt, & omnino (*vt vocant*) sanabilia, quæ in euchymis, id est, boni succi corporibus, & in locis carnosis accepta sunt, vbi & nerui pauci, & venæ, & arteriæ non multæ reperiuntur. Adhæc quæ diuisionis magnitudinem non habent, hoc est, lōgitudinem, latitudinem, aut profunditatem non multam. Periculū enim facit vulnus, quodcumque magnum est. Ratio autem, ob quam hæc vulnera tutiorem habent curationem, omniumque minime formidanda sunt, est quoniam ea nec febris, nec praua aliqua symptomata sequi consueuerunt, modo saltem recte, & vt res expostulat, tractentur. Et ideo in exemplo q. 36 primo attulimus de vulnere in nate a rustico peperam chirurgiam factitante male curato, non difficile fuit iudicare, quod ipsius incuria potius quam vulneris malignitate mortem obierit puer ille vulneratus. Quo circa recte ac prudenter feceris, si in tuis renuntiationibus, seu (*vt dicunt*) depositionibus hoc præfatus fueris: atque etiam addideris, Dummodo nihil aliud superuenerit, quod nec in præsentiarum apparet, nec in talib. accidere solet. Vulnera autem, quæ vt plurimum sanabilia dicuntur, mediamque inter duo dicta extrema (*nempe omnino sanabilia, & necessitate lethalia*) naturam sortiuntur, ea sunt quæ in capite musculorum carnosorum longe a iuncturis & temporibus fiunt; item quæ in caluaria, quam Græci [illegible] nomiuant, thorace, & ventre inciduntur. Hæc n. si rite atque ex arte tractentur, adhibeaturque diligens cura, & laborans obedientem se præstiterit, in nulla propemodum re indulgens propriæ voluptati; ac præterea si exteriora omnia rite sint apparata, curationem indubie recipere possunt. Si vero in iis peccatum sit, eorum curationem tardari aut intercipi contingit, hominemque vulneratum tandem ad interitum miserrime deduci. Proinde cum de illis ferre iudicium volueris, huius rei mentionem (vt nomini tuo & existimationi bene cōsulas) facere oportet, Sed hæc exemplo sequenti clariora fient.

Vulnera tutiorem curationem habentia.

Corn. Celsus.

Vulnera vt plurimum sanabilia.

OBSERVATIO VIII.

De vulnere ventris seu abdominis, ad interiora penetrante.

MENSE Iunio anno 1548. iuuenis quidam annorum nouemdecim, robustus admodum & validus, in Schaga pago habitans, vulneratus fuit in ventre sub vmbilico, ictu ad interiora penetrante. Ad quem accitus sum statim ab affinibus: nam ipsi metuebant intestina esse læsa,

eoq; magis, quod paulo ante hoc tempus, Maio
nempe mense, alius in eodem loco vulneratus
subito exspirauerat, chirurgo tamē promittente
sanitatem: erat autem ille chirurgus Gisbertus
nomine, senior quidem, si bene memini. At
nostro chirurgo, qui huius iuuenis, de quo nunc
37 loquor, curationi præerat, Ludolphus nomen e-
rat. sed is nimium gloriosus, vt huius patriæ chi-
rurgi (*quamuis plerunque linguarum imperi-
ti*) esse solent, statim in primo meo accessu ami-
cos astantes obiurgare cœpit, cur isti me vocas-
sent, cum is tam bene atque ego (*sic loquebatur*)
vulnerato stercora, si opus esset, commouere sci-
ret, tamquam hoc solum medici officium esset,
& nullam aliam opem vulneratis afferre posset,
aut aliud consilium dare: & proinde id solus præ-
stare posset indoctus ille alazon barbitonsor, qui
chirurgi munus exercebat, vt nimisquam ia-
ctabundis verbis proclamabat. Cui ego, fal-
sis illius verbis non commotus, placide respon-
di: *Amice, quid ad te, quod isti me vocarint ad
vulneratum tuum, cum tu eorum nomine honora-
riam consilii mei mercedem persoluturus mihi non
sis. Interim tamen hoc mihi explicato, quid tibi vi-
deatur de vulnere isto, numquid læsio aut punctura
ipsa ad intestina vsque peruenerit, ac ea confossa aut
perfossa, aut leuiter saltem perstricta sint, nec ne?
nam hæc præcipue cognitu necessaria ego esse puto,
antequam remedia vlla adhibeantur, ne nobis eue-
niat, quod priori socio tuo chirurgo euenerit, cum
haud dissimilis casus sit.* At is parum sibi constans,
modo dicebat *intestina læsa*, modo *illæsa*, vt non
minus dubius quam perplexus esset, ac quid
certo statueret, dicere non potuerit. Cui ego
denuo locutus, & paulo acerbius hominem ad-
ortus sum: *Tu modo mentionem fecisti de stercο-
re, olfacias vtrum vulnus stercus oleat, nec ne?* Hoc
enim est quod nos docet Galenus *lib. 1. de loc.
aff.* circa principium ita scribens: *Si vrina per
vulnus exeat, vesicam fuisse vulneratam ostendit,
quemadmodum vbi stercus per vulnus excernitur,
intestinorum alicui vulnus esse illatum, haud dubi-
um est. Sic etiam cum cibus egreditur, in ventri-
38 culo vulnus esse, manifestum est. Sic & ortum su-
pra inguina panum ac suppuratum cum medicus in-
cideret, ex incisione illa stercus subsequutum, in co-
lo abscessum esse declarauit, &c. Tu itaque, si ster-
cus e vulnere egredi videris, quid adhuc dubitas in-
testinum vulneratum fuisse?* Respondit, *vulnera-
tum post vulnus inflictum, nondum ventris sabur-
ram deposuisse.* Cui iterum respondi: *Tu ita-
que olfac vulnus, vel tentam ipsam (seu linamen-
tum) quam vulneri imposuisti, numquid stercus
oleat, nec ne, id enim neque medico, neque chirurgo
ignominiosum esse debet, cum hoc modo in cognitio-
nem mali deueniat, & deinde commodius ægrum
curare possit.* Is igitur dictis nostris obtempe-
rans, & Paulo modestior factus, ac rubore suf-
fusus, & astantium auctoritate permotus, qui i-
psum monebant, vt medici consilio aliquo
modo auscultaret, vulnus ipsum primo ol-
fecit, ac tentam ipsam naribus admouit, quam
& ego similiter olfeci: quæ cum nec stercus,
nec eiusmodi quippiam, imo nec ingratum
quicquam aut olidum in se haberent, ab ea
hora inter me & chirurgum magna interuenit
concordia; & indissolubilis amicitia, ita vt de-
inde post multos annos frequentissime me in
curam vulneratorum suorum non solum ad-
miserit, sed vltro vocari mandauerit. Tunc
tandem inspiciens lotium, quod minime tin-
ctum erat, tum pulsum explorans, quem æqua-
lem inueni, ægrum nulla febre occupari iudi-
caui, ac eundem optime de salute sperare ius-
si, animumque addidi, dicens, *si modo meis ac
chirurgi monitis obedire vellet, ipsum citissime pri-
stinam recuperaturum sanitatem.* Glandem igi-
tur iniicere iussi; qua optime alnum reddidit;
nec ipsa excrementa sanguinolenta erant: vnde
& certiores quoque facti sumus intestina mini-
me læsa esse. Deinde die sequenti, cum excre-
menta adhuc duriora essent, hoc pharmacum
sequens eidem propinauimus: ℞ *cassia recen-
ter extracta* ℥ j. *pul. rhabarb. electi, mumiæ ana*
℈ ß. fiat bolus; quem deuorauit, & ex eo ter
probe aluum deposuit, & cœpit optime habe- 39
re: interim bis in die capiebat ex hoc decocto
sequenti: ℞. *caulium rub. betonica, agrimonia,
sanicula, consolida vtriusque, valeriana, hyperici,
sanguinariæ, pimpinella, herba roberti, pedis leonis,
seu saniculæ maioris, bugla ana m. j. rad. fœniculi*
℥ j. *rubia tinctor.* ℥ ß. fiat omnium decoctio in a-
qua simplici, pro lib. ij. stentque supra herbas
per noctem: deinde fiat fortis expressio; colatu-
ræ addendo *mellis ros. colati* ℥ vi. misce; & fiat po-
tio vulneraria, in qua hæc puppa sequens suspen-
datur, exprimenda dum potio sumetur. ℞. *mum-
mia, spermatis ana* ʒ ß. *trochis. alkachengi sine opio*
℈ j. *pul. cinamomi, nucis muscata, maceris ana* ℈ ß.
crassius puluerizetur, & ligentur in puppa li-
nea rara. Qua potione vulneraria cum vix vsus
esset per VI vel VII. dies, adhibitis remediis
exterius consuetis per chirurgum, vulnus opti-
me consolidatum est, magno cum nostro hono-
re, & iuuenis sanus perfecte factus est.

SCHOLIA.

HIc sciendum est, quod non est semper ne- *Signa intestinorū gracilū vulneratorum.*
cessarium intestinis læsis, vt stercus per vul-
nus exeat: nam ex intestinis gracilibus læsis mi-
nime exit, vt egregie docet Amatus *centuria 1.
curat. 67.* sic referens: *Architectus Pauli tertii
Pontificis, vir, qui ob raras eius dotes ab omnibus in
precio habebatur, quum apud Anconam ageret, en-
se perfossus fuit inter vmbilicum, & os ventriculi, trā-
uersaliter, hoc est, ab vno latere ad aliud, adeo vt ab v-
troque latere vulneris orificia magna apparerent,
per quæ intestina gracilia exierunt, ad quem cum
chirurgi accesserunt, intus intestina reduxerunt, quæ
illæsa esse dicebant, quia nullum inde stercus exierat:
ac sic cutis vulnera suerunt, ab vtraque parte orifici- *Historia mortui ex*
um dimittentes; in quorum singulo linamentum im-
mitte-*

stomachi infima parte incisa.

mittebant. Sequenti vero die obiit. Eius cadauer dissecari fecimus, & stomachi infimam partem incisam conspeximus. Caecutiebant hic Chirurgi, in hoc quod

40 *dicebant intestina laesa non esse, quia inde stercus non exierat; quũ si intestina gracilia laesa & incisa fuissent, non inde per ea stercus emitti necessarium esset, quia in intestinis gracilib. stercus nullum reperitur; sunt enim via deductionis chyli, ex quib. mesaraica hiantes vena ad iecur alimentum trahunt*: vnde Auicennam in hac re hallucinari, qui stercus formam substantialem in stomacho recipere contendit, certum est, quem quoque sequuti sunt eius enarratores, praecipue Iacobus Forliuiensis, ac Alexander Benedictus: veluti & ante eos Cornelius Celsus. Ceterũ occurrit dubiũ non vulgare in praesenti; *An ventris vulnera ex tota debeant sui, vel potius in illis orificiũ aliquod sit relinquendum?* cui respondet Petrus ab Argelata, non infelix chirurgus, *quod ex toto ventris vulnera debent sui: quia alter intestina multũ alterarentur.* Sed dicet forte aliquis, *Imo oppositũ agendũ videtur; quia si non aliquod orificiũ ibi maneret, sanguis concretus abscessum faceret.* Respondet Argelata, *ventris partes esse exsangues, & ꝙ pauculum illum sanguinem natura ad emunctoria emittere poterit, & eo magis, si a medico eum medicamentis sanguinem dissoluentib. adiuta fuerit, inter qua coagulum leporis palmam obtinet.* Sed de curatione vulnerum postea: nunc n. de prognosticis signis sermo noster est. Et ideo, si coactus fueris a magistratu super aliquo vulnere sentẽtiam ferre, eiusq; euentum, quantũ ars permittit, praedicere, inprimis (*vt etiam docuit Tagantius*) annotandũ tibi est, in schedis tuo chirographo obsignandis, quod ex mandato ipsius magistratus, vulneratũ inuiseris, & vulnus seu vulnera omnia, si plura fuerint, diligenter & accurate inspexeris. Deinde vulnus aut vulnera: nomine expresso ac ꝓprio, vna cũ affecto loco exprimere debes. Postremo tuae censurę caussam, ac iudicii per te lati, rationẽ te subiicere oportet. At vero interim te admonitũ velim, ne iudiciũ tuum in hac re praecipites, sed mature, prudẽter, ac circũspecte omnia definias. Quandoquidẽ (vt ait ille) *omne in praecipiti vitiũ stetit.* Et vt a seniore illo Hippocrate, medicę artis primario auctore scriptum est, *iudicium est difficile.* Itaq; tametsi terminus vltimus vulnerum sit quadragesimus dies, primus vero intra septẽ dies consistat, & medicus iuxta formam & naturam acutorum morborum, ad decimum quartum protendatur: in suspectis nihilominus ac dubiis vulneribus exspectandus est dies septimus, priusquã aliquid de illis decernas ac iudices. Solent enim

Vulnera vtrũ an ex toto consuẽda sint.

Formula ferendi iudicium de vulneratis ex scripto.

Aphor. 1.

41 vt plurimum intra id tempus apparere accidentia tum bona tum mala, ꝗ post accepta talia vulnera superuenire consueuerunt; *febris*, inquam, *syncope, mentis alienatio, ac perturbatio, spasmus* & id genus alia. Sed & interim diligenter considerãdae sunt virtutum actiones ex *pulsu, vrina, vomitionibus*: & aliis id genus, quae foras excernuntur. Contemplari etiam oportet laborantis *appetentiam, tolerantiam, vultum siue aspectum & faciem*, & cõsimilia. Ex iis itaque & consimilibus praesagiis, quae ab Hippocrate & Galeno memoriae prodita sunt, diligenter perpensis & examinatis, robur virtutis, morbi magnitudini conferes. Deinde tacitus apud te omnia recolliges, vt praesagire possis, ac iudicium ferre, num moriturus si aeger ex accepto vulnere, an tandem conualiturus. Qua in re caute ac prudenter te geres. Nec est quod dicas, *si non fuisset vulneratus, numquam interiisset, quantumuis in victus ratione peccasset.* Sed nec satis fuerit, si dixeris, *vulneratum mortem numquã obiturum fuisse, si sibi consuluisset, ac omnia effecisset secundum* rationem: scriptumq; esse ab Hippoc. Aphor. 1. quod non solum *medicum praestare se oportet oportuna facientem, sed & aegrum & assidentes.* &c. Quandoquidem nõ solum famae tuae cõsulere, & te ab obloquentium calumnia vindicare debes, sed nihil etiam vel dicere coram magistratu, vel scripto annotare, aut renuntiare, ꝙ cedat in damnũ vel detrimentũ laborantis & consanguineorum, aut liberorũ eius, culpã omnẽ sic in eũ reiiciẽdo. Eorũ namq; ꝗ fortuito cõtingunt, tametsi nulla sit praeseruatrix, est tamen ars aliqua curatrix. Siquidem vt variis periculis nostra corpora exposita sunt, ita & modis plurimis, vbi in ea inciderint, seruari possunt. Itaq; vt scribit Auicenna *lib. 4. de extract. sagittarum*, licet vulnera quaedam sua natura lethalia sint, non tamẽ ob id relinquẽdus est vulneratus absq; auxiliis, quin omnia aggredi ac tentare debet chirurgus, quae ex arte & secundũ rationem fieri possunt, dummodo saltem ab assidentibus amicis & cõsanguineis ipsius aegrotantis obnixe rogatus fuerit, ac de futuro rei exitu corã eis, antequam vulneratũ attingat, praesagiuerit, vt se ab indoctorum & oblocutulciorum calumnia & maledicentia defendat. Pleriq; enim praeter spem medicorũ, modo quodam mirabili ac stupendo, mortẽ interdum euadunt, ac sanitati restituuntur. Igitur cũ saepe etiã praeter expectationem quaedã eueniant, curatio aggrediẽnda est. Quod si vulneratũ ipsum omni auxilio destitutum relinqueremus, & inde mors sequeretur, 42

Vulnerati non sunt relinquendi absque auxilio.

Plurima in morbis praeter exspectationem contingunt.

impii ac inhumani merito & diceremur & haberemur. Sed his omissis, reliqua vulnerum indicia persequamur. Igitur praeter haec te nosse oportet, quod vnio in partibus instrumentariis semel continui diuortium perpessis, est impossibilis, vt Galenus asserit *lib. art. medic. cap. 90.* Cuius assertionis ratio est, quia abscissis omnino poris, seu meatibus, venis inquam, neruis, & arteriis, per quos veluti per canales quosdam, alimentum, sensus, & vita in ipsum membrum organicum diffundebatur, promtissime exspirant, exhalantue tum spiritus, tum virtutes, ob substantiae scilicet quam habent, tenuitatem, (*quod non contingit in animalibus iis quae imperfecta vocantur, atque etiam in plantis ipsis*) non autem propter impotentiam, aut repugnantiam medicamentorum, vt recte asseuerat Haly. *in Commentario loci nuper ex Galeno citati.* Adhaec vnio in parte carnosa possibilis est, etiam iuxta primã intentionẽ, vt dicunt: in osse vero ex secũda dun-

Vnio in partib. organicis semel diuisis est impossibilis.

Vnio in parte carnosa possibilis est.

taxat intentione. Vocatur autem hic prima intentio, quando partea diuisæ, atque inuicem distantes, rursus vniuntur, & coalescunt, vt prius vnitæ erant idque absque medio heterogeneo, sed ratione quadam ac beneficio nutrimenti, facta scilicet modica quadam conuersione ipsius alimenti in carnem omnino vniformem & consimilem priori. Secunda vero intentio hic intelligitur, quando ea, quæ diuisa sunt, & vnionis diuortium perpessa, alia quapiam interueniente substantia, ceu glutino quodam alligantur, atque inuicem coniunguntur. Porro huiusmodi medium, cuius interuentu partes ossis fracti seu diuisi adalligantur agglutinanturve, Latine *Callus*, Græce vero *porus sarcoides* nominatur: qui quidem ex succo paulo crassiore fit, quam is ex quo os concrescit.

Callus, porus sarcoides.

Caussa autem, propter quam fractum os nequeat coalescere, prima saltem intentione, est ipsius ossis durities, cum mollium tantum corporum (*vt Galenus ait*) in vnum coeundi sit habilitas; vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa coeunte; tum vero in nobis ipsis.

Quare os fractum non coalescat.

Ridendus igitur erat ille Empiricus, qui cum rustici lotio ad nos veniebat, cum Alcmariæ adhuc habitarem; atq; admodum gloriose, sed prorsus inepte iactitabat coram omnibus, præsertim hominibus rusticis & idiotis, *se potionem vulnerariam habere, qua etiam si pars cruris ablata esset, eam poterat consoli-*
43 *dare.* Cui ego ridendo dixi: Stulte, *id tuis rusticis persuadeas: mihi nunquam persuadebis, sciens quod os consolidari non possit, sed in eius loco callus fieri potest, non tamen hoc modo vt tu inepte garris, etiā si os integrum abscissum esset.* Sed omisso eiusmodi imperito impostore, altera caussa est quod os coalescere nequeat, imbecillitas facultatis alteratricis, quæ altrix nuncupatur (*ossa enim particula sunt exsangues ac frigidæ*) non autem inopia materiæ seminalis, spermaticæ, vt quidam putauerūt, ac vt etiam sentit Tagantius.

Nerui, vena & arteria scissa aut diuisa interdum coeunt.

Ossa namque præsens semper habent alimentum spermaticum, quod quidem alterant & in suam cōuertunt substantiam, ac sibi assimilant. Nerui autem, venæ & arteriæ (*inquit Auicenna, Galeni auctoritate fretus in 3. Therapeut.*) mediam sortiuntur naturam inter carnem & ossa. Neque enim tam facile coeunt vt caro; neque tam difficulter conglutinantur vt ossa. Siquidem eorum natura mediocritatem obtinet inter mollitiem & duritiem. Proinde de vnienda eorum sectione, vtique desperandum non est, vbi tum ipsa sit patua, tum hominis corpus natura molle. Si vero sectio magna fuerit, & in duro corpore, nulla prorsus eius glutinandæ spes est. Vnde Galenus *loco supra citato* adhunc modum ait: *Videtur autem experientia quoque ipsa rationi subscribere.* Cum & in pueris & in mulieribus, propter corporum humiditatem & mollitiem, eam (*arteriam intelligit*) viderim glutinari; & in viro iuuene aggressu, cui paululum erat incisa.

Arteriam incisam aliquando vniri.

Qui autem eam inciderat, inquit ille, medicus admodum iuuenis erat, & operum artis parum peritus; venam enim se incidisse putabat: nam cum brachium hominis, venam incisurus deligasset, contigit attolli veluti in gibbum arteriam: atque ita hanc pro vena diuisit. Hanc autem incisionem Galenus curiose coniunxit, conglutinauit & persanauit. Verum breuis sane (*vt dictum est*) incisio erat. Quod si vtique magna atque effatu digna fuisset, nulla certe ratione persanari potuisset. Quod Hippocratis testimonio confirmatur, sexto Aphorismorum decimonono sic inquientis: *Cum discissum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputiū, neq; augetur, neq; coalescit: hoc est, neq; talis aliqua regignitur substantia, qualis abscissa est, neque vmquam discissa corporis labra agglutinātur.* In hoc autem aphorismo, vox *discissum*, diuisionis magnitudinē significat. Discissa namq; (*vt ait Galenus in comment.*) diuisionē habent vsq; ad finē peruenientē. Ceterū 44
nihil aduersus prædicta pugnat obiectio, quæ de ossib. puerorum adferri posset, quod scili. coalescere possunt, vt lib. art. medicinalis Gal. adserit; quia mollitiam habent & virtutis robur, ob propinquitatem suæ natiuitatis.

Discissa quæ dicantur.

Ossa puerorum fracta coalescunt.

Sed nec prius assertā infirmat, quod de dentibus obiici solet, quod scil. renascantur, non solum in pueritia, sed etiam in aliis ætatibus. Quoniam non generantur (*inquit Albertus*) ex materia ordinata, sed ex superfluitate, non quidem a virtute prima conformatrice, sed nutritoria, inducente actum generatiua.

Albertus Bononiensis.

Postremo indicat Hippoc. *6. lib. aphorismorum*, quod vulnera in corpore eorum, qui aqua intercutem laborant, non facile sanantur. Non prius enim curantur vulnera aut vlcera, quam ad cicatricem perducantur. Non possunt autem ad cicatricem perduci, nisi sufficienter exsiccentur: quod non factu facile est in iis, quos aqua intercutem male habet, ob humiditatis immoderantiam, vt docuit Hippocrates in *lib. de vlceribus*: & Auicenna his verbis: *Solutio continui & vlceratio, & id genus alia, facile ac cito curationem accipiunt, cum in particulis fiunt, quæ bona præditæ sunt temperatura: cōtra vero, si membra cacochymia occupauerint, plurimum renituntur curationi, nec nisi tempore longo possunt ad sanitatem perduci.* Sed multo adhuc difficilius curantur, quando corporibus eorum incidunt, qui vel hydrope laborant, vel lepra (id est, *elephantiasi*) aut aliqua alia praua temperatura.

Vulnera hydropicorum non facile sanantur.

Præterea in quinto aphoris. Hippoc. sic ait: *Vlcerib. frigidum quidem mordax, cutim obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distensiones.* Adhæc insignes cōtinui solutiones male curatæ, præsertim circa iuncturam, maciem inducunt sequenti particulæ. Et hoc quidem, propter obstructionem, & virtutis debilitatem, vt iam semel dictum est, & infra adhuc dicetur.

Macies particula ex vulnere quomodo fiat.

Plurima adhuc alia iudicia diligenti animaduersione obseruanda sunt, quæ etiam de vlceribus communia sunt. Itaque finem tractationi de iu-

dicijs

Lib. 5. Quæ vulnera mianalis habeat Celso.

diciis vulnerum imponamus, si quæ de iis docte, breuiter atque ornate scripsit Celsus, subiecerimus: *Seruari,* inquit, *nō potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui iecinoris porta, cui in spina medulla percussa est: cuiq; aut pulmo medius, aut ieiunum, aut tenuius intestinum, aut ventriculus, aut*

45 *Quæ vulnera difficilem curationem habeant.*

renes vulnerati sunt; cuiq; circa fauces grandes venæ, vel arteriæ præcisæ sunt. Vix autem ad sanitatē perueniunt, quibus vlla parte pulmo aut iecinoris crassum (quod Græce [illegible] vocant) aut membrana, quæ continet cerebrum, aut lienis, aut vulua, aut vesica, aut vllum intestinum, aut septum transuersum vulneratum est. Hi quoque in præcipiti sunt, in quibus vsque ad grandes, intusque conditas venas in alis, vel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiam vulnera sunt, vbicunque venæ maiores sunt; quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Idque euenit non in alis tantum, atque poplitibus, sed etiam in his venis, quæ ad anum testiculosque perueniunt. Præter hæc malum vulnus est, quodcunque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est; item quodcunque musculum, aut neruum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læsit. Tutissimum omnium, quod in carne est: & hæc quidem loco vel peiora, vel meliora sunt. Modo periculum facit, quodcumque magnum est. Hactenus de iudiciis vulnerum: quæ etiam manifestiora euadent exēplis iam subscribendis. Quare ad vniuersalem vulnerum curationem nunc properemus.

Periculosa vulnera.

Malum vulnus.

Quæ vulnera tutiorem habeant curationem.

OBSERVATIO IX.

De sagitta vulneri infixa extrahenda.

QVVM sagitta vulneri infixa esset, chirurgus decoxit radicem *viticella* cum *vino,* & miscuit cum *succo rad. ranna. & melle;* & egregie iuuabat. Quemadmodū alius *anagallidem* tritā & mixtam cum succo *rad. ranna* & *melle* imposuit: quo emplastro attractiuo commode vtebatur ad sagittas tum spinas educendas. Alius sequenti vtebatur: ℞. *fermenti, mellis ana* ℥ ß. *rad. narcissi, seui vaccini ana* ʒ j. *axungiæ veteris sine sale* ℥ ß. *fimi anseris* ʒ iij. & si infixum erat ferrum, addebat ʒ j. *magnetis* subtilissime puluerizati. Quidam & *ammoniacum & rad. ranna tritam, & rad. narcissi cum melle vnita* apponebat. Vel ℞. *fermenti, mellis ana* ʒ vi. *visci quercini* ʒ j. *ammoniaci dissoluti in aq. fœnugræci* ʒ ij. *ol. antiqui q. s. misc.* Vel. ℞. *ammoniaci, galbani, dissolutorum in aceto ana* ʒ j. *visci querc.* ʒ ß. *fermenti* ℥ ß. simul misceto. Aut ℞. *rad. lilii coctam in melicrato, & medullam fermenti:* mel & axungiam veterem simul commisce: & si ferrum adhuc inhæreat vulneri,

46 adde puluerem magnetis. Vel fiat hoc exempl. ℞. *pul. magnetis* ʒ ß. *oculorum hirund.* ʒ iij. *aristolochia longa & rotunda, capitum lacertarum ana* ʒ j. *mellis* ʒ iij. ex iis fiat emplastrum. Radix *polypodii quercini* trita, & optime incorporata cum *vino maluatico,* vel *albo* potenti superposita extrahit etiam sagittas & alia infixa.

SCHOLIA.

OMNIVM solutionum continuitatis, nedum vulneris, communis quidem curandi indicatio, est vnitio, vt Galenus ait *lib. art. med. cap. 90.* Et ea quidem est prima indicatio, omnibus nota, ab essentia ipsius affectus desumta, quæ præcipit, atque insinuat, contrarium per suum contrarium propellendum esse. Hæc autem prima ac generalis indicatio perficitur a duobus, nempe a natura, tamquam a præcipuo agente & caussa effectrice, adiuta suis virtutibus, & alimento conuenienti: & a medico tamquam ipsius naturæ ministro, quatuor intentiones sibi inuicem (*quod aiunt*) subalternatas in animo habente, dum opus suum exercet, vt curationis finem propositum tandem assequatur. *Prima* iubet (*inquit Tagautius,* quem & nos hic sequemur, cum ex omnibus collecta, methodo optima disponat) extrinsecus incidentia (si qua forsan labris vlceris intercidant) amouenda esse. *Secunda* præcipit applicanda seu coniungenda esse extrema distantium partium. *Tertia,* docet ea in vnum iam commissa, & coacta, ita conseruare. *Quarta,* suadet ipsam partis læsæ substantiam tueri, ac salubrem seruare. His, & *quinta* non absurde superaddi potest, quæ docet accidētia vulneribus succedere consueta, corrigere ac propulsare. Primam intentionem curandi (*quam & Tagautius, sicuti & supradictas omnes intentiones, mutuauit ex Guidone*) assequemur, dilatando vulnus, si non satis dehiscat, aut si eius labris aliquid intercidat extraneum, vt puta vel ossis particula aliqua pungens, & aspera; aut telum aliquod infixum, vt sagitta, vel mucro, vel aliquod aliud extrinsecus incidens, cuiusmodi sit spina, vel arundo. Atque vbi satis diducta sint vulneris labra, digitis aut volsella, vel forcipe, aut alio id genus instrumento a te, vt res expostulat, excogitato, quod infixum, aut labris vlceris intercidit, apprehendi debet, & leniter, ac (si fieri possit) citra dolorem euelli, *vt in sequentibus docebitur.* Vt autem sagittas, plumbeas glandes, & globos ferreos, ac alia cuiuscunque generis tela, vulneri ipsi profundius infixa, aut arctius inhærentia, secundum rectæ rationis ductum, & ex arte possis eximere, inueniēdum tibi primum est, quo instrumento id quam commodissime quam citissime, & quam minimo dolore aut periculo possis efficere. Verus autem modus inueniendi talia instrumenta, habetur ex contemplatione naturæ ac diuersitatis tum læsarum particularū, tum rerum defixarum. Itaq; ex horum duorum, partis scilicet læsæ, & rerum defixarum seu infixarum accurata consideratione & cognitione, tertium statim se offert: nempe modus euellendi tela in corpus infixa: qui certe varius & multiplex est, nec certo describi potest, *vt dicebat Guido.* Ceterum infixarum rerum ac telorum tametsi discrimina seu differentiæ, propemodum sint infinitæ, nec scriptis facile mandari possint (proinde & formæ proiectorū ab hostib.

De curatione vulnerū in vniuersum.

Communis soluta vnitatis curandi indicatio.

Intentiones in curandis vulneribus observandæ.

Prima intentio.

47

De sagittis, glandibus plumbeis, & globis ferreis ac quibuscunque aliis telis, e corpore vulnerato extrahendis.

1. Instrumentorum inventio.

2. Modus inueniendi instrumenta.

3. Modus extrahendi.

telorum diligenter a chirurgo perquirédæ sunt)
Sex telorum differentia.
Auicennas tamen conatur eas omnes differen-
tias ad octo reducere. Has autẽ senario numero
Tagautius etiam ex Guidone cõplectitur. Ita-
que differunt *tela*, quæ nostris corporibus infi-
guntur, materia, figura, magnitudine, numero,
A materia sumta differentia.
habitu, viribus. *Materia* quidem, quatenus ea
quæ imponuntur & hastilia vocantur, aut lignea
sunt, aut arundinea. Ipsa vero tela, aut ferrea
sunt, aut ærea, aut stannea, aut plumbea; vel cor-
A figura.
nea, vitrea, & quandoque etiam ossea; quin etiam
arundinea aut lignea conspiciuntur. Figura au-
tem euariant, quatenus alia sunt rotunda, alia
angulosa, nempe triangula, alia sulcata, alia tri-
sulca, hoc est, tribus ex partibus acie prædita:
Spiculatorum telorum discrimina.
Nõnulla item sunt spiculata, seu spiculis cincta,
quæ vulgo barbulata vocant; nonnulla spiculis
carent. Atque ex spiculatis, hæc posteriora spe-
ctantibus seu retro vergentibus spiculis munita
sunt, vt dum extrahuntur, contra defigantur:
illa in anteriora vergentia habent spicula, vt pro-
pulsata idem faciant, hoc est, infigantur, & laniẽt.
Sunt etiam quædam, quib. vtroque versum, ful-
minis instar, spicula exstãt, vt & dum extrahun-
tur, & dum intruduntur propellenturve, cor-
48 pus dilanient, & in obiecta infigantur. Sunt
item quibus ferrum quibusdam cardinibus seu
verticulis ita mouetur, vt spicula in impulsione
contracta, in extractione explicentur, atque ita
telum extrahi prohibent. His annumerare pos-
sumus ferra illa triangularia acuta, quæ furibus
hortorum clanculo sub herbis latenter obiiciũt,
Telorum discrimina, sumta a magnitudine.
& equis in militia, ac murices appellantur. Ma-
gnitudine quoq; variant tela, quatenus alia ma-
gna sunt, vt trium digitorum longitudinem ex-
Numerus.
pleant: alia parua, vt vnum digitum æquent; alia
vero medium inter hæc locum occupent. Nu-
merus etiam in his diuersitatem adfert, quate-
nus nonnulla simplicia sunt, nonnulla composi-
ta. *Tonsa* siquidem quædam ferramenta, siue
ferrea frustula ipsis imponuntur, ac si innexa
sint, vt in teli euulsione facile lateant, & in imo
Habitus.
relinquantur. *Habitu* differunt tela, quatenus a-
lia ferrum acutum ligno seu hastilib. habent in-
fixum, alia concauum, ita vt hastili ferri tubulum
insertum habeant; atque hoc alia firmiter, alia
negligentius, vt dum euelluntur, relictum intus
Vires.
remaneat. *Viribus* demum & facultate differunt,
quatenus veneno quædam sunt oblita, alia vero
minime. Atque hæ quidem sunt telorum diffe-
rentiæ. Nunc de instrumentis, quibus tela & res
nostris corporibus infixæ extrahuntur, dicen-
dum est. Nam de sedibus, in quas tela ipsa pene-
trarunt, postea agemus, dum scilicet de modo
euellendi tela, aliaque infixa, sumta a sede affe-
Octo instrumenta telis atque infixis aliis rebus extrahendis accommoda.
cta indicatione, commentabimur. Itaque instru-
menta, quæ a telorum aliorumque infixorum
differentiis, & a particularum in quas penetrarũt
varietate, excogitantur, inueniunturque, valde
multa sunt: octo tamen apud Guidonem &
recentiores chirurgos sunt magis communia.
1. Primum sunt *forcipes*, seu, *vt vulgo loquuntur, te-*
nacula Auicenna, qua denticulata sunt, & capita
habent ad instar lima, 4. Fen. lib. 4. Secundum sunt 2.
forcipes Albucasis, in modum rostri auis, etiam denti-
culata. Interim sunt *forcipes in modum canna siue a-* 3.
rundinis, aut scriptoris calami concaua, quas vulgo te-
naculas cannulatas vocitant, ad sagittas spiculis cin-
ctas (quas barbulatas nominant) extrahendas accom-
moda. Quartum est *terebellum inuersum, quod in* 4.
ferri infixum tubulum (quam doliam appellant) im-
ponitur; vbi autem sic tubulum immissum, ferrũ ap-
prehenderit, leniter ferro sequaci educitur. Quintum 5.
instrumentum est, terebra in longum porrecta, dila-
tandis ossib. (quibus tela firmiter inhærent) apprime
idonea. Sextum sunt *impellentia concaua, & impel-* 6.
lentia surda, illud apud Tragantium sub septimo in- 49
strumento ponitur, & est propulsoriũ instrumentum,
quod geminum est, nempe cauum & solidum siue sur-
dum; illud fœminam, hoc marẽ, appellant. Iis tela pro-
trudimus, donec ab altera parte apprehendi & extra-
hi possint Septimum sunt *incisoria ad ampliandam* 7.
carnẽ. vt facilius infixa extrahãtur. A Tagantio *ex-*
cisorius culter dicitur, ad amplificanda carnis vul- 8.
nera, quo facilius infixa eximantur. Octauum est,
in modum arcus illius, quẽ balistam vocant. Hoc au-
Modus extrahendi tela infixa duplex
tem ictum telũ excutitur. Ceterum extrahendo-
rum telorũ, quæ illata corporibus intus hæserũt,
modus est duplex, per attractionem vnus, alter p
1. Attractio.
2. Propulsio.
protrusionem, seu impulsionem. *Attractio* fit ab
ea parte maxime, qua venit telum: sed interdum
etiam & ab ea in quam tetendit. *Protrusio* autem
fit in partem oppositam, & ex qua venit seu infi-
xum est. Horum autem modorum indicationes
desumendæ sunt, tum ab ipsis telorum generi-
bus, quæ supra commemorauimus, tum ex illis
sedibus, in quas illa penetrarunt. De quibus mox
dicam, si communia quædam præmisero in ex-
Communia quadam in extrahendis telis obseruanda.
trahendis telis sedulo obseruanda. Si itaq; telum
in conspectu sit; sic vt se habet protinus extrahẽ-
dum est; sin occultatum est, ita faciendum Hip-
poc. præcipit: Corpus vulnerati (si tamẽ ipse po-
terit) in ea figura constitui debet, in qua erat eo 1.
tempore quo vulnus accepit: atque ita quo te-
tenderit telum, specillo explorandum est. Si æger
id non potest, iacens saltem ita debet collocari;
vt quam proxime fieri potest ad eam figuram 2.
accedat. Si telum aliquod defixum primis cona-
tibus commode ac salubriter euelli non possit,
sic eousque dimittere debes, donec circumposi-
ta caro emarcescat, putrescatque. Deinde inter-
missum opus aggredere, telum ipsum quod infi-
xum est, modo huc modo illuc agitando, ac ma-
nibus vel forcipibus leniter ipsum contorquen-
do: ita enim lenius multo ac facilius telum extra-
hes: *vt recte praceperunt Auicenna, Brunus, & Al-*
bucasis. Quamquam aliter visum sit Hẽrico. Hic
enim voluit, statim ac sine mora tela quocunque
modo fixa extrahi. Si armatus homo telo ictus
fuerit, nec possit leniter, ac facile telum mani- 3.
bus euelli, vulneratum protinus suis armis exui
iubeto: & rite apparatis omnibus quæ ad o-
pus eiusmodi conducere videbuntur, emissoque
que ac præfato (*vt supradictum est*) præsagio, for-

cipe

cipe communi apprehensum telum (præsertim
50 si sagitta est) ipsum leniter contorquendo extrahito. Quod si communi hac forcipe nihil promoueris, fortiores assumito. Si telum carni infixum retro, hoc est, ea parte, qua venit, recipiendum sit, nec aliter educi possit, amplificanda scalpello aut nouacula plaga est, quo facilius id sequatur, quoque minor oriatur, inflammatio, quæ maior quidem fit, si ab illo ipso telo, dum redit, corpus laniatur. Item si ex alia parte vulnus aperitur, laxius esse debet, quam vt telo postea exeunte seu transeunte amplificetur.

Consilium Celsi.

Summa autem vtraque parte ita habenda cura est, ne neruus, ne vena maior, ne arteria incidatur. Quod si horum aliquid detectum fuerit, excipiendũ hamo retuso est, abducẽdumq; est scalpello. Vbi aũt satis incisũ est, telum eximendum est: tum quoque eodem modo, & eadem cura habita, ne subito, quod eximetur, aliquid prædictorum lædatur. Si autẽ telum ita firmiter ossi inhæsit, vt nulla vi extrahi possit, terebello (*vt vocant*) directo diuisionem amplificabimus, ac modo infrascripto telum liberabimus. Telo e corpore euulso, non alia est vulneris medicina, quam quæ esset, si corpore icto nihil inhæsisset. Ergo vulnus ipsum, vt & cetera alia vulnera, tractari ac curari debet; hoc vno addito, quod qui ab infixo telo alteratus est sanguis exprimi ac educi debet, vt vulnus ipsum a putrilagine vindicetur. Ac perfundi quidem debet *oleo calente*, maxime si doloris adest suspicio. Si inflammationem experiatur, ad eam tollendam insuccatis lanis, fomentis, cataplasmatis & consimilibus vtemur: Si vero inflammatione vacauerit, suturis (si opus fuerit) adhibitis impositoque medicamento, quod cruentis statim vulneribus iniici solet, curandum est. Ceterum his communibus prælibatis, tempestiuum est, vt propria quædam de telorum extractione subiiciamus, & quando, & quo modo attractione, vel propulsione, sit vtendum; sumta primum (*vt propositum est*) iudicatione ab ipsorum telorum generib. seu differentiis, dein ab ipsis sedibus affectis.

Methodus eximẽdi tela sumta indicatione ab ipsorum differentiis.

Itaque tela, quæ iaci ac vibrari solent, magna ex parte sunt vel oblonga & angusta, cuiusmodi sunt *sagittæ*; vel *lata*, vel *rotunda*; aut *angulosa*; vt plumbea glans, vel *ferrea*: aut *lapis*, aut simile aliquid, quod perrupta cute integrum intus insedit.

Sagitta sæpius antrorsum educenda.

Telum si oblongum est & angustum, cuiusmodi sagitta est, & facile in corpus conditur, & altissime insidet. Sæpius itaque alia parte, quam qua venit, sagitta educenda est, præcipueque quia fere spiculis cingitur, quæ magis laniant si retro, quam si
51 contra trahuntur. Sed in aperta via, caro didueì debet, ferramento ad similitudinem facto Græcæ literæ ψ. Deinde vbi apparuerit, si mucroni arundo inhæret, propellenda est sagitta, donec ex altera parte apprehendi & extrahi possit. Si iam illa arundo inquam seu hastile, decidit, solumque intus ferrum est, mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe, atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi est, vbi ab ea parte qua venit, euelli magis placuit. Nam ampliato vulnere, aut arundo, si inest, euellenda est; aut, si ea non est, ferrum ipsum. *Porro* eximetur ferrum, vel terebra inuersa in tubulum (quam *doliam* vocant) immisso, vel forcipe qua dentes atque eorum radices euelluntur; vel ferramento quod a telo extrahendo *Belulcum* Græci vocant; aut alio quopiam instrumento ad id accommodo. Nonnunquam etiam carnem prius incidimus, si vulnus instrumentum non recipit. Quod si spicula apparuerint, eaque breuia & tenuia sint, forcipe communi extrahi ea ex telo debent, vacuumque ab his telum educi. At si ea maiora valentioraque sunt, fixis scriptoriis calamis, *vt consulmit Celsus*, contegenda sunt, ac ne quid lacerent sic euellenda.

Si sagitta spiculis cincta est.

Alii spicula ipsa forcipibus seu tenaculis (*vt vocant*) cannulatis apprehendunt, atque ita telum eximunt. Quod si telum spiculis vtroque versum spectantibus cinctum in neutram partem sequatur, iuxta ipsum alia incisione patefaciendus locus est, nisi vena aut tale aliquid impediat; atque inde ferrum vndiquaque explicatum modeste, ac sine vlla vulsione tollendum est. Quidam etiam spicula eiusmodi fixis calamis, seu exiguis arundinibus, prius contegunt, ne quid lacerent, deinde ita euellunt, ea scilicet parte, quæ eductioni magis congruere videbitur.

Latum telũ ab ea parta qua venit extr. hendum.

Latum vero telum si conditum est, ab altera parte educi nõ expedit, ne ingenti vulneri ipsi quoq; vulnus ingens adiiciamus. Euellendum ergo est genere quodam ferramenti, quod *Dioclenm eraphiscum* Græci vocant, quoniam auctorem Dioclẽ habet: quem inter priscos, maximosq; medicos fuisse, memoriæ proditũ est; vt Cornelius Celsus annotauit, *lib. 7. cap. 5.*

Rotundũ telum aut angulosum.

Tertium quoddã genus telorũ est rotundum, vt diximus, aut angulosum, vt lapis, plumbea glans, aut simile aliquid, q ex funda aut tormentis bellicis mittitur, & perrupta cute integrum in corpus defigitur, ac latet. Tela autem eiusmodi intus condita esse, his notis deprehendes. Moles aspera & inæqualis (si contrectetur) subesse sentitur, plaga seu diuisio non omnino in rectum tendit, sed & maior etiam ac amplior apparet: caro item contusa ac liuida cernitur. Dolor præterea 52
cum grauitate quadam infestat.

Tertium genus telorum ea parte qua venit extrahendum.

In his omnibus latius vulnus aperiendum, idque quod inest, ea qua venit, aut vncis aduncaue scalpelli parte, aut vulnerario specillo recipiendum est, aut denticulata forcipe, si fieri potest & eam vulnus admiserit, extrahendum. Quod si telum infixũ sic intus lateat, vt nullo modo reperiri possit, aut non satis commode extrahi, tantisper dimittendum est, donec natura ipsum protrudat, aut manifestet.

Tela interdum diu in corpore delitescunt, persanato vulnere.

Interdum vero tela infixa integra cicatrice obducto vulnere citra noxã aliq diu delituerunt: deinde lõgiore temporis spatio partẽ eã abscessu occupante ac dirupto exsiliere. quo facto vulnera mox ad sanitatem perducta sunt, ea illis curatione adhibita, quæ aliis debetur vulnerib. Quod multis cõtigisse vidit Albucasis, vt refert *parte secunda suæ chirurgiæ cap. 96. de ex-*

tract. sagitt. vbi refert sagittam in dorso occultatam, post septem annos consolidato vulnere ex radice coxæ exiisse. Hactenus de telorum extractione, sumta ab ipsorum differentiis indicatione: nũc de eadem re dicemus, sumta indicatione ab ipsis affectis sedibus. Itaque sedes, in quas tela penetrarunt, vel caro sunt, vel ossa, vel articulus. Atque in iis quidem partibus vel alte telum insedit, vel in summo duntaxat, aut saltem non admodum alte & citra medium infixum est. Iam etiam membra penitus transiisse cognoui, quem admodum iuueni euenit Alemariæ, cui in loco publico, in quo sagittarii sagittas ad scopum emittunt, cum caput extra limites securos extulisset, sagitta nasum perforauit, qui plus capite exstabat: at is optime curatus fuit. Adhæc vel membrum vnum duntaxat telo ictum est, vel particulæ plures simul confixæ sunt, ita vt particula vna telo traiecta, alteri affigatur. Igitur si in summa carne telum impactum est, aut certe magnas venas & loca neruosa non transiit, nihil melius est, quam qua venit, id euellere. Similiter etiam quod alte inhæsit. Obiectæ vero partes, id est, quæ ex diuerso respondent, si conuulnerentur, vel ex sanguinis profusione, vel ex aliorum membrorum consensu & consortii lege periculum inuehant, euulsione, qua parte infixum est, eximi debet. Illud autem digitis, vel ipsius teli arundine, seu hastili (*quod plerunque ligneum est*) in ferri tubulum immisso extrahemus. In quibus vero alte telum in carne infixũ est & plus
53 est, hoc est, lõgius spatium, per quod telo reuertendum, quam quod perrumpendum est, iamque venas neruosque id pertransiuit, breuiter eũ parum admodum integræ carnis ex aduersa parte superest, neque aliquid obstat, quo minus cõtra mucronem incisio commode fieri possit, melius est aperire, quod superest, atque ita propulsatu telum educere. Nam & propius petitur, & tutius euellitur, & in maiore membro, si medium mucro transiit, facilius sanescit quod peruium est, quia vtrinque medicamento fouetur. Protrudi autem debet, vel hastili ipso, si inhæreat; vel si exciderit, propulsorio instrumento, cauo quidem, vel solido (quod & *surdum* quidã vocãt) prout res exigit. Porro si telum acumen (quod *u.εγ.ϛ.* vocant) habeat, (*hoc autem specillo deprehẽdimus*) propulsorii instrumenti feminam; si vero tubulum seu concauitatem habuerit, marem immittemus; atque ita ferrum inserto instrumento protrudemus, quoad educi facillime possit. At si etiam in opposita, seu vlterius telum processerit, nec ea parte ipsum possit extrahi qua infixum est, diuisis iis, quæ opposita sunt, per illa ipsum eximemus, vel euellentes, *vt dictum est*; per eam partem in quam tetendit, vt modo diximus, propellentes; summa cura (*vti monuimus*) semper habita, ne vel neruum, vel tendinem, vel maiorem venam, aut arteriam incidamus. Turpe siquidem est, dum telum extrahimus, maiorem noxam inferre, quam telum ipsum effecerit. Si telum ossi inhæsit, nonnihil attrahendo ipsum eximere curum est. Eo autem vsque mouendum est, donec is locus laxetur, qui mucronem momordit, & tum vel manu, vel forcipe telum extrahendum est. Quæ ratio in dentibus quoq; eiiciendis est; & vix vnquam ita telum non sequitur: sed si morabitur, excuti quoq; ictum aliquo ferramento poterit. Quidam tenaculis (*vt vocant*) seu forcipibus alligant arcum, quem vulgo balistam nominant, & laborante bene stabilito, intensum ipsius instrumenti neruum, seu chordam remittunt, & ita telũ extrahunt. Quod si telum altius in osse desederit (*quod cognoscimus si firmiter sed infixum nulla vi moueatur, aut labet*) excisorio cultro, osse, quod iuxta est, exemto, aut etiam terebra (*si crassum sit*) prius perforato, telum ipsum extrahemus. Sunt qui ab eo foramine terebra facto ad speciem literæ ᴪ contra telum os excidunt, sic vt lineæ, quæ diducuntur, ad telũ spectẽt; quo facto id necesse est, labet, & facile auferatur. Quod remediũ, vltimũ est. Alii terebra in rectum ac longum porrecta, quæ illis 54
directa vocatur, ossi percussi rimas conniuentes, & telum infixum mordicus prehendentes, diducunt; atque ita facile quod infixum est, extrahũt: Inter duo vero ossa, si per ipsum articulum telum perruperit, circa vulnus duo membra fasciis habenisque deliganda, & per has in diuersas partes diducenda sunt, vt tendones, ligamenta & neruos distendant. Quibus extentis laxius inter ossa spatium est, vt sine difficultate telum recipiatur. Sed illud quoque videndum est, sicut in aliis locis seu particulis supra monui, ne quis neruus, aut vena, aut arteria a telo lædatur, dum extrahitur, eadem scilicet ratione, quæ suprapolita est. At si particulæ plures confixæ fuerint, hoc est, membrum aliquod telo traiectum, alteri affigatur; verbi causa, brachium thoraci, aut cubitus alicui alteri corporis particulæ, aut crura inter se, hoc modo faciendum est. Si non per totum vtrumq; membrum penetret sagitta aut hasta, eam ab exteriore parte, perinde atque in vno consueuit, apprehensam extrahemus. Sin penitus ambæ partes transfixę fuerint, dimidia ligni parte ferra resecata, eas ligni partes, quam facillime fieri poterit modo, sigillatim euellemus.

Methodus extrahendi infixa sumta a sede affecta indicatione.

Si telũ summa carne infixum est

Si telum alte in carne insedit.

Si telum in opposita processerit.

Si telum ossi inhæserit.

Si telum altius in osse demersum sit.

Si telum in articulo se inter duo ossa demerserit.

Si particulæ plures confixæ fuerint.

OBSERVATIO X.

De vulneribus venenato telo inflictis.

CVM in Turcico bello (*vti Romæ mihi narratum fuit a Gisberto Horstio, Amsterodamensi, medico Romano, præceptore meo*) plures vulnerati ex telo venenato subito morerentur; tandem superuenit senex medicus, qui vulneribus poma vel mala cydonia dentibus contrita, atque ita saliua ieiuna permixta apposuit, quo remedio omnes curati fuere, nullis remediis antea iuuantibus.

SCHOLIA.

VENERAMVS ad tela venenata. Si itaq; venenato quodam telo plaga facta est, iisdem omnibus, quæ prædiximus, sed paulo festinantius actis, adiicienda curatio est, quæ vel epoto veneno, vel a serpẽte aut quouis alio venenato animante

Si venenato telo quis ictus est.

mante istis adhiberi solet. Ceterum quod ad chirurgiam attinet, totam carnem, quæ veneno iam mutata est, siquidem fieri potest, præcidemus. Agnosces autem eam, quod a sana carne multũ diuersa sit. Pallida enim supra modum subliuida, & veluti mortua apparet. Sin carnem totam a veneno immutatam circumcidere non possis, non alienum erit circa vulnus scalpello incidere, hoc est, scarificare, quo plus vitiati iam sanguinis extrahatur. *Deinde* venenum admota vulneri cucurbitula extrahendum est. Si cucurbitula non adsit, tum quodlibet simile vas, quod idem possit, vsurpemus. Si ne id quidem præ manibus sit, (quod tamen vix contingere potest, vt tanta omniũ rerũ sit inopia) homo aliquis adhibendus aut mercede conducendus est, qui vulnus exsugat. Sed illud ne intercat, ante debebit attendere, qui vulnus exsuxerit, ne quod in gingiuis palatove, aliave parte oris vlcus habeat: hoc pacto enim & ipse tutus erit, & tutum hominem vulneratum præstabit. Siquidem venena (*vt Celsus ait*) non gustu; sed in vulnere nocent.

Venena non gustu sed in vulnere nocent

Verum priusquam hæc aggrediamur, telum ipsum, vti docuimus eximẽdum erit. Atque hactenus tradita est methodus de telis e corpore extrahendis. Ceterum Nicodemi incantamenta & insusurrationes, quas & *coniurationes* vocant, quæ a Theodorico & Gilberto referuntur, reiiciamus: quamquã enim mihi Romæ quidam eiusmodi exorcismum dederit, quo ferrum corporis infixum extrahi dicatur, numquam tamen eo vti volui: & ne pili quidem cum Tagautio facio, vt quæ meræ nugæ sint & Christianum hominem non deceant. Medicamenta autem rationalia, & experimentis certis, sine vllo præstigio aut dęmonis fraude, nos potius sequamur: inter quæ & recenseri possunt illa, quæ extrahendis infixis dicata sunt, & quæ Guido vsurpare solet in spinis, piscium officulis, lapidibus, vitri fragmentis, surculis & ossium frustulis eximendis: aitque frequenti experimento se edoctum, medicamentum ab Auicenna descriptum inter cetera prȩstantissimum esse & efficacissimũ.

Emplastrum Auicennæ infixa statim extrahens.

Recipit autem *fermenti, mellis optimi*, aut *alueariorum sordities* (quæ Græcis *propolis* dicitur) singulorum *libram semis, visci quercini quart. vnam*: ex quibus conficitur emplastrum, quod loco cui fixum intus inhæret, superponitur. Rogerius adserit, multiplici experimẽto comprobatũ, quod radix arundinis contusa cum melle, & apposita, infixa sine dolore extrahit. Pleraque alia sunt in Antidotario descripta, quæ vim habent attrahẽ-
56 di & infixa euellẽdi, cuiusmodi sunt, *dictamnum, thapsia, sagapenum, ammoniacum, aristolochia, ranæ combustæ*, & id genus alia. Medicus Imperatoris infixa extrahebat cum pinguedine *talpæ*: & ad omnia carni infixa hanc pinguedinem expertum medicamen esse referebat. Similia medicamenta & quędam ex supradictis, etiam reperire est apud Paullum Ægiņetam.

OBSERVATIO XI.

De Vulnere facto per incisionem in facie.

Dvobus altercantibus vnus alium, faciẽ scindendo, cultro vulnerauit: sed commissis labris, factaque decenti ligatione, quia profundum non erat, adhibitis linamentis, quæ ad recẽtia vulnera faciunt, facile deinde coaluit: & vulnus sine molestia consolidatum est. At alteri, vulnere magis hiante, sutura opus fuit.

SCHOLIA.

Veneramus ad secundam intentionem vulnerum, quam nunc explicemus, quæ erat commissio dissidentium, seu distantium coniunctio, quam assequemur per orarum adductionẽ, seu labiorum vulneris inuicem distantium attractionem & applicationem, membrum ipsum læsum, quam fieri poterit, lenissime tractando.

Secunda intentio. Dissidentiũ commissio.

Lib. 3. Therap.

Dissidentium namque coniunctionem seu agglutinationem præcedit necessario orarum adductio.

Tribus modis distantes oræ vulneris in idem adducuntur.

Quæ autem diducta sunt, in idem adducuntur, aut vinculo ex duobus initiis circumdato, aut sutura: aut fibulis (quas Græci ἀγκτῆρας vocant) impositis, aut horũ quibusdam, aut omnib.

Vulnus simplex ex sola partium cõmissione adglutinari potest.

Quod si vulnus (*vt proposuimus*) simplex sit, hoc est, solum continui in carne diuortium, cum quo neq; affectus vllus, neque symptoma vllum adsit, nec valde magnum sit, sola fascia orbiculatim circũdata, diductæ partes committendæ sunt: ita enim vulnus procul dubio coibit, & citra aliquam aliã extrinsecus adhibitam curam coalescet. Huius autem coitionis & coalescentiæ effectrix caussa, sola certe est natura.

1. Deligatura.

2. Sutura.

At si magnum vulnus sit, adeo vt diductę partes in totum, atque exacte prędicta deligatura committi nequeant, suturis ipsis adducentur: *deinde* vbi sic deligatæ, aut suturis adductæ fuerint, glutinatoriis præsidiis vtemur, quæ collectam humorum proluuiem desiccare 57
& consumere queãt, aliam vero ne influat, prohibere. Plaga autem ea potissimum sui debet, quæ in molli parte accepta est, maximeque si discissa auris ima est, vt *Celsus ait*, vel imus nasus, vel frõs, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter: vix enim iis partibus deligaturam vulnus cõmittit.

3. Fibula.

Si vero in carne vulnus est, hiatque, neque in vnum oræ facile attrahuntur, sutura quidem aliena est, imponendæ vero fibulæ sunt, quę oras paulatim tamen contrahũt, quo minus lata postea cicatrix sit: fere autem fibulæ latius vulnus esse patiuntur.

3. Intentio, commissorũ conseruatio.

Tertius scopus, qui in curando simplici vulnere chirurgo proponitur, est, vt diductorium oræ, ita vt quæ in vnum per adductionem coniunctæ sunt, conseruentur & maneant. Conseruabuntur autem optime huiusmodi extrema, quæ in vnum coacta sunt, iisdem fere auxiliis, quibus & in idem adducta sunt, nempe decenti ligatione, apposito mẽbri situ, & suturis, si necessariæ videbuntur.

Dupliciter coniuncta manere, quæ committuntur.

Porro bifariam simul manent, & adglutinantur, quæ commissa sunt: alia enim per se, alia ope aliorum subsistunt, ac manent. Per se quidem, quæcunq; secum concrescunt, ac coalescunt, aliorum ope, vt ea quæ colligantur, & quæ glutino aliquo tenentur: ac quæ concrescant coalescantue, omnino mollia naturaliter sint oportet. Talis sane est

(*inquit Galenus*) tum caro ipsa, tum quæcunque carnea ex ipsa constitutione sunt. Quæcunque vere dura siccaq; sunt, eorũ diuisæ partes coire simul nequeunt, alienum enim terminum nequaquam admittunt, sed glutinum aliquod vinculumve, quo commissa maneant, requirunt. Et talium quidem sanatio in sequentibus præcipietur.

Quomodo vulnus ligari conueniat.

Nunc de iis, quæ per se vniri possunt, inceptum sermonem peragamus, & quomodo vulnus ligari conueniat primum dicamus ex Guidone, Auicenna & aliis, quos & ipse Tagautius sequutus est. Deligaturæ igitur modi seu differentiæ tres sunt apud Auic. *Fen. 4. lib 4.* Nempe *incarnatiua, expulsiua, & retentiua*, ita enim eius interpres & recentiores chirurgi eas nominant.

Triplex genus deligaturæ.

1. Incarnatiua seu adglutinatoria deligatura.

Incarnatiua, quæ magis proprie *adglutinatoria* diceretur, recentibus tum vulneribus tum fracturis accommodatur. Debet autem fascia in hoc genere deligaturæ fieri ex parte aduersa loci vulnerati, ducendo atque iniiciendo alterum fasciæ principiũ versus partem superiorem membri, alterũ versus inferiorem. Ea vero latitudine esse debet fascia ipsa, vel semel
58 iniecta, vt non vulnus tantum, sed vsque ad aliquid vtrinque etiam oras eius comprehendat, quantum videlicet videbitur necessarium. Si ab altera parte caro magis recessit, ea melius attrahitur, si æque ab vtraque, transuersa comprehẽdere oras debet, aut si id vulneris ratio non patitur, media primũ iniicienda est: & tum in vtramque partem ducatur. Ceterum arctior esse debet ligatura super locum læsum, quam in partibus adiacentibus. Cauendum tamen semper est, ne vel nimis arcta, vel nimis laxa sit. Quandoquidem quæ laxior est, non continet, quod autem non continetur, elabitur. At vero quod vehementius est adstrictum, dolorem premendo excitat, & proinde fluxionẽ proritat & phlegmonẽ accersit, quandoq; etiam gangrænam. Danda igitur opera est, vt vitato ambarum incõmodo, vtriusq; fruamur commodo. Id fiet, si quod nimium est, declinabimus. Ergo nec adeo arctare ligaturam debebis, vt iam comprimat, nec adeo remittere, vt laxa sit. Et, vt summatim dicam deligaturæ terminus, sit bona laborantis tolerantia.

Sic deliganda est fascia, vt contineat, neque adstringat.

Ceterum extrema fasciæ acu assuenda sunt. Nam nodus (*inquit Celsus*) vlcus lædit, nisi tamen longe est. Et si necessitas desideret, plures fasciæ iniiciantur, & modo supradicto reuoluantur. Itaque hoc deligandi modo vulneris labra adamussim committuntur, & quo minus circa vulnus excitetur phlegmone, (*cuius rei curam imprimis habere oportet*) prohibetur, *vt lib. 6. Method. Gal. annotauit.* Sunt qui pannum lineum duplicatum adaptant vulneri, & stringendo acu desuper assuunt. Hæc de *prima* ligaturæ differentia.

2. Expulsoria deligatura.

Secunda deligaturæ differentia, quæ *expulsoria dicitur*, antiquis vlceribus & sinubus (quos *cauernosa vlcera* vocant) proprie dicata est: hoc enim commodi præstat in illis, quod a fundo ad os collectam humorum colluuiem extrudit, & ne quid amplius in locum affectum confluat, valide prohibet. Hæc autem fit fascia ab altero tantum principio reuoluta, incipitq; ab inferiore parte membri laborantis, vbi arctior esse debet.

Ea fit inferne sursum.

Ab hinc ad superiorem partem facta circumuolutione, eam paulatim soluendo, dispensatur, si saltem os, per quod sanies emanat, ad superiorem partem porrectum sit. Interdum enim inferius spectat. Voco autem hic *partem superiorem* cum Galeno, quæ versus cor, aut hepar vasorum suorum radicibus spectat. Rursus radicem vasis appellamus *priorem eius partem*, quæ iocinori propior est, vel etiam cordi. Porro eiusmodi ligatura adaptari solet membris inæqualibus, id est, quæ non sunt æqualis crassitu- 59.
dinis: cuiusmodi sunt tibiæ, scindendo fasciam ipsam singulo quoque palmi interuallo, & eam valide acu assuendo, ab ea parte maxime, quæ gibba est, seu, vt dicunt, arcuata: laxe vero a parte altera dorsali. Hoc autem genus ligaturæ vtilissimum est in antiquis vlceribus, varicibus, & tibiarum inflationibus.

3. Deligatura retinens.

Deligatura quæ retinet medicamenta, accommodatur membris, in quibus non potest fieri arctatio, seu strictura, neq; alia deligatura, vt in collo & ventre, atque omnibus abscessibus & dispositionibus dolorificis. Hæc autem perficitur linteolo, seu fascia vnũ finem, seu (*vt dicunt*) caput habente, vel quæ sit multorum capitum seu brachiorum, prout res exigit. Atque eius deligaturæ principium super locum affectum iniicietur, & in parte opposita, vel nodus vel potius futura fiet. Talis autem deligatura leniter & citra dolorem, cum appetet tempus, solui debet. Quod si linteola nimis adhæreant, ea tantisper vino madefacito, donec facile separari possint.

Quæ fascia vulneri deligando aptissima.

Fascia vero ad vulnus deligandum lintea, id est, e lino constans, aptissima est, *secundum Galenum lib. 6. Therap.* talis nimirum, quæ nec nimium mollis, nec nimium dura sit. Quod enim molle nimiũ est, & algæ ritu fragile, non tuto continet: quod vero durum nimis est, premendo offendit. Si igitur ex panno lineo veteri, non tamen nimis detrito, suaui, leni & mundo, eaq; latitudine & longitudine, quam natura partis desiderat. Vt si humerus tibi deligandus sit, fasciam, quæ latitudinem sex digitorum habeat, assumes: at si femur, quinq;: si tibia, quatuor, si brachium, trium digitorum. Si vero digitus ligari debeat, vnius digiti latitudine fascia assumenda erit. Eius vero longitudo sit pro ratione numeri iniectionum, hoc est, pro necessitate reuolutionum. Hoc igitur, vt & multa alia, quæ scriptis mandari non possunt, medici ac chirurgi ingenio, quod (*vt Damascenus ait*) tum artem, tum naturam operantem magnopere adiuuat, committitur. Sed & ad hoc non parũ confert cognitio conformationis ipsius particulæ laborantis, vt quarto Therap. Gal his verbis expressit: *Deligare* (inquit) *commode ægram particulam non possis, nisi prius vel ex figura, vel positura, vel vtrisque indicationem sumpseris.* Qui integram huius deligaturæ tum fasciarũ doctrinam desiderat, legat Galenum *de fasciis*, Vido Vidio Florentino interprete, cui multæ & variæ figuræ fasciarum adiectæ sunt. Sed hæc quæ nunc

diximus

Barth. Blarerus expeditissimum conscripserit tractatum, quo & iuris communis & Cameræ Imperialis huius l. processum praxinque grauiter propalauit, nec non Cæsar Contard. Hier. Cagn. & Ioan. Oldendorp. egregiam in huius l. praxin enodanda nauarint operam, eo remittendum duxi laudabilius, quam optime congesta frustratim diuellere.

Si tamen aliquis synopticam processus
2 sus relationem † expeteret, huic verbis Alex. Raudēsis excultissimi practici gratificari possem. Hic *respons. 26. nu. 100. vol. 1.* sequentibus scribit verbis. *Primum* (inquit) *ac pracipue requiritur, quod pracedat summaria cognitio diffamationis iudici facta*. Secundo, *assignatio termini, cum quadam caussa cognitione*: Tertio, *interlocutoria, qua audientia denegatur*: Quarto, *valida partis citatio, cum caussa cognitione*: Quinto, *assignatio termini ad agendum*: Sexto, *dua monitiones ad minus intra illum terminum, de quibus in actis appareat*: Septimo, *impositio perpetui silentii: & hac opinio est longe tutior & crebrior vsq; adeo, vt ex sententia non imminuat periculum priuationis in hoc remedio nisi expressa silentii impositione*: Octauo, *contumacia*: Nono, *pronuntiatio iudicis in termino sibi assignato contumacem esse*: Et Decimo, *vt doceat de interesse suo & se possidere, seu ius habere*. Hactenus Raud. Auctoritates ab ipso in comprobationem citatas, ne prolixior in transscribendo viderer, non addidi. Nec illepide etiam processum huius l. synoptice exposuit Ferrar. Mont. *de iudic. praexercit. lib. 3. cap. 9. per tot.*

ARGVMENTVM.

Binam requiri citationem præcessisse sentētiam impositionis perpetui silentii.

CONSIDERATIO I.

QVamuis nonnulli arbitrentur, vnicam citationem ad imponendum † contumaciter emanēti diffamato per-
3 petuum silentium, suffecturam. *Roman. Alex. & alii per Gabr. Rom. lib. sentent. 2. tit. de actionib. conclus. 6. sub num. 21. Mynsing. obseruat. 86. cent. 3. Barth. Blar. in l. diffamari. cap 6. num. 21. relati.* Receptior tamen & verior perhibetur illa opinio, qua bina † requiritur citatio, *Mynsing. obseruat. 86.* 4
vbi multas in hoc congessit auctoritates. *cent. 3. sequitur eandem Matth. Wesenb. consil. 96. n. 52. Nic. Reus. consil. 19. n. 36. 37. li. 1.* Alex. Raudens. *respons. 26. sub nu. 100. vers. sexto, dua monitiones ad minus. vol. 1. Robert. Marant. tract. de multipl. alternat. sub n. 350. vers. tertio requiritur*, vbi adseueranter scribit, hanc opinionem esse & magis communem, & tutiorem, *Cæsar. Vrsill. in addit. Afflict. decis. 264. sub nu. 1.* referturque vterque Mynſ. & Blarerus ex Afflict. *decis. 264. nu. 4.* ita in Neapol. Consilio IVDICATVM exstitisse. Et iterum in S. Camera Imp. sic TENTVM obseruatumq; fuisse, iidem testantur: quorum assertione corroborantur a consentiente Dn. Gaillio, *nu. 4.* scripta. Et binam requiri citationē comprobauit Benintend. *Bonon. decis. 66. num. 1.* vbi asseuerat in eod. Consil. IVDICATVM esse.

Dissidētium harum opinionum † con- 5
ciliatorem se præbuit Ant. Gabr. *d. tit. de act. conclus. 6. nu. 22. 23.* Aut (inquit) præfigitur terminus accusatori ad instantiam accusati, & non comparente in termino accusato, citatio secunda, ad hoc, vt ab instantia iudicii accusatus absoluatur, requiritur, & sic posterior receptior opinio procedit: aut accusatori terminus intra quem accusare, vel accusationem prosequi debeat, præfigitur: quod si non fecerit accusator, vlterior non requiritur citatio, & eo casu prior obtinet opinio. Alteram ibidem ex Afflicto *d. decis. 264.* adducit conciliationem, quam, siquidem eam, nec Afflictus probet, nec rutā arbitter, non adduco.

Et hæc quidem conciliatio posset etiam posterioris opinionis declarationē primam referre.

Declaratur posterior & verior opinio secundo, vt † fallat, quando diffamator 6
ad primam sibi factam citationem respondisset, se nolle comparere: eo enim casu, alia seu secunda non requiritur citatio, quin magis ad perpetui silentii impositionem procedere iure possit nominatim Blar. *in d. l. diffamari. c. 6. nu. 101.*

Aſſentitur Weſenb. *conſi. 96. n. 26.* dixi in-
fra circa materiam citationis.

ARGVMENTVM.

Mandata ſine clauſula iuſtificatoria, quando decernantur.

SVMMARIA.

1 *Mandata ſine clauſula iuſtificatoria regulariter non decernuntur.*
2 *Fallit primo in cauſſis fractæ pacis publicæ.*
Licet aliud hodierna Imp. lege cautum ſit ſub eod. n.
3 *Secundo ſuper pacto nuntiandi noui operis.*
Et quatenus hac in Cam. Imp. procedat. num. 4.
Noui operis nuntiatio celeritatem deſiderat. n. 10.
5 *Tertio in puncto exſecutionis rei iudicatæ.*
6 *Quarto, vbi ex voluntate contrahentium partium mandata ſine clauſula decerni poſſunt.*
Declaratur. n. 7.
8 *Quinto aduerſus confeſſum & conuictum.*
9 *Sexto vbi periculum in mora.*
11 *Septimo, in cauſſa, quæ notorie Chriſtianiſmo aduerſatur, atq; ita in fauorem Chriſtianæ religionis.*
12 *Fallentiæ plures remiſſiue.*

CONCLVSIO XIII.

REGVLA non modo de iure communi Romanorũ, verum etiam Ord. S. Cameræ Imperialis exſiſtit, mandata ſine clauſula † haud decernen-
1 da eſſe. *Vincent. Carot. deciſ. caſ. 19. n. 1. vbi alios citat. Matth. Coler. proceſſ. exſecut. part. 1. cap. 2. num. 242. Ant. Sola in conſtit. antiq. Sabaud. decret. Carolus. gloſſ. 2. nu. 1.* de iure Camerali eſt text. *tit. 23 par. 2.*

Fallit primo, in cauſſa fractæ publicæ
† pacis. *dixi ſup. concluſ. 4. numero 6. Col. de*
2 *proceſſ. exſecut. cap. 2. numer 248. part. 1.* Ceterum hanc fallentiam hodie in S. Camerali iudicio non obtinere ex receſſu Imp. Anno 1594. Adduxit referendo Dn. Denail. in ſynopſi iuris Camer. *rubr. mandata ſuper pace publica.* §. 5. vbi, quod mandata ex Conſtitutione pacis publicæ, ſiue cum citationibus, ſiue ſeorſim, non ſine, ſed ex recepto ſtylo cum clauſula decerni debeant.

Fallit ſecundo ſuper operis † noui nũ- 3
tiatione. *Vincent. Carot. deciſ. caſ. 19. nu. 20. Dn. Gaill. 1. part. pac. publ. cap. 5. ſub n. 10. Videatur item Dn. Gaill. 1. obſeruat 16. nume. 12. 13. 15.*

Declaratur fallentia, vt mandatum hocce de iure Camerali, dum de opere
† reſtituẽdo idonea cautio oblata ſit, de- 4
cernatur, *ex memorial. An. 79. refert Denaiſ. in ſynopſ. Iur. Camer. rubr. mandata ſine clauſula.*

Fallit tertio, in puncto exſecutionis † 5
rei iudicatæ.

Fallit quarto, ſi inter partes ita † con 6
uentum eſſet.

Huius quartæ fallentiæ illationes gra-
uiſſimas videat ſtudioſus, † *in Receſſ. De-* 7
put. Ann. 1600. §. Ob auch auff obligationes vnd Verſchreibungen. *& aliquot ſeqq. vſq. ad §.* Weiter iſt auch / quas hic inducere prolixitatis cauſſa eſſet.

Fallit quinto, in confeſſum † & con- 8
uictum.

Fallit ſexto, vbi periculum eſſet † in 9
mora, quo ſpectat & relata ſecunda fal-
lentia. Nuntiatio enim noui operis † ce- 10
leritatem deſiderat. *ad not. Lancell. tracta. attent. cap. 28. nu. 63. part. 3. Borgn. Caual. Finiz. deciſ. 23. n. 7. & 8. part. 2.*

Fallit ſeptimo, in re notorie Chriſtia-
niſmo aduerſante, vt quia † patri in Iu- 11
daiſmo remanenti mandaretur de exhibendo filias ſuas.

Has quinque proximas fallentias recenſuit, textibus & auctoritatibus confirmando, Ant. Sola *ad decret. Carolus gloſ. 2. nu 8.*

Fallit adhuc aliis modis a Dn. Gaillio.
1. pac. publ. cap 5. nu. 10. & Dn. Coler. d. cap. 2.
numer. 249. & ſeqq. collectis, apud quos † 12
ſtudioſus videre poſſet, quum omnibus ſint ad manus. Carot. etiam *d. caſ. 19. per tot.* occupatus eſt in recenſendis caſibus, quibus vel mandata cum, vel ſine clauſula decernantur.

ARGV-

ſyr. lupul. ℥ ß. *aq. bugloſſ.* ℥ *ij. aquæ lupul.* ℥ *j.* miſce. Et cõtinuauit eundem ſyr. per quatuor aut quinque dies. In ſecunda viſitatione admouit digeſtiuum ex *olei abietini* ℥ *iiij. olei roſ. completi* ℥ *iiij.* ſimul mixtis tentam impoſuit, ac vulneri applicuit. Locum vulneratum & circa ipſum his oleis inungebat, puluerem que incarnatiuum ſuper labra aſpergebat, cuius hæc erat deſcriptio: ℞. *ſang. dracon. mumia. lumbric. terreſt. ana p. æ.* fiat pul. deinde duas pecias oleis ſupradictis infuſas ſuto loco applicabat: & cum puluillis ſiue plumaceolis triangularibus & faſciis brachium & manum ſuper tabulam ligneam ligabat. Et ſic per quinque dies incluſiue (excepto quod veſpertino tempore *oleum roſarum* omittebat, adminiſtrando tantum *oleum abietinum* ſolum) continuauit. Sexto die vulnere iam digeſto, tale mundificatiuum adhibuit, quod etiam ad incarnati-
66 onem faciebat: ℞. *myrrhæ, ſarcocollæ ana* ʒ *ij. thuris* ʒ j. *olei abietini* ʒ *iij. mellis roſ. farinæ hordei ana* ʒ j. fiat ad formam vnguenti, quo penicilla ſeu tentæ illinabantur & imponebantur: ſuper peciam deinde *baſilicon maius vng.* extendebat, qua cooperiebat tentam & totũ vulnus: & debito modo cum plumaceolis triangularibus ſantem exprimentibus vulnus deligabat. Octauo autem die, cognoſcens, non amplius eſſe periculum de dolore aut ſpaſmo, ſciensque vnum ex focilibus eſſe inciſum, pro eius vnione duas *abſtellas* appoſuit, vnam ferream in parte inferiori, vbi erat orificium vulneris, quæ erat talis figuræ ○. Alteram ligneam in oppoſita parte, & ligaturis ſtrictis ipſam ligauit, remanente vulnere diſcooperto, vt debite medicamenta, ligatura prima remanente, poſſet applicare. Eodem quoque die præſcripſit balneum ſequens, ad exſiccandum & reſoluendũ humores, qui ad locum affectum ſeu læſum confluebant, & ad membrũ roborandum: ℞. *ſaluiæ. betonicæ, ſtœchad. arab. hypericonis, abſynthij, maioran. roſ. ana m. ß. myrtill.* ℥ *j. balauſtiorum m. j.* craſſo modo contuſa atque inciſa bulliant in vino nigro ſeu rubro, ad conſumt. tertiæ partis, & modus adminiſtrandi talis erat. Imponebat peciam in tali vino (appoſita tamen prius tenta illinita mundificato prius dicto) & vulneri appoſuit, & optime ligauit. deinde totum membrum per modum embrochæ vino iſto fouebat, alternis diebus, donec ſciret iam tempus cicatrizandi adeſſe. Pro ſigillatione capiebat modo *vng. de ceruſa*, modo *de calce*, etiam *tetrapharmacum* aut de *betonica*. Et ita laude diuina ſanatus eſt.

SCHOLIA.

Vſus puluillorum ſeu plumaceolorum.

QVONIAM hic mentionem de puluillis fecimus, eorũ vſum explicemus, cum ad tertiam intentionem quoque pertineant. Cum autem puluilli (qui vulgaribus chirurgis *plumaceoli* nuncupantur) ad multa vtiles ſint, de iiſdem obi-
67 ter aliquid dicamus. Quandoquidem diſſolutas partes fulciunt & comprimunt, membri, quod ſuæ vnionis diuortium patitur, genuinum calorem fouent, & conſeruant. *Denique* a graui moleſtoq; vinculorũ ac faſciarum pondere, vulneratam particulam tuẽtur.

Ratio nominis.

Fieri autem quondam ſolebãt ex pluma inter duos pannos candidos & mundos conſuta, vnde & nomen illis a veteribus inditũ eſt. Verum quoniã eos ſubinde mutare & innouare (quod valde tædioſum erat) cogebat neceſſitas, magis poſtea placuit eiuſmodi puluillos ex ſtuppis canabinis cõficere, præſertim diligenter ac ſtudioſe pexis, emundatisq;. Fiunt etiam interdum ex *lana* vel *xylo, quod cotonem* appellant. Pleriq; autem hodie loco puluillorũ, panniculos admouent lenes, id eſt, non aſperos, duplicatos, aut triplicatos, quos hodie vulgares noſtri chirurgi *compreſſa* vocant, alii vero *ſpongiam* adaptant. Porro duo vel tres, pluresue, prout res expoſtulat, apponuntur: aliquando quidem ſicci, ac nullo madentes liquore, nõnumquam vero imbuti oui cãdido vel vino, vel poſca aliquoties etiam oleo, iuxta ipſius diſpoſitionis exigentiam. Inueniũtur autem eiuſmodi puluilli ex triplici differentia, quod ad figuram attinct. Alii enim *triangularem*, alii *rotundam*, alii vero *quadratam* habent. Qui figura conſtant triangulari, glutinandis vulneribus (*vt placuit Auicennæ*) ſunt dicati. Ita autẽ diſponi debent: vt unus ex vtroq; latere orarum: ſeu labrorum vulneris, conſtituatur, ita vt ſuper plagam, inter ſe iungantur lateribus. Qui rotundam habent figuram, ſicci aliis ſuperponuntur, natiui caloris particulæ læſæ cõſeruandi gratia, & vt ſanioſam proluuiem, ac ſordidos ichores in ſe recipiant. Sed qui quadrati ſunt, ideo apponuntur, vt partem læſam a faſciarum & vinculorum moleſtia vindicent.

Materia puluillorũ. *Compreſſa.* *Numerus.* *Figura.* *Triangulares.* *Rotundi.* *Quadrati.*

OBSERVATIO XIV.

Carpi, De altero quodam in raſeta manus globo tormentario icto & læſo.

CARPENSIS nomine Peregrinus in raſeta manus inſtrumẽto *bombarda* dicto ſeu globo tormentario læſus atque ictus fuit, adeo vt de ſpaſmo metus eſſet. Iacobus Carpus Chirurgus
Bononienſis accitus, reſtricto ſanguine, & adhi- 68
bita cõuenienti phlebotomia, adhibuit *oleũ hypericonis* ad ſedandũ dolorẽ, & ad præſeruationem a ſpaſmo. & ita per vnũ diẽ proceſſit, applicato tamẽ defenſiuo in loco ſatis diſtante a vulnere. Alio die præſcripſit digeſtiuũ tale: ℞. *olei abietini* ℥ *iij. vitellorum ouorũ numero ij.* Modus procedẽdi talis fuit: inprimis tẽtam ſeu penicillũ in *aqua vitæ* infundebat, poſtea in digeſtiuo, deinde vero in *oleo roſato cõpleto*, & loco læſo applicabat: & deſuper peciã eodem digeſtiuo oblinitam ſuper ponebat. Deinde totã manũ & brachiũ vngebat *oleo roſaceo calido*. Vltimo emplaſtrũ applicabat tale. ℞. *farinæ fabarũ lib. ij. farinæ hordei lib. j. olei roſ. lib. ß. aquæ communis q. ſ.* fiat emplaſtrum: & ita medebatur per quinq; dies. Poſtea præſcripſit hoc vnguentũ, valens ad cõbuſtionẽ: ℞. *corticũ interior. ſambuci lib. vj. olei roſ. lib. iiij. ß. vitell. ouorũ cum album. num. xxx. pul. vitri lib. j. ß. ceræ albæ lib. j. ß. aquæ communis lib. iiij.* fiat Vng. ſecundũ artem. Et de iſto Vnguento parũ ſupra tẽtam & peciam ponebat, & loco affecto admouebat. Continuauit iſtud vnguentum ſimpliciter per vj. dies, donec illi vi-

debatur mala intemperies ab igne inducta remota esse. Postea tentam in *oleo abietino* infundebat: & aliquando istud vnguentum cum *oleo abietino* miscebat, aliquãdo vnum absq; alio admouebat. Etiam præscripsit lauamentum ex decoct. *hord. integri* vsque ad crepaturam: cui addidit *saccb. rubeum*. Postea dimisso illo vnguento ad ignem seu combustionem conferente, solam tentam ex *oleo abietino* infusam, & super peciam *vng. de calce* apposuit. Videns postea vulnus abstersione indigere, præscripsit mundificatiuum dictum in casu illius Tarentini, præcedente Obseruatione, constans ex *myrrha, sarco olla* &c. sed cum non sufficiens esset, accepit vng. *apostolorũ* per aliquot dies.
69 Deinde parauit balneũ ad mundificandũ humores ibidem retentos, & ad membrum confortandum, hoc modo: ℞. *rof. myrtill. absynth. ana m j. aristoloch. longa & rotunda, centaur. ana m. ß. saluia, betonicæ ana m. j. vini albi bocalia tria Bononiensia, mellis lib. ij* bulliant secundum artem vsq; ad consumtionem quartæ partis, & coletur, in illo balneo pecias & tentas infundebat absq; vnguẽto aliquo, & loco applicabat. Loco iam satis mũdificato, iterum super tentam de *oleo abietino cum mello rosaceo*, modo sine *melle, vulneri* imponebat, super peciam vero *vng. de resina*. Pro sigillatione autem per aliquot dies apposuit *cerotum de betonica*: aliquando *vng. de cerusa*, sæpius etiam ambo simul, & post consolidationem præscripsit tale balneum: ℞. *rad. ebuli m. iij. betonicæ, saluia, abrotani, saturciæ, absynthii, stœchad. rad. vrticæ ana m. j. rad. althææ m. ij.* bulliãt in lib. xxx. aquæ communis ad medietatem: coletur, & fiat balneum bis in die. Deinde sequenti inunctione inunxit: ℞. *pingued. humanæ* ℥ *ij: martiatonis* ℥ *j. pul. lumbricorum* [illegible]. Et ita Dei gratia curatus est.

SCHOLIA.

De penicillis siue turũdis (quas tentas vulgo appellant) & linamentis formandis, deque eorũ vsu multiplici.

DE spasmo, qui vulneribus accidere solet suo loco dicemus, sed nunc de penicillis siue turundis (quas *tentas* vulgo appellant) & linamẽtis formandis, deq; eorũ vsu multiplici dicamus, cum hæc ab ipso Guidone tum aliis præstantissimis chirurgis ad tertiam intentionem vulnerum curandorũ etiam spectent. *Turundas* itaque seu *penicilla*, & linamenta maximo esse vsui in curandis vulneribus & præcedentia luce clarius ostendunt, & omnibus in aperto est. Proinde quando quomodo & ad quos fines illis sit vtendum, chirurgo haudquaquam est ignorãdum. Adhæc ex qua materia & qua figura formari debeant. Itaque illis vtimur, in octo præsertim vulnerum generibus. *Primo*, cum vulnera vel amplianda

In quibus vulneribus vtendum turundis & linamentis.

70 sunt, vel detergenda, vel cum aliquid ab eorum fundo vacuandũ est, vt in profundis vulneribus, in quibus necessum est alibi vulnus aperire, vt ex fundo & sinu ipsius, ichores, *id est*, saniosa colluuies, inibi collecti vacuentur. *Secundo* illis cogimur vti, in cauis vulneribus, in quibus necessaria est carnis deperditæ regeneratio. *Tertio* in vulneribus alteratis ab aere, & sordidis, quæ detersione egent. *Quarto* in vulneribus contusis. *Quinto* prædictorum vsus vtilis est, in vulneribus, quæ cum phlegmone, aut quouis alio tumore præter naturam fatigant. *Sexto* in vulneribus, quæ per morsus fiũt. Talia namq; vulnera non sunt festinanter agglutinanda & ad cicatricem perducenda: quin potius longo tempore aperta & hiantia manere debent, quandoquidem morsus fere omnis (*vt Celsus ait lib. 5.*) quoddam virus habet, quod foras semper euocandum est, non intro repellẽdum. Sed de his fusius suo loco dicetur. *Septimo* turũdis & linamentis vtimur in vulneribus, in quibus persanãdis circa ossa manus admouenda est. *Octauo* in vulneribus, quæ iam vetustate in vlcera defluxionibus scaturientia degenerarunt. *Porro* in omnibus aliis reliquis vulneribus, inducendæ cicatrici studemus, absque eiusmodi turundis & linamentis. Aduertendum est, in iis diuersitatem non paruam esse, pro ratione finis, cuius gratia fiunt, & admouentur: fiunt autem interdum, vt diximus, ad detergendas sordes vulnerum, atq; tum ex panni non asperi & præsertim veteri, laciniis, vel floccis euulsis formantur. Guido autem & tentas etiam *licinia* vocat. Nonnũquam vero ideo fiunt & in vulnus immittuntur, vt ipsum hians, & apertum maneat. Ac tunc quidem ex stuppis bene pexis, & a sordibus rite emundatis, vel ex prædicti panni frustulis, efformãtur, vel etiam ex xylo (quem *cotonem* vocant) *vt Rhazes facere solebat*. Sed ex canna ænea vel argentea perforata fiũt penicilla ad eundem finem vt verbi gratia in naribus ad aeris inspirationem, & in altis vulneribus, vt sanies & purulẽta colluuio per hanc velut emissarium feratur & foras egrediatur, non autem intus retineatur. Quandoquidem etiam hæc linamenta, inquam, & penicilla, plagæ inseruntur, vt ipsius os magis dehiscat, & amplietur, fiuntq; tunc aut ex spongiolis vehementer compressis & intortis, aut ex radice *gentianæ*: hæc enim dum multum humorem, quo scatet vulnus, combiberint, turgescũt, & ita magis hiantem plagam reddunt. Ceterum forma li- 71
namentorum æqualis esse debet, turundarum vero inæqualis, in modum clauiculi lignei, quem Latini *impagem* vocant, ne scilicet intro labantur. Hæc autem aliquoties quidem sicca, quandoq; vero quopiam delibuta *vnguento* admouetur, prout res ipsa exigit. Reliqua quæ ad eiusmodi operationes spectant, medentis consilio & solertiæ committuntur. Nunc ad quartam intentionem curandorum vulnerum, hoc prius præposito exemplo accedamus.

Omnis fere morsus habet quoddã virus.

Vsus & materia turundarum & linamentorũ.

Licinia.

Tenta cannulata.

Impages Latinis, Gallis Cheuille.

OBSERVATIO XV.

De vulnere in oculi sinistri palpebra, Iac. Carpi.

THADDÆVS quidam Bononiensis cum ense læsus esset in oculi sinistri palpebra, accitus Iacobus Carpus, ob nimium & intensum dolorem & acutum, non potuit videre *vtrũ oculi substantia incisa esset, necne*. Igitur pro prima visitatione nihil magni tentandum esse putauit: sed duntaxat *albumen oui* cum *aqua rosacea* mixtum aut quassatum vulneri imposuit, & defensiuum supra frontem, & vt diæta tenui vteretur vulneratus, mandauit, simul & sanguinem ex cephalica in

cam brachio, loco vulneri opposito, misit. Postea quoque & ventosas sine scarificatione spatulistum naribus apposuit, vt oculum ab apostemate seu inflammatione præseruaret: idque ad septimũ vsque diem mane ante cibum fieri voluit: hoc enim securos nos reddit ab apostemate: nam post septimum diem ab eiusmodi symtomatis liberi sunt vulnerati. Ceterum in secunda visitatione sumsit *sief. albi sine opio ʒ ij. aquæ rof. ℥ v.* & cum *albumine oui* parabat collyrium, & in eo pecias imposuit, quas super locum applicabat tres quatuorve simul, vt totum locum affectum cooperirent. At in alio loco non læso, ob propinquitatem loci affecti, posuit similiter pecias infusas in *albumine oui, cum aqua rof.* Quæ continuabat per vnum diem cum dimidio, ea ter quaterve in die renouando, iuxta doloris necessitatem.

72 Secundo die administrauit *cassiã extractam* cum *Zacch.* & deinde syr. sequentem: *℞. syr. de end. ℥ j. mellis rof. ℥. ß. aq. end. cichoreæ, betonicæ ana ℥ j.* misce. Postea applicuit loco læso *oleum rosatum* completum: ante tamen appositionem ponebat duas pecias sief albo infusas. Demum animaduertens magnam oculi inflationem, sequens emplastrum præscripsit: *℞. rof. m. ij. florum chamomillæ, betonicæ, absynthij ana m. j. santal. rub. ʒ j.* omnia pistentur simul, & coquantur in aq. q. s. Cui adde post bullitionem *vini ℥ iij.* fiat emplastrum; quod oculo appositum est, post peciæ vnguenti capitalis impositionem. Oculo detumefacto, iterum apposuit *sief. album*, cum *aqua rof.* & super illud vng. capitale: & ita processit per aliquot dies. Sed quia oculus & caput erant infrigidata, & aliquo modo tumefacta, propter conculcationem humorum ex medicinis frigidis, apposuit supra oculum *cerotum de betonica*, & supra frontem emplastrum supradictum: quæ remanserunt per vnum diem, licet necesse fuerit ea remouere, propter nimium dolorem ex cerato inductũ, & hoc fortasse propter nimiam eiusdem attractionem & resolutionem vehementiorem. Ideo reuertebatur ad vnguentum suum capitale. Deinde ad consolidandum imposuit *vng. de cerusa camphoratum.* Quibus remediis sanatus est.

SCHOLIA.

HOc exemplum, licet non solum pertineat ad quartam intentionem cõmunem vulnerum curandorum, vt particulæ læsæ substantia cõseruetur, & a dolore, phlegmone, & aliis prauis symtomatis custodiatur, etiam pertinet ad vulnera oculorum & palpebrarum, sed quia postea propria remedia, quæ ad vulnera oculorum tum palpebrarũ pertinent, enumeraturi sumus, nunc potius quartam intentionem vulnerum curandorũ explicemus: nam ad eam ordo noster peruenerat.
73 Quarta itaq; intentio erat *(vt diximus antea)* in curandis acceptis vulneribus, particulæ læsæ substantiam conseruare, ac prohibere ne ipsa dolore, vel phlegmone, aut aliquo alio prauo symptomate (quod vulneribus ipsis accidere solet) infestetur. Hunc autem scopum assequimur, admotis emplastris & linimentis, ex oui candido, & aliis huiusmodi refrigerantibus, *vt recte docuit Rhazes*, primis saltem diebus: postea vero vino styptico particula perfundenda (at in oculis potius *aqua rof.* in principio conuenit: verum nunc loquimur in communi de omnibus vulneribus) & figura aptissima collocanda est. Apertio quoq;, eaque interdum ex aduerso, in vulnerata parte molienda est. Necessaria etiam est nõnumquam sanguinis missio, item & purgatio, vt non solum exemplis iam multis supradictis, sed etiam dicendis mox declarabimus. Sed & proba victus ratio *(quam statim præscribemus, & postea subiiciemus)* inprimis est obseruanda, si quartum hunc scopum cupis assequi. Porro nihil aduersus hæc, quæ commentamur, pugnat, quod pleriq; obiiciunt, vulnera scilicet in quantum vulnera sunt, his tam variis, tamq; multiplicibus auxiliis non indigere. Hoc enim dictum solum locum habet in paruis occasionibus, & eucratis, id est, bono habitu præditis corporibus. In magnis vero occasionibus, & in plethoricis corporibus, vel vitioso succo refertis, necessum est ad prauorũ symptomatum *(quæ recentibus vulneribus superuenire consueuerunt)* præcautionem, prædictis vti auxiliis. Quod Galenus innuere videtur, *lib. 6. meth. medendi*, his fere verbis: *Fingamus quempiam ad nos venire, cui tantum cutis acu sit puncta, hunc hominem, si is sit cui facile (ob bonã corporis habitudinem) vlcera sanescant, etiam si citra medicamentum nudoque membro, ad opera consueta dimittas, nihil sentiet mali: sin ex eorum numero sit, qui difficulter sanentur (quia scilicet vel plethoricus sit, vel vitiosi succi prematur, vel acris sit sensus, vel horum quibusdam, omnibusve prematur) primum quidem dolebit, post etiam ĩn pulsu particula infestabitur, tum phlegmone.* Porro in omni membro carnoso, quod suæ vnionis solutionem patitur, nerui, venæ, & arteriæ reperiuntur, quæ praua quædam accidentia inducere possunt, nempe dolorem, phlegmonem, sanguinis profusionem, conuulsionem, & id genus alia. Quibus summa diligẽtia medicũ occurrere oportet. Occurret autem facile, si ea præsenserit, & præcognouerit, *vt primo libro præsagiorum testatus est. Hippocrates, ad hunc modum* scribens. *Nihil perinde medico conducibile est, quam* 74
vt futura præsentiat: ita enim (vt Galenus hunc locum interpretans ait) *de longinquo obuiam it malis.*

Quarta intentio vulnerum curandorum, quæ est substantiæ partis conseruatio.

De sanguinis detractione in vulneribus.

Quod itaque sanguinis missio conueniat in vulneribus potissimum magnis, id exemplo ostendimus, tum authoritate Galeni & Hippocratis, *obseruatione vndecima de cordis palpitatione in vulnerato iuuene*, qui post sanguinis detractionem a palpitatione curatus est, & postea minori periculo a vulnere quoque persanatus. cuius historiam reperies ad longum a me descriptam, *lib. 17. obs. & curat. medicinalium nostrarum, obs. 1* præter ea quæ ibidem diximus: *Omni recens facto vulnere, nisi in ventre sit, expedit* (inquit Gal. lib. 4. meth. ex Hipp.) *ex ipso statim sanguinem plus minusue effluere.* Quippe hoc modo phlegmone minus tentabitur, tũ vlcus ipsum, tum quæ circa locũ posita sunt. Itaq; si medicũ imitatorẽ esse oporteat, non naturæ tãtũ (vt subinde nos monet Hipp.) sed etiam eo-

iam eorum, quæ cum sua sponte veniant, conferunt in recenter autem acceptis vulneribus, præsertim magnis & prævalidis expedit *(vt diximus)* sanguinem effluere: his certe si minime, vel minus quam par sit, effluxit, quod deest, ipsi adiicias oportet, sanguinem scilicet ex vena detrahendo. Porro trifariam vulnera, vt & reliqua omnia alia vitia, magna grauiaque redduntur, *vt Galenus lib. 4. method. medendi:* nempe vel propter afflictæ partis præstantiam, vel propter affectus vim, seu magnitudinem, vel propterea quod sunt *cacoethe*, id est, maligna. Cuiusmodi sunt omnia ea, quæcunque in articulis accepta vulnera sunt. Hæc enim *doloris, vigiliarum, conuulsionis, & delirij* periculum adferunt, quod scilicet ibi tendones, & nerui, & carne vacua atque ossea loca sunt. Vulneris igitur magnitudo, vna cum virium robore, mittendū sanguinem indicat: quamquam qui vulneratus est, prorsus redundantiæ sanguinis sit expers. Quo fit, vt in artis operibus errent, qui in sola sanguinis abundantia, ipsius detractionem consulunt. Porro nos sanguinem detrahimus in recentibus & nuper acceptis vulneribus, non solum ne pars læsa & circumposita loca *(vt superius dictum est)* phlegmone tententur, sed vt impetum quoque ruentis sanguinis cohibeamus, & nimiū profluuium impediamus: vt in rustico illo fecimus, cui circa Mosam flumē nobile *(nimirum eo loco, quo illud in mare se exonerat)* habitanti arteria in capite incisa erat, neque

In vulneribus magnis sanguinem mittendum esse.

Vulnera trifaria magna redduntur.

Qua sanguinem mittendum indicet in vulneribus.

Sanguis cur in recenter acceptis vulneribus mittatur.

75 chirurgi eam restringere poterant: nam etsi primo restricta videretur, tamen post aliquot dies, vel vnum aut alterum intermissum, denuo sanguis subinde stillabat: at sola detractione sanguinis a me mandata profluuium cessare vidimus, *vt lib. 6. obs. 35. obs. & cur. medic. nostrarum legere poteris.* Hi enim sunt præcipui scopi mittendi sanguinis in recenter illatis vulneribus. Ceterum si perpetuum est, quod ab Hippocrate *(vt Galenus ait)* didicimus, incipientem, inquam fluxionem ad contraria trahendam & reuellendam esse, fixam vero iam in laborante particula, vacuandam esse, vel ab ipsa particula quæ affligitur, vel a maxime vicina: in promptu nobis & de sanguinis detractione colligere nunc est, quod in principio hæc e longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda. Modum vero, seu quantitatem vacuationis, tum ex redundantiæ modo, tum ex copia sanguinis, qui e vulnere effluxit, inuenies. Adhæc ex ætate, natura, tempore anni, regione & consuetudine, & ante hæc, ex ipsa laborantis virtute. Venæ autem secandæ electio ex laborante particula indicatur. Vt si vulnus in capite, collo aut facie acceptū sit, humeralis in cubito vel manu secanda est: si ea non cernitur, media, quæ ex ea deriuata est. Interiorē vero (quam *basilicam* vocant) incidere vtile est, in iis, quibus inferiores collo partes vsque ad renes & vmbilicum vulnerata sunt. Hac non comparente, certe media, quæ ab ipsa diducta in iuncturæ apparet flexura, diuidenda est. Vbi enim vena *(vt Galenus ait lib. de phlebotomia)* quæ parti affectæ propria est, obscurior fuerit, & ad mediarū aliquam aperiendam accedis, omnino tibi conandum est, vt eam, quæ a propria diducitur, potius incidas. Fit vero interdum, vt eas quæ inferiores sunt cubiti iunctura, eas scilicet quæ in vlna existunt, nihil secare prohibeat, vbi nimirum quæ in cubito sunt, non apparent, sed eas certe, quæ in rectū sunt, id est, e directo sitæ, & a venis quas in cubito, si apparuissent, alioqui secassemus, diductæ. Porro quemadmodum prædictæ omnes partes, vbi sic vulneratæ fuerint, vt sanguinis, ob caussas superius adductas, egeant detractione, in cubito secta vena iuuantur, vti dictum est, sic quæ renibus inferiores sunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt. Ac perpetuo quidem in omnibus, dū sic reuellere studes, aut vacuare & phlegmonem prohibere, vena, quæ e directo est, secanda venit. Manu tamen vulnerata *(vt & eadem incipiente phlegmone laborāte)* sanguine valenter ac 76
nimis copiose in eam irruente, crus quod e directo est, reuulsionis gratia tibi scarificādū erit. *Altero* vero crurum sic ex vulnere male habente, reliquū crus scarificabis, aut in eo poplitis, aut malleoli venam secabis, vel certe potius *(vt consulit Aetius)* ex brachio quod e directo est, sanguinem detrahes. Si autem renes, vel partes illis adiacentes, recens vulnus acceperint, quod sanguinis emissionem desideret, vel propter ipsius affectus magnitudinem, vel ne phlegmone tententur, vena in cubito interior incidi debet, tametsi renes ipsi ambigant, quibus partibus, superioribus ne, an inferioribus adscribi debeāt, *vt Galenus annotauit libro de curandi ratione per sanguinis missionem.* Verisimile enim est, plus sanguinis ad ipsos ex superioribus partibus, quam ex inferioribus confluere. Non negauerim tamen, quin & ex cruribus sanguis commode detrahi possit. Ceterum in hac re tam ardua, tamque magni in arte medendi momēti, nihil vmquam moliri debet chirurgus, citra periti alicuius medici consilium, vt iam alibi semel, atque iterum monuimus. Atque hæc de sanguinis missione dicta sufficiant: nunc de purgatione quoq; molienda in vulneribus dicamus, hoc duntaxat (ex more nostro) interposito exemplo.

Lib. 4. method. Si fluxio violenter irruat, ad contraria reuellendum.

Modus vacuationis ex quibus indicetur.

Vena secanda electio ex parte vulnerata indicatur.

Vena & poplitis & malleoli quando secanda.

Semper e directo secanda vena.

Auersio a manu & ab altero crure.

Si renes aut partes circumposita vulnus acceperint.

OBSERVATIO XVI.

De adolescente sexdecim annorum, casu se ipsum in pectore vulnerante.

ADOLESCENS sexdecim annorum, famulus M. Rutgeri aduocati Haghani, cum cultrum absq; vagina in sacco sub veste haberet, neque eius meminisset, cum altero adolescente colluctans, se ipsum vulnerauit in pectore, & sanguis adeo copiose e vulnere emanauit, vt chirurgus accitus vix compescere eum potuerit. Hac autem potione ebibita, cum metus esset sanguinem intus concretum latitare, per me & Cornelium Ericium, medicum Haghanum, descripta, optime habuit. ℞. *folior. consolidæ* ℥ iij. *infunde in aqua plantaginis, vngulæ caballinæ*, semel ebulliendo (nam aluus vtcunque adstricta erat) & forti expressioni adde *electuarii de succo rosarum* ℥ iij.

rhab.

13 *Nuntiatio valide operatur aduersus iam funditus collapsa dirutaque ædificia.*

14 *Licet nonnulli contrarium velint.*

15 *Nuntiatio non tenet, nuntiator vbi super causa, ius sibi prohibendi competere, litem esset contestatus.*

16 *Quamuis dissentiat Berous.*

17 *Noui operis nuntiatio tollitur idonea cautione.*

18 *Modo nuntiatus se non offerret intra trimestre tẽpus de suo iure ædificandi velle probationes perficere.*

19 *Declarationibus hoc vltimum explicatius proponitur.*

20 *Minori an detur restitutio aduersus lapsum trium mensium probationi & interpretanda cautioni præscriptum, licet sint contraria opiniones, affirmatiue tamen concludit Fachin.*

21 *Noui operis inhibitionem per iudicem factam, postea cautione remissam, reuocari non posse.*

22 *Nouũ opus nuntiandi facultate, an fruatur emphyteuta, & an dominus directus ipse, remissiue.*

23 *Nouum opus an recte nuntiet seruitutem habens remissiue.*

24 *Nouum opus an denuntiari possit in publico ædificanti, remissiue.*

CONCLVSIO XVI.

INTERDICTI, & de noui
operis nuntiatione, &
ad cautionem idoneam
vel factam, vel oblatam,
remissione, praxin, vt
quæ a Doctorib. & com-
mentatoribus diffuse luculenterq́; no-
1 minatim † vero Roffredo Beneuent.
tract. ord. iudic. part. 2. rubr. de interdicto no-
ui op nunt. & seq. rubr. de interdicto, vt liceat
ædificare ei, cui nuntiatum est, si satisdederit.
Specul. tit. de nou. oper. nuntiat. Pract. Papiẽs.
in forma libelli, quo agitur ad nuntiationem
noui oper. Ioann. Oldendorp. in progymnasm.
act. forens. clas. 3. act. 7. proposita sit, haud
referendam seu transscribendam duxi,
sed saltem nuntiationis, & econtra cau-
tionis effectus principaliores notabilio-
resque subiicere statui. Vtriusque enim
effectus eo maxime tendere cõstat, quo
& opera non permanes denuntiationes
(vt ipsissimis tex. *l. vn. C. de noui oper. nun-*
tiat. verbis loquar) prohibeantur, & recte
denuntiantibus consulatur.

Conclusio est apertissimi iuris per † 2
nuntiationẽ, siue iure, siue iniuria opus
nouum fieret, inhiberi ædificationem. *l.*
1. in princ. l. prætor ait. 20. §. interdictum. §.
ait prætor. ff. de oper. nou. nunt. tex. c. 1. quod
est, denuntiatione noui operis, siue iure,
siue iniuria aliquid construatur, legali-
bus debet constitutionib. demoliri. *ext.*
eod. tit. Et ex modernioribus conclusio-
nem respondendo, post Crot. Ias. Bald.
Pract. Papiens. Flor. & Bar. nuncupatim
induxit Io. Petr. Surd. *cons. 121. nu. 10.* Plu-
res Dd. referre supersedeo, textus quum
habeamus claros. Et per modum atten-
tati destructionem post nuntiationem
ædificatorum † iniungi ex Baldo docet 3
Lancel. *tract. attent. part. 2. cap. 20. limit. 22.*
num. 11.

Infertur ex cõclusione, vt adhuc nun-
tiatus ab ædificando desistere debeat,
quamuis nuntians de † suo iure non pro- 4
basset. *And. Fachin. controuers. iur. lib. 8.*
cap. 44.

Declaratur illatio vera, quando nun-
tians esset dominus, vel saltem posside-
ret: non vtique autem, † vbi nec domi- 5
nus nec possessor esset. *ex Alex. Surdus in-*
duxit. cons. 154. sub n. 23.

Declaratur item vt fallat in casibus,
quibus ex † legum præscripto ædificatio 6
interdicta esset. *ad not. Fachin. d. cap. 44. §.*
quartum argumẽtum. inde. ad fin. & huc et-
iam referenda est limitatio conclusionis
prima.

Extenditur cõclusio, vt opus, post nũ-
tiationem factum, destrui debeat, etiam
postquam lis super ædificationis nego-
tio cũ aduersario contestata esset, & qui-
dem ante omnia, priusquam, scilicet, de
iure vel non iure ædificantis † per sentẽ- 7
tiam constiterit. Ita cum Menoch. Lã-
cell. Spanochio & assentientibus statuit
And. Fachin. *lib. controu. iur. 8. c. 55.* aduer-
sus Iason. suæq; opinioni adstipulantes.
Et est huius extensionis separatus casus
ab eo, de quo *n. 15.*

Declaratur conclusio, vt noui operis
8 remedium duntaxat competat aduer-
sus ædificationem futuram non iam † fa-
ctam. l.1.§.1.ff. de op.nou.nunt. in terminis
Wesenb.cons.34.n.51.& 62. in terminis item
Marant.cons.56.n.3. Damhaud. in prax.ci-
uil.cap.15.vers. noui itaque operis nuntiatio:
Plures qui cernere auet auctores, copia
est Caual. Fiuiz decis.23.n.16.part.2.quos
citare esset frustraneum, quādoquidem
& hic perspicui sint textus.ad notat.in pro-
œm.nu 6.

Declaratio haecce sui effectu est etiam
plurimum notabilis, eo, quod ea dunta-
xat veniant demolienda, quæ post nun-
tiationem factam ædificata essent, non
9 † quæ ante.iuxta.d.§ l.1.ita tamen, vt nū-
tiator pro demolitione instans, quid fa-
cta nūtiatione superædificatum sit, pro-
10 bare habeat † necesse.firmat Borg.Caualc.
Fiuiz.decis.23.nu.17.part.2.eius etiam opi-
nionis deprehenditur Olded. clas.3.act.
7.vers.hoc oportet probare actorem.

Limitatur iam cōclusio primo, vt im-
pune nuntiatus spernere nuntiationem
possit, quando de non iure nuntiatoris
11 † notorie appareret.Dn.Gail.n.4. Acce-
dit auctoritate ductus Abbat. Barr. Iaso.
Patis. Ruin. Cror. Dec. Socin.iun. Span-
nochij Senens. Bologn. Bald. Beroi. &
Ploti, Alexander Raudens. respons.24.n.
12. vol.1. quam limitationem veram &
communem ex Croto laudat Ioan.Pet.
Surd.cons.154.nu.20. Confert declaratio
supra sub n.6. relata.

Limitatur secundo, & statuendum
remedium noui operis nuntiationis ad
restaurationem & refectionem ædificii
non pertinere, quin potius facta nuntia-
12 tione nō obstante adhuc impune † nun-
tiatus ædificium restaurare queat. text.
express.l.1.S si quis ædificium vetus fulciat.ff.
de noui oper.nunt.& Raudensis ex Remigio &
Bruno induxit respons.16.nu.27.volu.2. Ma-
ranta etiam recipit cons.56 n.4.

Declaratur limitatio, vt locum sibi
non vindicet, quando ædificiū iam ante
13 fuisse funditus collapsum † destructum-
que. Eo enim casu nuntiatio teneret. E-
iusmodi declarationem, sequutus Ca-
strens. Alex. Ias. Alber. & Afflictus, in
facti contingentia respondendo stabili-
uit Ioan.Petr.Surd.consi.121.numer.22.23.
24.& diserte etiā ex Decisionistis neote-
ricis eandem recepit, rationibusque fir-
mare adnisus fuit, Marc. Ant.de Amat.
Rot.Prouinc.Marc.decis.64.num.38.inde ad
nu.44. Hoc idem ex Alberico (qui Me-
diolani ita IVDICATVM exstitisse asserit
in l.1.de nou.op.nunt.) & Iasone pro firma-
mento statuit Academ. Ingolstad.cons.2
sub n.27.diuersorum tom.1. apud Stein.nou-
ter Francof. impress.

Contrarium † aduersus declarationē 14
autumat, referente etiam eodem Surd.
d.loc.Bologn.in l.qui viam 14.ff. de nou.oper.
nunt.quo & Maranta consi.56.sub nu.4. vi-
detur inclinare.

Limitatur tertio, vt fallat conclusio,
quando nuntians lite iam super † caussa, 15
sibi nimirum ius prohibendi compete-
re, contestata, iam primum nuntiatio-
nem fecisset: tunc enim nuntiandi ius
non esse, atque proinde post nūtiationem
non destrui, asseuerat in facti terminis
allegando Bald. & Ias. Ioan. Petr. Surd.
cons.154.n.22.

Beroum, quæst.fam.3. dissentientem,
† futilibus vti fundamentis, idem Surd. 16
d.cons.154.n fin.

Limitatur quarto, vt inhibitio noui
operis cautione idonea vel facta, vel ob-
lata remissa † seu peremta existimetur.l. 17
prætor ait 20.§. 1. ibi vel vice nuntiationis
missa satisdatio de opere restituendo fuerit in-
terposita, & §.si quis.ibi.si quis paratus fuerit
satisdare. deinde actor stipulari nolit, in
ea caussa est, vt remitti debeat.ff.de noui
oper.nuntiat.l.stipulatio.21. §.1.ff. eod.cum
concordant.

Declaratur limitatio, vt nō obtineat,
quando nuntiator replicando se offer-
ret, probationem sui iuris intra trium
mensium spatium perfecturum: hac enim
† oblatione facta, videtur nuntiato, non 18
obstante cautione ab ipso de opere, si
non iure ædificatum exstiterit, demoli-
endo, oblata, intra trimestre hoc tem-
pus in ædificando pergendū neutiquam
esse. text.in cap.fin. de oper. noui nuntiat.
Quo etiam facit l.vn. C.eod. & spectant
scripta Dn. Gaillii. nume.17. Declaratio-
nem

& magni nominis, sub Carolo v. Imperatore stipēdia faciens, mihi dedit, quo seipsū dum apucrilibus annis semper militiam sequeretur. nunc senior factus curauit, quocunque modo læsus esset, & alios quam plurimos, nullo alio

Vulnera ceremoniis curata, & exorcismis.

vtens remedio, vt ipsemet mihi referebat: imo tantos illo exorcismo curauit, vt ad aures Cæsaris valde catholici, perueniret: etiam milites quocumque modo persossos vulneratos, ab aliis medicis & chirurgis pro deploratis habitos, quos ipsi curare non poterant, ille curabat: ita vt Imperator eiusmodi curationes impias eidem interdixerit: neqne ego, quamquam ceremoniæ quibus vtebatur, simplices esse videbantur, tamen quia idololatricæ erant & interdictæ, ac veræ pietati, religioniq; Christianæ adversantes, hoc remedii genere (licet is mihi hoc dederit pro arcano,) vnquam vti volui, sed potius
83. aliis curationibus, medico Christiano non prohibitis. Sed vt redeamus eo vnde digressi sumus, quod ad potiones vulnerarias attinet, etiam nunc docti quidam iis vtuntur, quamuis adhibita meliori cautione quā Empirici facere consueuerunt, qui indiscriminatim iis in omnibus

Potio ad vulneratos & contusos.

vulneribus vtuntur, qualis est hæc potio, conferens vulneratis & contusis siue intra læsis, quæ & separat sanguinem coagulatum, & inhibet ne vltra alius sanguis in eodem coaguletur: ℞. *syr. acetosi simplicis* ℥ j. *aq. plantaginis, cichoreæ ana* ℥ ij. *his immisce* ʒ j. *pul. infrascripti*, & fiat haustus sumendus bis in die, ℞. *mummiæ, boli arm. ana* ℥ j. *rad. rubiæ maioris* ʒ ß fiat puluis cribro tenuissimo exceptus. minus tamen conuenit rad. *rubiæ tinct.* si febris adsit. Sed & sequenti potu vulneratus quidam in pectore cum globo vel instrumento quodam *Brandareel* dicto a vulgaribus, curatus fuit: ℞ *folior. artemisiæ, consolidæ maioris, buglæ, vngulæ caballinæ, hyssopi, caulium rubror. ana m.* j. vel ij. vt libet, coquantur in vino & aqua, addendo in fine *mellis, q. s.* & fiat potus.

Potio vulneraria Ducis Geldriæ.

Hac autem potione vulneraria *Dux Geldriæ* vtebatur sæpissime: ℞. *folior. agrimoniæ, artemisiæ ana m.* j. *consolidæ* maior cum *rad. foliorum saluiæ agrestis ana m.* ß. decoquantur in quarta (est poculi mensura) *vini Rhenensis*, ad consumptionem tertiæ partis, & detur mane & sero.

Potiones ad vulnera penetrantia & fistulas.

Potiones ad vulnera penetrantia & fistulas. Arnoldi de Villanoua: ℞ *pimpinellæ, absinthij, acaciæ, betonicæ, vtriusque plantag. ana. m.* j. coquantur *in lib* 4. *vini*, *ad lib.* ij. deinde addatur mel: sumatur cyathus vnus mane & sero. Vel fiat potio ex succo *betonicæ, marrubij, agrimoniæ, millefolij, rutæ, senationum, & de rad. earundem*, & fiat potio cum *melle*. desiccat fistulam intra x. dies. si ex ea quotidie sumatur cyathus vnus.

Potio mirabilis ad fistulam, & ossa fractae vulneribus & vlceribus pellens.

Vel ℞. *caul. rub. rubiæ tinct. sem cannab. ana* ℥ iij. *vini lib.* ij. *mellis lib.* ij. bulliant simul, & quotidie sumatur de vino isto cyathus vnus: desiccabitur fistula, & breui liberabitur. Alia potio mirabilis, quæ dicitur fistulam curare, & ossa fracta de vulneribus projicere: ℞. *valerianæ, caulium rub. fragrariæ, abrotani, tanaceti summitat. & rad. lapathij acuti, tormentillæ, rubiæ tinct. plantag. lanceolatæ. sua musc. vtriusq. garyophyllatæ, cardui benedicti ana m.* j. *sem. fœnic. apij, petros. ana* ℥ ß. *sem. cannabis lib.* ß. grosso modo puluerizata coquantur in lib. x. vini *albi* vsque ad consumpt. mediet. additis lib. iii *mellis*. fiat apozema, detur quolibet mane & sero cyathus. etiam hoc addunt, si experiri velis num fistula, vel vulnus antiquum sit 84.
curabile: ℞. *plantag. vtriusque, ped. columbini, calendulæ, consolidæ maioris, millefolij, primulæ veris, violariæ, lapathi acuti ana m. j.* exsiccato omnia, & puluerem conficito: de quo ægro mane meridie & sero quantum tribus digitis excipi potest, exhibeatur, si statim euomat. est incurabilis.

Potio mirabilis ad vulnera interna.

Sed & hæc potio, mirabilis ad vulnera interna valere dicitur: ℞. *agrimoniæ, pimpinellæ, foliorum oleæ, centaur. minor. stœchad. arab. saluiæ, pilosellæ, vtriusque consolidæ, arnoglossæ, sanamunda, id est, garyophyllata, rubiæ tinct. ped. columbini, galitrichi, absinth. tanaceti, linguæ auis, hederæ terrest. fragariæ, bugloss. gentianæ, betonicæ, verbenæ ana m.* ß. bulliant in tribus quartis vini, ad quartam vnam. postea adde *mellis* ℥ VIII. colentur in modum clareti. Alii conficiunt ex *pyrola. betonica. garyophyllata, consolidis, diaboli morsu, sanicula, bugla, peruinca, in ceruisia, vino* aut *aqua, in duplici vase, cum melle*: alii ex iisdem herbis succum extrahunt, & cum *sach.* aut *melle* syr. optime conficiunt. Sed hæc satis de potionibus vulnerariis.

De ratione victus in vulneribus & continui solutione obseruanda, a medico præscribenda. Victus tenuis.

Restat, vt nunc victus rationem adiiciamus vulneratis obseruandam. Vulneratis primis septem diebus (*intra quos vt plurimum securi esse solent a febre & inflammatione, vt & Guido doctissimus annotauit, quem in omnibus sequutus est Tagautius*) victum tenuem & parcum, frigidum quoque & humidum, præsertim si iuuenes & plethorici fuerint, atque ambiens aer calidus, instituito. Vinum omnibus, dum febris, dum inflammatio est, interdicito. Egregie ob hoc etiam errant Empirici illi circumforanei nebulones, & quidam imperiti tonsores chirurgiam perperam factitantes, qui & febricitantibus suis vulneratis potiones vulnerarias ex rebus calidissimis in vino decoctis quotidie exhibent, & ita febrem augentes, tum inflammationem, mortem deinde sæpius accersunt.

Carnes.

A carnibus duris & valentibus, piscibus magnis, & prauum succum generantibus pane non fermentato (quem *azymum* vocant) male subacto & improbe cocto, eos arceto.

Caseus.

Caseum, præsertim salsum & veterem, fructus fere omnes, allia, cæpas, sinapi, salita omnia, & acria, nec non species omnes aromaticas, ne gustent, admoneto.

Aromata.

Auiculas.

Pertices autem pullos & auiculas, quæ in dumetis versari solent, aqua rosarum alteratas: *ptisanam* hordeaceam,

Ptisana hordeacea.

quam vulgo *hordeatum* & *hordeum mundatum* appellant. item lac amygdalinum, & quod auenatum vocant: iura quoque carnium simplicia, 85.
aut cum ouis præparata, illis in cibum permittito.

Olera.

Ex oleribus *lactucam, portulacam, boraginem* (quæ *buglossa* est hortulanarum) præterea olus quod Arabes *Asspanac*, nos vero nomine parum mutato,

mutato, *spinatium* & *spinachiam*, alii & *spinagium* dicunt, & alia id genus illis concedito.

Aqua pro potu.

Aqua cocta illis potus esto, sed in qua cibarius panis, qui Græcis *syncomistos* appellatur, vel plurimum furfuris habens, sordidus dictus, maceratus fuerit. Vel eius aquæ simplicis loco, nostra ceruisia cõmunis tenuior, vel cremor ptisanæ, aquæ hordei vel (si debiles, aut senes fuerint) vinum aliquod stypticum, id est, austerum, quod crassæ sit substantiæ, plurima aqua dilutum: aut, si tenue cõcedatur, illud sit *oligophorum*, id est, parum aquæ sustinẽs.

Cœna.

Breuem ac frugalem illis cœnam imperato.

Frictio.

Lenem frictionem, sed his partibus, quæ longius absunt a vulnere, adhibeto.

Quies. Motus.

Vt quiescant, iubeto. Optimum enim illis (*inquit Celsus*) medicamentum quies est. Moueri autem & ambulare alienum est, sed iis præsertim, qui in inferioribus partibus vulnerati sunt.

Venus. Affectus animi.

Vt Venerem summopere deuitent, admoneto: item iram, contentionẽ, & omnes vehementes animi motus. Ceterum vbi vulneratus a phlegmone & abscessu fuerit assertus, pleniore victu tuto vti potest, & ad pristinam consuetudinem paulatim redire.

Victus paulo plenior quando vulneratis concedendus.

Vtatur tũc igitur vino aliquo generoso, vel ceruisia consueta, vt in nostris regionibus fieri assolet pauperioribus, qui ceteris ditioribus magis vulnerantur, & non sunt assueti bibere vinum, etiã si sani sint. Vtatur & carnibus probum sanguinem generãtibus, ac naturam, hoc est, vires refocillantibus: cuiusmodi sunt carnes *gallinarum*, *caponum* & *vervecum*, seu *castratorum arietum*, & quæ eius generis sunt. Quod autem talis victus ratio vtilis sit & accommoda vulneratis, ex eo comprobatur, quoniam virtutem fulcit, & corroborat, neque febrem commouet. Sed nec phlegmonas, nec hæmorrhagiam concitat, ac præter hæc, alimonium vtile & conueniens subministrat. Proinde hanc summopere commendant in recens acceptis vulneribus, tum celebres medici, vt *Galenus*, *Haly*, *Rhases*, *Auicennas*, tum etiam recentiores chirurgi, Brunus inquam, Gulielmus a Saliceto & Lanfrãcus, a quorum sententia & opinione desciuerunt Theodoricus & Henricus:

Quidã vulneratis vinũ ab initio male concesserunt.

qui ab initio diætã vinosam & calidissimam vulneratis præter rationem imperabant. Aiebant enim vulneratorum imbecillam virtutem protinus firmandam ac roborandam esse: idque vini
86 potione commode præstari. Quorum nimirum sententiæ in totum aduersatur Galenus *libro primo Aphorismorum, Commentario quarto*, sic inquiens:

Vires in morbis non esse augendas sed duntaxat fouendas.

In ægrotantibus raro accidit, vt robur corporis maius reddere, quam acceperimus, studeamus. Magna vero ex parte properamus in longis quidem morbis fouere vires, in acutis vero parum debilitatas conseruare. Et subdit: *Nam si eas tales, quales accepimus, properemus in istis seruare, vel etiã augere, semper addemus ad morbum.* Quib. verbis aperte docet Galenus, non *semper vires in ægris augendas esse, aut roborandas, sed satis esse interdum, si eas conseruemus & fulciamus.* Nisi forsan adeo imbecillæ ac prostratæ fuerint, vt quæ ab illis sumitur indicatio, ceteris aliis indicationibus sit præferenda.

Therap. 7.

Quod sane in omnibus vulneribus non contingit. Adde quod vbi contrariæ & ex aduerso pugnantes inter se sunt indicationes, committendum non est, vt dum alteri nimium sis intentus, alterius omnino obliuiscaris: sed vtriusque memor, quoad licebit, miscere eas debes, *vt lib. 7. methodi medendi Galenus nos edocuit.* *Quod præceptum* (inquit) *vbique memoria teneri velim.*

Gal. 8. meth.

Vnde & circa finem octaui prædictæ Methodi sic inquit: *Ergo tum exercitatum in omnibus, tum natura prudentem esse medicum conuenit: quo cuiusque indicationis potestate diligenter considerata, omnibus inter se collatis, vnam idonei victus summam, qua laborãti sit commoda, comparet.*

Vini vsus interdicendus vulneratis vsque ad septimũ diem.

Itaque, vt semel dicã, vulneratis per initia, vsque ad diem septimum (intra quod tempus fere solet phlegmone in locis vulnere affectis excitari) vini vsus interdici debet. Nisi tamen ex largo sanguinis profluuio (*vt postea exemplo ostendemus*) viribus destituti intermorientes appareant. Tunc enim ante vllam curationẽ (*vt Celsus ait*) vino reficiendi sunt, quod alioqui inimicissimum vulneri est. Transacto vero die septimo, illis (si nihil prohibeat) innocue vinum modicum, & aqua multa dilutum exhiberi potest. Nam si ad hunc vsque diem nec phlegmone tentetur, nec dolore afficiatur, in postetũ tutus erit. Atque hæc de quarta intentione, quæ læsæ particulæ substantiam conseruandam esse indicabat, dicta sufficiant.

OBSERVATIO. XVIII.

De quodam vulnerato in pede dextero, adeo vehemẽter, vt totus pes circa cauillam seu malleolos abscissus fuerit, cui ingens dolor aderat. Iacobi Carpi. 87

BOnoniensis quidam vulneratus fuit in pede dextro adeo vt totus pes circa cauillam seu malleolum abscissus fuerit: ad quem curandum Iacobus de Carpo chirurgus insignis deputatus est. Præhabito prognostico, sanguinem cum *albumine oui* & *suo puluere constringente*, suppressit. Deinde ad sedandum dolorem (qui vehemens erat) & ad prohibendum spasmum, locum circũstantem, & totum crus, *oleo rosato bene calido* embrochauit, & inguina eodem oleo inunxit. Postea super coxam commune restrictiuum applicuit. In secunda & tertia visitatione apposuit duos *stuellos saliua madefactos*, & puluere suo sanguinis restrictiuo aspersos, venis & arteriis magnis incisis, (quia timebat fluxum sanguinis:) & super istos alios stuellos *in oleo suo hypericonis* balneatos seu infusos. Fit autem hoc oleum Hypericonis, secũdum eundem Iacobum Carpum, hoc modo: ℞. *florum hypericonis in mense Iulio aut alio tempore (quo in eis vnctuositas est) collectorum m. ij. olei communis antiqui* lib. vj. misce: & ponantur in sole, aut in fimo equino per menses aliquot. postea ei adde *terebinthinæ lib. j. vermium terrestrium optime lotorum & puluerisatorum ℥ iij. croci parum.* Quib. omnibus, si velis, possis addere *aquæ vitæ lib. j. & vsui reserua.* At locum circumstantem oleo rosato calido inunxit, & super stuellos emplastrum tale

tale imposuit, constans ex *aceto, melle, lixiniοque* simul bullitis, deinde ab igne remotis, addẽdo farinam fabarum ad sufficientiam: & aliud emplastrum simile huic supra locum circumstantem posuit. Vltimo ligauit cum fascia ligatura conue-
88 nienti. Sed ob virtutis debilitatem præscripsit victum paulo pleniorem, scilicet panem coctum in iure carnis, alteratum cum lactuca, omphacio & vitello oui: & vt aluum exoneraret, suppositoria præscripsit. In quarta visitatione medicabatur cum stuellis madefactis in *oleo suo hypericonis, oleo rosa. & abietino simul mixtis.* Deinde emplastrum prædictum apposuit, & locum circumstantem *oleo rosato* inunxit, & emplastrum superius quoque dictum supraposuit. Deinde præscripsit diætam paulo tenuiorem, vtpote panem coctum cum iure, absque ouo, alteratum sem. *acetos. flor. itus borag. & buglossa.* & quia ventrem non deponebat vulneratus, leniente clysteri vsus est: & pro febre præscripsit syr. sequentem: ℞. *syr. de end.* ℥ j. *mellis rosa.* ℥ ß *aqua end. beton. cichorea ana* ℥ j. *misc.* In quinta visitatione vt in quarta processit: sed tamen stuellos *vnguento ex cera, terebinth. oleo rosa mastich. & pul. lumbricorum in vino lotorum parato*, illiniuit, & eosdem oleo rosa. vt supra inungebat. Postea præscripsit & tale enema: ℞ *cassiæ pro clysteri* ℥ j. *mellis rosa.* ℥ ij. *Zacch. rub.* ℥ ij. *olei viol.* ℥ iiij. *vitellum oui num.* j. salis parum, cum decocto *malua, beta, viol.* fiat enema. Tertio die, hoc est, sexta & septima visitatione, eodem quasi modo processit; nisi quod positis stuellis addidit peciam illinitam prædicto vnguento ex lumbricis. Quarto vero die parauit digestiuum ex *oleo abietino, vitello oui*; & posuit super stuellos, illinitos tamen prius vnguento ex lumbricis. Diæta fuit superius dicta. Digesto aliquo modo vulnere, tale vng. præscripsit: ℞. *terebinthina lib.* ß. *mellis rosa.* ℥ iij. *farina hordei* ℥ ij. *myrrhæ, sarcocollæ ana* ℥ ß. *cum vitello oui* fiat vnguentum: quo vnguento solum stuellos seu linamenta, dimisso *o-*
89 *leo hypericonis & vng. prædicto* ex lumbricis, illiniuit; & super stuellos posuit peciam vnguento ex lumbricis illinitam, & super hanc emplastrum consuetum. Diæta & enema fuerunt vt supra. Et sexto die loco emplastri supra tibiam & coxam posuit lanam succidam supra telam tomentatam, *seu interbastatam* vt vocant. Septimo die eodem modo processit: sed omisit emplastrum: Octauo vero die præscripsit talem medicinam: ℞. *manna electa* ℥ j. ß. *rhab. optimi* ʒ j. *spica gr.* iiij. dissoluantur *in aq. end.* ʒ iiij. & cum modico vini fiat potus. Diætam vero crassiorem & pleniorem præcedente, & solita concessit. Deinde lauabat vulnus *vino maluatico calido*: ac post lotionem imposuit ei stuellos illinitos tali vng. ℞. *terebinth.* ℥ iiij. *olei myrtini* ℥ ij. *ceræ, vernicis ana* ℥ j. *sang. drac.* ʒ v. *thuris, mastich.* ʒ iij. fiat vng. Supra peciam vero posuit vng. *basilicon maius*: & sic processit per aliquot dies. Cum iam vulnus carne repletum esset, vtebatur vnguento tali cicatricem inducẽte: ℞. *olei rosati, seui castrati ana lib.* j. *terebinth. ceræ, lithargyri ana* ʒ ß. *cerusæ* ℥ iij. *thuris* ℥ j. fiat vng. Et lauabat vulnus vino aluminato. Deinde vtebatur *vnguento de calce*, aliquando de *lythargyrio*, modo vno, modo altero: lauando vulnus & pedem cum vino, in quo bullierant *rosa & myrti*. Et aliquando etiam vtebatur vnguento de cerusa cocto & crudo. Vnguentum autem album ex cerusa ad cicatrizandum hoc modo fit: ℞. *olei rosa. lib.* iiij. *seui castrati lib.* iij. *terebinth. lib.* ij. *ceræ albæ lib.* j. *thuris lib.* ß. *cerusæ lib.* ij. misce, & fiat vng. Eo cocto vel crudo vtebatur: & super vulnus spargebat alumen vstum. Et sic, Deo dante successum, curatus fuit.

SCHOLIA.

De quinta intentione, quæ medico chirurgico proponitur in curandis vulneribus, quæ est symptomatum correctio.

PERVENERAMVS ad quintam intentionẽ, quæ medico chirurgico proponebatur in curandis vulneribus, quæ erat symptomatum correctio. Quintam itaque intentionem (*insequendo vestigia ipsius Guidonis*) quæ est accidentium vulneribus superuenientium correctio & profligatio, assequimur, remedia cuiq; propria, prout res desiderat, admouẽdo. Symptomata autem seu accidentia, quæ consueuerunt euenire post accepta vulnera, & solutam vnionem, hæc fere

Symptomata, quæ vulneratis accidunt.

sunt: *Dolor, phlegmone, dyscrasia seu intemperies, febris, pruritus, conuulsio, paralysis, syncope, mentis alie-* 90
natio, seu deliriũ, durities atq; impotentia mẽbri vulnerati. Itaq; vulnera numquam ad integram curationẽ perduci possunt, nisi eiusmodi symptomata prius abigantur. Symptomata enim quæ magnitudine superant suas caussas, ordinem curationis sæpe peruertunt, immutant, atque interpellãt, vt *lib. 1. ad Glauconem, & 12. methodi medendi Galenus annotauit.* Itaq; operæpretium duximus de horum singulis ordine (*vt Guido fecit, & post eum Tagautius, qui ipsum Guidonem Latiniorem reddidit*) & continuata serie pertractare, a dolore sumentes initium, cum vulneratus hic, de quo exemplum attulimus, dolorem magnum in pede vulnerato haberet: ac ostendimus quomodo Carpus dolorem istum cum oleo rosato aliisque sedauerit. De sedando igitur dolore in vulneribus, dicamus. *Dolor* omnis, præsertim vehemens, etiam si purum ab excremẽtis totum corpus fuerit, fluxionis caussa est. Particula nãque, quæ dolore affligitur, succum, atque in vulnere sanguinem maxime ad se trahit, copiosorem scilicet, quam sit illi ex vsu: vnde & phlegmone in ea frequenter excitatur. Proinde summa cura protinus adhibenda est, vt dolor demulceatur, ac in totum, si fieri potest, sedetur. Dolorem autem cõmode sedamus in vulneribus, aut saltem mitigamus, facto ad particulam læsam fotu, vel ex rosaceo, si præsto fuerit; vel, si eius copia non sit, ex oleo cõmuni quod modice incaluerit. Quibus si *oui candidũ*, vel potius *luteum* (vbi magna non fuerit inflammatio, seu vehemens caliditas) adiiciatur, præstantius illud adhuc auxilium efficies, neque ita vulnus inquinabis. Quod si tam vehemens dolor exstiterit, vt necessitate coactus fueris, aliquantulum vulneratam ac dolentem particulam stupefacere, *oleum papauerinum* admouebis. Et si maior cogat necessitas,

Symptomata interdum curationem peruertunt.

De sedando dolore in vulneribus.

Dolor phlegmonas, & fluxiones concitat.

Dolorem sedantia in vulneribus.

opii momentum, vel *mandragora* (vt quidam recte consuluerunt) adiicies. Quatuor illi celebres magistri ad eum finem laudant *radicem solani* tritam,

Emplastrum Theodorici.

& *axungia porci* exceptã. Theodoricus plurimum commendabat emplastrum ex *foliis maluæ coctis*,

Rosaceum.

& *in mortario contritis*, cumque furfuris cribratura commixtis. Quod si rosacei momentum prædictis adieceris, melius adhuc medicamentum

91 reddideris. *Medulla* etiam panis triticei in aqua

Medulla panis.

fermenti macerata, ad sedandos dolores (*vt supra diximus*) efficacissima est. Porro si dolor admodum vehemens est, nec vllis quantumuis generosis auxiliis mitigatur, neruum tunc læsum esse significatur: proinde tunc ad ea quæ postea ad vulnera neruorum scribentur, tibi recurrendum erit. Sed de iis, quæ dolorem leniunt si plura desideres, vide *lib. 6. Tagautii*, de materia chirurgica. Sed nunc ad curationem aduersus vulnerum inflammationes & abscessus veniamus.

Inflammatio quib. maxime vulnerib. accidat.

Inflammatio in vulneribus, tum maxime timenda est, cũ vel os, vel neruus, vel cartilago, vel musculus læsionem accepit, aut vbi parum sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinem mature supprimere non oportebit, sed pati fluere, dum tutũ erit: adeo vt si parum fluxisse videbitur, mitti quoque ex brachio debeat: vtique (*inquit Celsus lib. 5.*) si corpus iuuenile, & robustum, & exercitatum est: multoque magis, si id vulnus ebrietas pcessit. Quod si musculus læsus videbitur, præcidendus erit. Nã percussus pũctusve, præsertim in eius capite, mortiferus est: præcisus vero per transuersum, sanitatem recipit, hoc est, ab inflammatione & conuulsione vindicatur; aliquis tamen ex particulæ motibus vitiabitur: Verum melior est (*vt Galenus ait 3. Methodi*) læsio quam mors. Sic & neruum

Melior est læsio quam mors.

punctum sæpe cogimur transuersum præcidere, quoties scilicet, vel conuulsiones, vel deliria, vel ambo magna ægreq; sanabilia superuenire vulneratinui cernimus. *Porro*, si tamen inflammatio, aut tumor aliquis præter naturam, in vulneribus concitatus fuerit, curari debebit iuxta methodũ de phlegmone a nobis traditam, scilicet *libro primo Obseruat. Chirurg.* in quo de tumoribus præter naturam sanguineis abunde disseruimus. Ceterum tametsi pro locorum differentia (*vt lib. 2. de loc. affect. Gal. ait*) curationem quoque variari

Emplastrum Auicennæ ex malo punico dulci.

contingat: Auicennas tamen omnibus discriminatim partib. a capite ad pedes, emplastrum mire ab eo commendatum admonet, quod constat malo punico dulci, incocto in vino styptico, & postea in mortario subacto, atque in emplastri formam redacto. Ceterum si enatus tumor nec reprimentibus, nec per halitum digerentib. medicamentis cesserit; *pus mouentia*, seu maturantia, admouenda erunt: cuiusmodi ea sunt, quæ de tumoribus præter naturam agentes, ad maturanda apostemata vtilia esse, supra retulimus. Huius rei

92 gratia iubet Rogerius fieri fotum ex *maluis*, *absynthio*, *artemisia*, & *farina triticea*, *vino incoctis*: quibus & mellis momentum adiiciendum est, axungiæ vero quod satis esse videbitur. Quod si pars per vulnus vacuetur, aliud loco commodiore illi emoliendũ erit emissarium, vti exemplũ in Ægidio illo in abdomine læso, cui perperã chirurgus omentũ elapsum per vulnus absciderat sine ligatura. Sed de tollenda in vulnerib. intẽperie, quam

Si calida adsit intemperies.

dyscrasiam vocant *calidã*, quæ vulnus occupauerit (quod ex rubore & vesicatione facile deprehendes) affectũ locum infrigidare oportet, non hyoscyamo quidẽ, aut mandragora, quoniam plus iusto refrigerant, sed rosis potius & plantagine, atque vnguento albo, quæ præter id, quod desiccant, moderate etiã refrigerant. Si autem frigida

Si frigida intemperies vulnus obsederit.

intemperies locum obsederit (quam mollities, & cutis liuidus color ostendunt) ipsum excalfacies, non *rosina*, vel *pice*, aut *asphalto*, (quod Damonis stercus appellant) sed *vino* & *vnguento nigro*, aut

Horum vnguentorum descriptiones in lib. 6. Tagautii requirendæ sunt.

fusco, vel eo quod *basilicon* vocãt. Quod si eiusmodi symptomata vulnus, seu plagã degenerare faciant in vlcus, recurrendum erit ad ea, quæ de vlcerib. sequente libro traduntur. Porro si humida vel sicca adfuerit intemperies, suo quoq; contrario profliganda erit. Et ita in compositis intemperiebus ages, *vt suo loco postea dicetur*. Quod si fe-

Si febris vulnerato acciderit.

bris vulneratum apprehendat, victu refrigerante, qualem in calidis præter naturam tumoribus descripsimus, laborãs vti debet. Sed accersendus erit huius rei gratia peritus aliquis medicus, qui & congruam illi victus rationem præscribat, & reliqua aduersus febrem auxilia ex arte instituat, habita ratione ætatis, temperaturæ, regionis, tẽporis, consuetudinis, & id genus aliorum. Ceterum ne febris quidem ipsa terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa vero perniciosa est Celso (*lib. 5.*) quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel deliriũ mouet, vel si neruorum rigor, aut distensio, quæ ex vulnere orta est, eam non finit.

OBSERVATIO XIX.

De quodam vulnerato in cubito brachii sinistri, vt totum os cum suis neruis incisum esset, & ex dolore metus esset de spasmo: Iacobi Carpi. 93

NOBILIS studiosus Mantuanus, anno 1524. die 13. Martii vulneratus fuit circa cubitum brachii sinistri, ita vt totum os cum suis neruis incisum fuerit: vnde & ex dolore nimio metus erat de spasmo. Carpus vocatus, in prima visitatione reducto osse ad suum situm seu locum, & tuto vulnere, appositisq; medicamentis, iussit fieri phlebotomiam diuersiuam. In secunda visitatione tẽtas & pecias infusas in oleo suo hypericonis vulneri apposuit: deinde super suturã hunc pulverem aspergebat: ℞. *thuris, mummiæ, sang. draconis, boli arm. masticis ana p. æ.* Postea cum oleo rosato totum brachium inunxit, & modo ne spasmus fieret, oleo lũbricorum, quo & ego vti soleo. Et brachium cũ astellis plumaceolis ex stuppa in quodam instrumento ligneo, pluribus foraminib. perforato, locauit, & firmauit. Deinde præscripsit syrupũ sequentem: ℞. *syr. de end.* ℥ j. *syr. ros.* ℥ ß. *aquar. end. cichoreæ, bugloss. ana* ℥ j. misce. Omni die exhibuit enema cõmune. Diæta erat subtilis,

tilis, sen tennis. In quarta visitatione omnibus istis prius positis emplastrum ex *farina fabarũ, mello, aceto* & *lixiuio* apposuit. Quarto vero die illiniuit tentam & peciam digestiuo *oleo abietino* & *vitellino oui:* & ꝑterea nihil immutauit. Quinto die hanc medicinam exhibuit: ℞. *rhab. electi* ʒ j ß. *spica gr.* vi. *cassiæ mundatæ* ℥ ß. *diaprun. solutiui* ʒ ß. *syr. viol.* ℥ j. *cum decoct.* communi fiat porio. Et vulnus ipsum vino maluatico lauabat: deinde nihil mutauit. Die septimo peciã illiniuit tali vnguento: *terebinthinæ* ℥ iiij. *ol. mastichini, myrtini ana* ʒ j. ß. *ceræ* ʒ j. *thuris, mastich. sandarachæ ana* ʒ vi. *sang.*
94 *drac.* ʒ j. misc. tentam autem hoc vnguento oblinebat: ℞. *terebinth. mellis ros. ana* ʒ ij. *myrrhæ, sarcocollæ* ʒ ß. *farinæ hordei* ʒ j. misc. Octauo die parum exhibebat de carne pulli, & alterato cum omphacio & sem. end. & acetosæ: & ita processit per aliquot dies. Sed cum tempus consolidationis adeṙat, pręscripsit decoctionem talem, in qua infundebat pannũ ex scarlato seu fustaneo lingua vulgari dicto, optime expressum; & supra pecias aliquo vnguento cõsolidatiuo illinitas vulneri apposuit: cuius hæc erat descriptio: ℞. *saluiæ, betonicæ, absynthii ana m.* j. *nucum cypressi num.* vi. *hypericonis m.* j. ß. *caryophyll.* ℥ ß. bulliant in lib. xii. vini nigri optimi vsque ad consumtionẽ quartæ partis. &c. Post vulneris consolidationem præscriptum est balneum, quo bis in die per aliquot dies brachium balnearet, ob motus membri difficultatem, & ipsius robotationem inducendam, quale erat hoc: ℞. *betonicæ, hypericonis, saluiæ, ruæ ana m.* ij. *stæchad. arab. absynthii ana m.* j. *anethi m.* iij. *medullæ rad. ebuli m.* j. ß. *capitum castrati num.* ij. bulliant in s.q. aquæ vsq; ad consumtionem medietatis. Et ita nobilis ille curatus fuit.

SCHOLIA.

QVin sit spasmus seu cõuulsio, & x quib. caussis fiat, & quibus signis internoscatur, & quæ eius sint præsagia, abunde diximus *in Scholiis Obs.* 16. *de conuulsione vniuersali, lib.* xi. *Obseruat & curationum medicinalium nostrarum*, in quib. Scholiis etiam ostenditur quod conuulsio, quæ fiat ex vulnere, fiat per consensum, cum neruos ipsos attingat, *vt 5. aph. 2. & 6. method. quoq; declaratur.* cum n. inflammatio neruos attingit, putredo oritur & intemperies, quæ cerebro communicatur, & quia conuulsionem ex vulnere eiusq; caussam & curationem recte & abunde explicauimus *obseruatione 23 eiusdem libri*, de conuulsione ex vulnere, præsertim in *Scholiis eiusdem obser.* non opus
95 est eadem repetere, quib. addere posses & casum illum de conuulsione lethali ex casu ab alto, descripta *obs. 24. eiusdem libri*: adeo vt illa, quæ de cõuulsione vulneris Tagautius ex Guidone, tum aliis mutuauit, hic nõ opus sit refricare: nã omnia fere locis iam citatis ad vnguem enucleauimus, etiam additis exemplis. Hoc tantum addi potest, ꝙ in spasmo sicco conuenientior curatio est, *teste Auicenna*, ipsa tina, & inunctio olei humidi: & ita conferũt balneæ ex oleo & hydrelęo, partesq; cõuulsæ eo calido fouẽdæ: tũ lauacra ex hord. inũd. viol. nenuph. & simil. h. & in quib. capita ac extremitates *agnorum, hædorum, vitulorum & arietum pinguium*, & adhæc *althææ rad.* & *cydoniorum semen* incocta sint, cum olei parte. & a lauacris inungendo oleo *viol. amygd. dulc. oleo communi, adipe recenti gallinæ, hædi, vel vituli:* tum ceruix, spina, & scapula inungenda. Sed *hordeum, salicis folia & nenupharis* magis conueniunt, vbi febris adsit. Alimenta sint sorbitiones ex *chõdro, alica, lacte hordeato, pullis mollibus, agniculis, hædis tenerioribus, iure aliquo assumto, item ouis sorbilibus.* Somnus conciliandus. Indendi clysteres ex lacte; & ex eodem conficienda gargarismata. Ægre tamen isti curantur, *vt 7. method. docetur.* Si sit a plenitudine, vacuatio a toto corpore conuenit, & sanguinis missio. & cacochymia tollenda ꝑ purgationes, & viscosi humores euacuandi cum *hyera picra, agarico*: ideoque clysteribus acribus aluus subducenda. Menses quoque, si mulier est, pessis, & suffitibus euocandi. Gargarismi, apophlegmatismi, errhina, & sternutamenta acriora adhibẽda, quæque pituitam per os & nares educũt. Abunde repurgato corpore, ceruicem, axillas & inguina *oleo lilior. costino, spicato, laurino, ex puleg.* addito *castorei momento, & euphorbii* inungito: & lanam mollem ac succidam facto litu superimponito. Probatur vng. Rogerii etiam a Guidone, ꝙ & Tagautius posuit. olea hæc iuuant: *vulpinum, laurinum, rutaceum chamamelinum, de iunipero, e terebinthina, benedictum oleum philosophorum:* stuphæ, & quæcunque sudorem euocant; *mithridatum, theriaca.* Cauendum frigus. ideo in conclaui calide manendum. Vinum per initia minime gustandum, eo quod fluxionem proritet: sed eius loco mulsa bibenda, in qua decocta sit *saluia, radix acori*, cum momento nucis muscatæ. Victus tenuis sit, primis saltem diebus, calfaciens, & exsiccans. Conuulsioni per societatem, vt a dolore, anodyna & sedantia dolorem administranda, vt dicetur de vulneratis neruis. Si ex morsu ictu ve 96
alicuius venenosi animantis, conuulsio oborta sit, theriaca parti affectæ apponẽda erit: & cucurbitula defigenda: vel cornua quædam, quib. nonnulli cucurbitularum vice vtuntur, extrahunt & euacuant, sunt & qui ore virus extrahunt, vt diximus. A stomacho, ab acri humore erodente si fiat conuulsio, vomitus irritetur, & stomachus roboretur intus & exterius. Porro in omni conuulsione, a quacunque caussa, cerebrum semper roborandum: ideoque caput abrasis crinibus *oleo liliaceo* fouendum: similiter ceruix, tota spina dorsalis, axillæ, & inguina inungendæ: hoc enim spasmo conuenit humido. Hora paroxysmi bonum est, vt laborans contineat inter dentes vimẽ seu baculum salignum, ne os plane claudatur, atque lingua a dentibus mordeatur, aut dilaceretur. Vltimum est, si nihil aliud fieri possit, vt neruum, aut musculum, ex quo conuulsio orta est, transuersim præcidamus, *vt Galen. & Razes consuluerunt.* præstat namque vnius particulæ actionem amittere, quam totius corporis. Meliorque est (*vt Galen. ait*) læsio quam mors. Itaq; hoc pacto quidẽ conuulsionem sanaueris; aliquẽ tamen

Conuulsioni ex inanitione qua conueniant.

Alimenta.

A plenitudine.

Curatio conuulsionis ex compatiendi societate.

Morsus vel ictus venenatorum.

Musculus aut neruus interdũ per transuersum præcidẽdus.

Læsio quam mors potius optanda.

ex particulæ motibus vitiaueris. Vt autẽ ei quod vrget, & vnde primum maximumq; homini imminet periculum, succurramus, cogimur sic nõnumquam alium insanabilem affectum relinquere.

OBSERVATIO XX.

De paralysi pollicis & ex incisione musculi: Laurentius Bruninck.

QVIDAM eum motum pollicis perdidisset ex incisione musculi, vsq; adeo, vt nullam potentiam in pollice haberet, Laurentius Bruninck chirurgiæ doctor sequens ceratum admonit: ℞. *mucilaginis sem. lini, rad. althææ ana ℥ j. ammoniaci, serapini, in vino albo per noctem dissolutorum ana ʒ ß. thuris, masticis ana ʒ ij. olei vulpini ℥ j. ceræ ℥ ß.* fiat ceratum secundum artem, de quo vnguento paululum extendatur supra corium, ad quantitatem membri læsi. Quo remedio melius se habuit vulneratus.

97 SCHOLIA.

POSVIMVS exẽplum egregium cuiusdam correpti paralysi ex ictu & vulneratione in capite & in ceruice, cuius deinde manus perpetuo resoluta fuit, *lib. 12. obs. & curat. medicinaliũ nostrarum, obs. 10.* Duo quoque exempla posuimus illorum qui ex iactu teli ab alio in caput, etiam pericranio vulnerato, in apoplexiam leuem, & deinde in paralysim deuenerunt, a qua tamen postea per me diuina gratia curati fuere, vide *obs. 29. lib. 11. obs. & curat. medicinalium nostrarum.* Habes & mirabilem casum illius textoris, qui cum in pollice seipsum sauciasset, incidit in paralysim linguæ, & obmutuit: a qua tamen nostra industria egregie sanatus est: vide huius historiam *lib. 12. obs. 5. obs. & curat. medicinalium nostrarum.* Paralysis autem, vt locis citatis, & præsertim *lib. 12. citato* diximus, id est, *neruorum resolutio*, latus vnum aut alterum, vel partem quampiam, nõ autem corpus totum, infestat plerumque: interdum etiam vulnera, & contusiones insequitur, (*vt in illis exemplis supra citatis ostendimus*) sed capitis maxime, & totius spinæ dorsi, vt multis exemplis Galenus aperuit, *lib. 3. de loc. affect.* At de caussis aliis tum signis ac præsagiis in propriis locis, tum citatis diximus. Sed quod paralysis sit ægre sanabilis, iam etiam recensuimus, deinde quod senes vix vnquam a paralysi liberantur. Tremor quoque & febris si paralysi superuenerint, bonum, & quæ ab ictu vel casu non vehementer neruos atterente, contundẽteve excitata est, curationem interdum recipit, vt Pausaniæ Syrosophistæ apud Gal. *sub finẽ 3. de loc. aff.* Sed ab insigni & effatu digna neruorũ contusione vel diuisione orta paralysis, prorsus insanabilis est. Recte quidem & conformiter ad Galeni sententiam Auenzoar adstruxisse visus est, subitæ mortis periculum imminere, si nerui anhelitus, hoc est, respirationi seruientes, aliquibus vulnerati, aut quouis alio modo insigniter affecti fuerint. in ipsa n. statim perit respiratio, quo fit, vt ꝓfocati repente moriãtur. Si membrũ resolutum non imminuatur, nec emarcescat, colorque eius non immutetur, spes aliqua curationis subest. Si vero contabescat, & gracilescat insigniter, colorque natiuus pereat, atque a seipso plurimum euariet, malum portendit. In curanda autem neruorum resolutione (quæ paralysis dicitur) ex accepto vulnere, vel caussa alia extrinsecus incidente oborta, præmissa totius cor- 98
poris vacuatione, vel per purgantia medicamenta, vel per sanguinis detractionem, vel per vtrasque, vti res exigit; factia item, vt decet, humorum in partem resolutam influentium auersionibus, præscriptaque victus ratione congrua (*quæ omnia periti alicuius medici consilio fieri debent*) topicis remediis aduersus illam sedulo pugnare debet chirurgus. Idcirco, vt chirurgus in diætetica & pharmaceutica non erret in laborantis perniciem (*vt nostri chirurgi & tonsores plerunque faciunt*) peritum adhibebunt medicum, qui hæc peragat. At forinsecus varia adhibentur præsidia in paralysi ex vulnere, aut alia externa quauis caussa, vt *emplastra, cataplasmata, vnguenta, illitus, fotus, cucurbitula*, & alia id genus. Guido tamen vno liquore longe optimo descripto a Mesue in passionibus cordis vtitur. quo spina tota inungitur: & ita fit: ℞. *myrrhæ electæ, aloes hepaticæ, spicæ nardi, sanguinis dracon. thuris, mummiæ. opobalsami* (alia exempla habent *opopanacis*) *bdellii, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi arab. styrac. liquidæ ana ʒ ij* (alias ʒ ij ß) *ladani electi, succi castorei ana ʒ ij. ß. moschi ʒ ß. terebinth. opt.* ad pondus omnium: puluerizanda puluerizentur: & omnia misceantur cum terebinthina, reponanturque in furnibulo seu destillatorio, quod *alembicum* vocant, & illa ingeniose ac lento igne, vt decet, distillentur. liquorem autem per destillationem sublimatum, vase vitreo forti excipe. Hic liquor proxime accedit ad verum succum balsami. Guido de Cauliaco quandoq; huius pretioso liquori addebat herbas dicatas *paralysi*: & tum generosius atque efficacius multo (vt ipse testatur) experiebatur auxilium.

Paralysis ex quibus vulneribus excitetur.

Præsagia.

Paralysis ex vulnere curatio.

OBSERVATIO XXI.

De syncope in vulnerato.

VIR quidam licet robustus, 32. annorum, anno 1549. mense Martio in pago Langediickkio prope Alcmariã, vulneratus fuit in curuatura brachii dextri, vbi venæ & arteriæ concurrunt: quæ cum læsæ essent, ac vulneratæ, tanta effluxit sanguinis copia, vt chirurgus M. Martinus ex Medenblick sanguinem vix restringere potuerit; adeo vt subinde in syncopen incideret vulneratus ad quem & ipse accitus, naribus *acetum* & *aquam* 99
ros. admoueri, pilosque euelli, vt hominem a syncope excitarent, præcepi: a qua eum excitatus esset, vinum ei ad virium imbecillitatem exhibuimus. Pulsus autem huic debilis erat, & deficiebat, & virtute collapsa ob nimiam sanguinis profusionem ipse chirurgus de curatione & vulnerati vita desperabat. Sed tandem cum a syncope per me excitatus esset, & cum nulla febris adesset, ideoque audacter ipsi vinum propinassemus, deinde ad restaurantia accessimus; & lac amygdalatum, ex duab. partib. *aquæ melissæ, bugloss.*

bugloss. & vna parte *aqua saluia & betonica paratum & zacchiaro perlato* dulcoratum dedimus frequēter. & imperauimus, vt ex condito sequenti sæpissime sumeret vulneratus: ℞. *conserua buglossa* ℥ j. *conseru. viol.* ℥ ß. *conserua rosar. recenter factæ, vel saltem anni* ʒ iij. *species. trionsant. diarrhod. abb. ana* ʒ ß. *margarit. perfor. & non perforat.* ℈ ij. *fragmentorum omnium lapid. precios.* ℈ j. cum *syr. bugloss.* fiat conditum. Præterea vt hac confectione in tabulis vteretur postea iussi: ℞. *specier. trionsant.* ʒ ß. *specier. diarrhod. abb. margarit. perforatarum & nō perforatar. ana* ℈ ß. *fragmentorū lapidum pretiosorū in pul. tenuissimum contritorum, vt alkohol.* ℈ ß. *dissol. cum aqua meliss. ros. bugloss. addito zach. albiss.* q. s. fiat cōfectio in tabul. secundum artem. Iusculis quoq; tum ouis eundem nutriebamus: & cum aluum non exoneraret, eam glande tātum irritauimus. Atque ita hic vir, viribus restitutis, facile deinde adhibitis iis remediis, quæ ad recentia vulnera faciunt, per chirurgum curatus fuit.

SCHOLIA.

DE syncope *lib. 17. Obs. & curat. medic. nostrarum* abunde egimus, potissimum *obs. 14. 15. & 16.* & in Scholiis earundem obseruationum: quæ
100 loca diligēter legere poteris. Habes enim ibidem omnem de syncope tractationem, quacunque de caussa oboriatur. Sed, quod ad præsens negotium attinet, syncope (definitore Galeno *lib. 12. Therap.*) est præceps virium lapsus, qui immoderatas euacuationes, ingentes dolores, vigilias, principio intemperiem, atque animi vehementes affectus, sequi consueuit. Ea autem syncope quæ in vulneribus accidit, magna ex parte creatur, vel ex immodica sanguinis profusione (*vt hic euenit*) vel ex vehemēti dolore. Hanc proximam esse cognosces, tum ex arteriarum pulsu elāguescente, ac deficiente, tū ex pallido vultus colore, tum ex motu totius corporis ignauo, ac difficili, sed præsertim palpebrarum, & partium extremarum, tamquam illis erigendis, aut attollendis nō possit virtus motrix sufficere; sed & frigidi, circa collum maxime & faciem, sudores, syncopē iam pulsare fores testantur; symptoma sane minime negligendum. Quandoquidem celeriter hominem rapit, estque quasi via ad mortem, imo (*vt vulgo dici solet*) est veluti quædam parua mors. Proinde summa cura admittēdum est, ne in hoc tam periculosum symptoma vulneratus incidat. Ergo laborantem quibus poteris modis cōsolator. Hominum turbam, ne suo anhelitu conclaue nimis excalfaciant, & laborantem sua præsentia deterreāt, procul arceto. Sed & antequam ea opprimatur, qui vulneratus est, *panis frustulum, vino optimo, aqua rosacea* momento diluto, illi sugendum exhibeto; atque etiam vt ex vino ipso modicum quid bibat ipse, iubeto. Vinum namq; omnib. syncope vexatis vtile est, *vt lib. 12. Therap.* his verbis Galenus annotauit: *Vinum tamen, quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus quos syncope male habet, offerre cōuenit.* Constat autē ex vinis ea deligēda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate vetera. Talia nimirum & boni odoris continuo fuerint. Ceterū amara, præ vetustate, vina ne sunto. Porro si iam syncope, qui vulnus accepit, vexetur, eius faciem *aqua rosacea*, vel *frigida*, vel vtriusq; mixtura, adiecto etiā aceti (si placet) momento irrorabis: ac hæc omnia valide in laborātis faciem proiicies: aut saltem narib. *aquam rosaceam & acetum* admouebis, vt scilicet suaui eorū odore, animam illius recrees. Pilos, nasum & aures vellito, extrema fricato, alapis illorum genas cædito, & proprio nomine alta voce illos vocato; ac cetera facito, quæ in hoc symptomate medici fieri præcipiunt: quæ omnia locis antea citatis & ipse inuenies.

Syncope quid.

Syncope in vulneribus vnde.

Syncope proxime instantis nota.

Syncope, est parua mors.

Quibus remodiis syncope occurratur.

Vinū omnibus syncope vexatis succurrit.

Vini in syncope electio.

Si iam syncope præsens sit, quid agēdum.

OBSERVATIO XXII. 101

De desipientia seu delirio ex ictu.

CVM Bononiæ studerem, puer nouem annorum vel circiter, claua seu baculo, quo pilam longius excutiunt, supra frontem percussus fuit. Postea subsequutum est delirium & desipientia. & quamuis cranium ruptum non videbatur, signum tamen erat ictum ad cerebrum penetrasse. Cum autē chirurgi paulo tardius cranium aperirent, sanies ibidem inuenta est, & corruptio, delirio & febre magis increscentibus. Quare puer hic ante septimum diem obiit. At puella illa, quæ apud Hasam e regione domus meæ simili fere casu decumbebat, & delirabat, cum diligentius curaretur, euasit, cuius historiam videre poteris *lib. 9. Obs. & curat. medic. nostrarum, obseruat. 30.* quamuis & eadem obmutescentia detinebatur.

SCHOLIA.

OMNE delirium (*vt Galen. ait lib. 5. de sympt. caussis*) deprauatus est principis facultatis motus, a prauis succis, aut cerebri intemperie ortum habens. Interpreti Auicennæ *alienatio* dicitur. Porro tametsi eiusmodi desipientiæ seu mētis alienationes, symptomata sint modo primogenia, id est, primario ac proprio cerebri affectu eueniētia, (*vt loco iam citato, tum præcipue lib. 10. obs. & curat. medic. nostrarum, cum de ea ex professo ageremus, longius latiusq; sermonem fecimus*) modo secundaria, hoc est, cerebro compatiendi societate, seu (*vt dici solet*) per consensum laborante: hic tamen nunc de solo illo delirio, quod consortii lege, seu per consensum accidit in vulneribus, ictu, casu, contusionibus, ac etiam percussionib. articulorū, sermonem faciemus. Talia namque vulnera (*vt superius diximus*) doloris, vigiliarum, conuulsionis & delirii periculum adferunt. quāquam forte quis in casu nostro ictū ad cerebrum peruenisse dicere potest: ac inde primogenio affectu ipsum laborasse, & delirium subsequutum:
interim tamen eiusmodi symptomatis (*delirii in- 102*
quam in cacoethis vulneribus) generatio persimilis est ei, quæ per suffusiones oculorum accidit, a ventriculi dispositionib. ortum trahentes, *vt Galeno visum est lib. 3. de loc. affect.* Quemadmodum o. ventriculus, cerebro suas affectiones cōpatiendi quadam societate transmittit, idq; propter neruorum a cerebro ad os ventriculi descendētium

Delirium quid. & vnde nascatur.
Canone 3.

Lib. 4. Therap.

Caussa delirii in vulneribus.

magnitudinem, per quos etiã sensus huic parti-
culæ, quam vlli reliquarũ corporis partiũ acutior
Neruosis partibus inflammatis delirium accidit.
est. Ita quoq; neruosis partib. inflãmatis, cerebro
noxa promtissime communicatur. atque ex illis
promtius, quam ex aliis quibusvis delirium su-
peruenire solet, idq; ascendente ad caput inter-
dum per continuas partes, solo calore: interdum
Delirium ex siccitate fit.
vero spiritu vaporoso aut fuliginoso. Hæc autem
omnia, quæ sic delirium, aut phrenitidem indu-
cunt, siccandi pollent facultate Auicennæ: quip-
pe, quæ multo, eodemque acri calore participẽt.
Quo fit, vt delirantes irrequieto fere motu agi-
tentur. Vnde Galenus *lib. 13. Therap.* ad hũc mo-
dum ait: *Ergo cum humor qui in capite redundat,
frigidus est, insensibilitas, immobilitasq; hominẽ op-
primit: cum calidus est, perpetuus potius motus, vna
cum rationis noxa.* Accidit enim (*veluti demonstra-
tum est in libris de his proprie tractantibus*) ex frigo-
re, segnitia, ex calore, immodicus motus, ex hu-
moris vero vitio, dementia. Ceterum licet hæc
ita eueniant; vulnera tamen inflicta circa caput,
contusiones, prolapsus, craniique ruptura, tum
alia magis circa caput, hæc inferre solent, si effa-
tu digna fuerint. Sic puer nouem vel decem an-
norum, cognatus meus, nomine Iohannes Rey-
nerus, Alcmarianus, cum ex domuncula gallinis
destinata, quales ædibus annecti solent, ab altero
detruderetur, in caput prolapsus est, cum cranii
ruptura & contusione cũ vulnere: ilico delirauit,
Delirii ex vulnere curatio.
& ante tertium diem obiit. Ceterum si delirium,
seu mentis perturbatio, post vulnus acceptum,
hominem apprehendat, huius rei gratia statim
accersendus & consulendus erit peritus aliquis
medicus, qui potu, frictionib. & deligaturis par-
Vapores a cerebro auertendi.
tium extremarum, & maxime pedũ ac tibiarum,
& clysteribus huic rei accommodis, fumos ac va-
pores vitiosos, a capite deorsum protinus reuel-
lere studeat, vt recte præcepit Auicennas, itidem
& ceteri, qui hac de re scripserunt, potissimum si
(*vt solet*) per consensum delirium fiat: nam capite
Dolor sedandus.
ipso læso, maius periculum (*vti diximus*) infert.
Quod autem ad chirurgum attinet, læsę particu-
103 læ dolor (*si fieri potest*) sedandus est. Vtile est etiam
alapis genas laborantis percutere, vt ipse ad men-
tem seu ratiocinandi facultatem redeat. Galenus
lib. 13. Therap. caput delirãtium in principio per-
Caput delirantium oxyrrhodino perfundendum.
fundẽdum esse *oxyrrhodino*, pulchre nos admo-
nuit. Vapores enim & humores a capite tunc re-
pellendi sunt. Cum vero in summo incremento
sunt deliria, perfusiones ex *papauerum capitibus*
(consilio eiusdem) applicabimus. Odorem quo-
que ex frigidis rebus narib. obiiciemus; ac nares
ipsas intus, vel frontem similibus medicamentis
Cerebrum refrigerandum.
illinemus. Quippe sopire (*inquit*) ac stupefacere
principem facultatem oportet; cerebrum scilic.
quod supra modum incaluit, refrigerando. Sani-
Radix bryonia.
tati magna ex parte restituuntur Auicennæ, qui
per dies aliquot radicem *bryoniæ*, id est, *vitis albæ*,
vel bibunt (ex liquore aliquo refrigerante & hu-
mectante) vel cum cibo quopiam eius saporem
obtundente comedunt. Et ita quintam intentio-
nem curandorum vulnerum absoluimus: nempe
quæ de correctione accidentium tractabat: præ-
ter tria adhuc symptomata, quæ erãt *pruritus, du-
rities*, atq; *impotentia læsæ particulæ*, quæ interdum
vulneratis accidunt, de quibus suo loco alibi di-
cetur. Nunc igitur absoluta curatione vniuersali
vulnerum, ad magis particularia descendamus, &
primo de vulnere in carne accepto, & eius diffe-
rentiis dicamus.

OBSERVATIO XXIII.

De simplici vulnere in carne.

QVI simplex vulnus in carne habebat, exi-
guum, statim huic candidũ oui (*vt fieri asso-
let*) agitatũ, *stuppa canabina* exceptum admotum
est. deinde & puluis ruber inspersus, de quo scho-
lio sequenti. qui puluis & alteri profuit, suto vul-
nere, cũ *oui candido liquore* in primo apparatu: &
loca circumiacentia *oleo rosacco* inuncta fuere: &
hæc vsque in quartum diem. deinde *stuppa vino
styptico calente imbutæ* appositæ sunt, & alligatæ, ac
quotidie mutatæ, sed huic vltimo vulnus paulo
maius erat, percussim diuisum. Postea *linamenta*
addita sunt, quæ labra agglutinant, & insigniter
siccant, de quibus in scholio latius. 104

SCHOLIA.

Vulnus quid Galeno.
VVLNVS proprie Galeno *3. method. medendi*,
vnitatis est solutio, ex vulnerando in carnosa
parte relicta, eademq; (*vt recentiores addiderunt*)
cruenta, & citra putrefactionem. Hic autem vul-
Vulnus quid apud recentiores chirurgos.
nus latius accipimus: nempe pro recenti plaga,
nõ modo in carne, sed etiam in neruis, venis, ar-
teriis, tendonibus, membranis, cartilagine & os-
sibus facta. Itaque primum de eo vulnere quod
in carnosa substantia acceptum est, disseremus.
Ceterum eiusmodi vulnus aut simplex est, & ci-
tra substantiæ deperditionẽ, aut cum aliqua sub-
Diuisio vulnerum.
stantiæ amissione. Vulnus simplex, & quod sine
deperditione fit substãtiæ, aliud *profundum*, aliud
summotenus factum, seu in *summo residens est*: aliud
vero *vtriusque particeps*, vt cum pars vna di-
uisionis per longitudinem factæ alte descendit,
altera in summo corpore hæret, quod *inæquale*
Galeno dicitur: aliud item *magnum vulnus*, aliud
paruum tum dicitur, tũ vero est. Quæ omnes dif-
ferentiæ a quantitate seu spacio diuisionis sumtæ
sunt. Vulnus quod cum deperditione est substã-
tiæ, aut fit cum amissione cutis solius, aut cum ab-
latione cutis, & carnis subiectæ simul. Porro eius-
modi vulnera, vel simplicia sunt, & sine vllo affe-
ctu, aut symptomate: vel accidentia habent, quæ
rationem caussæ non obtinent (tunc enim vlce-
ra dicerentur *difficile sanabilia*, de quib. in sequen-
tibus dicetur) sed solum rationem habent, sine
qua non, *vt superius annotauimus ex Galeno lib. 4.
Therap.* Cuiusmodi sunt *intemperies, dolor, phleg-
mone, pruritus*, & alia paulo ante commemorata.
Non magnopere autem curo, si prædictæ eius-
modi differentiæ, dispositiones aut affectus di-
cãtur potius, quam differentiæ, vel cõtra: quam-
quam Galenus *lib. 3. method. medendi* anxie satis
disquisiuerit, quænam sint propriæ vlcerum seu
vulnerum differentiæ, & quæ aliorum affectuum
complexiones. Hoc enim parum nunc mihi
confer-

conferre videtur ad vulnerũ curationem. Commoda namque morborum curatio, non ex nominum, sed rerum recta opinione contingit, *vt scribitur primo Methodi medendi.* Sed nunc aliis omissis ad curationem vulnerum simplicium in carne summotenus acceptorum accedamus.

Specialis præcipuaque intentio curandi vulnerum in carne acceptu, vna est.

Vulnerum eiusmodi curatio, præter iam dictas quatuor, aut quinque intentiones communes, vnam specialem præcipuamque habet: nempe *sanguinis profusionem* cohibere. Quod sane intelligendum est, nempe si nimis immoderata,
105 atque affatim effundatur, *vt recte interpretatus est Auicenna.* Satius enim est (inquit) ipsum fluentem ex vulnere sanguinem non omnino, ac statim supprimere: sed si nimis abunde prorumpat, eius duntaxat impetum moderate infrenare oportet. Moderata namque sanguinis ex recenter accepto vulnere vacuatio, non parum sæpe multis profuit: quandoquidem & phlegmonas & obstructiones & febrem subinde fieri prohibuit. Quæ quidem symptomata, atque id genus alia, vulneribus (nisi diligenter prouideris) superuenire, ipsamque solutæ vnionis consolidationem, & curationem magnopere impedire consueuerunt. Atque illud fuit Hippocratis præceptum, quod & a Galeno refertur & approbatur, *libr. 4. Meth. medendi.* fit enim (*inquit Hippocrates*) effluente sanguine vulnus siccius, proinde & sanius. Nã siccũ (*vt idem ait*) sano vicinius est, humidum vero non sano. Porro si tantus fuerit ruentis sanguinis impetus, vt cum iis, quæ sistendo sanguini in vulneribus communiter admoueri solent, cohiberi non possit, iis remediis supprimendus erit, quæ in obseruatione *De vulneribus venarum* postea dicentur. Ceterum tametsi in genere dictum sit, quomodo curandorum vulnerum intentiones perfici debeãt, modus tamen specialis, quo in carne curari ea debeãt, in sequentib. dicetur. Huius autẽ inuentio habetur ex differentiis vulnerum supra commemoratis, ad hunc modũ.

Quid vulnus simplex: & quæ sit eius curandi ratio.

Vulnus illud simplex dicitur, Galeno, Hippocrati & aliis medicis, quod sine deperditione est substantiæ, nec vllum alium affectum, aut symptoma adiunctum habet.

Vulnus non simplex.

Vulnus igitur simplex non erit, si quæ vulnerata est particula, fluxione vexetur, si malo succo vitiosa sit, si omnino extra naturalem temperiem fuerit, vlla cauitas adsit, si aliqua cutis amissio facta fuerit.

Vulnus simplex postulat tantum agglutinationem.

Itaque vbi simplex vulnus, quodq; solum consistit in carnosa particula, non adeo saltem magnum incidit, dissidentium labiorum commissionem seu coniunctionem, quæ sola decenti fit ligatura, vinculo scilicet ex duobus initiis circumdato, expostulat Galenus *lib. 3. Therap.* Quæ enim (*inquit de simplici vulnere loquens*) dissident, atque inuicem distant, si in idem ad amussim compones, citra omnẽ reliquam extrinsecus molitionem coalescunt. Nẽque sicuti in cauis vlceribus, vt caro producatur, ita in simplici vlcere, hoc est, vulnere, vt oræ ipsę secum coalescant, atque agglutinentur, sola certe natura caussa est. Diductorum igitur labrorum
106 coitionem, seu agglutinationem præcedit necessario, ipsorum cõiunctio, atq; in idem adductio. Idem omnino de hac re sentit Razes quod & Galenus; vsus tamen communis obtinuit, vt recentibus huiusmodi vulneribus *oui candidum* (quod *albumen* vocant) aliquamdiu agitatũ & leui stuppa exceptum admoueatur.

Oui candidum quare vulneribus admoueatur.

Nec abs re profecto, cum & sanguinis profluuium supprimat, dolorem sedet, refrigeret, & phlegmonas fieri prohibeat, non solũ in oculis, sed & omnibus locis vulneratis, vt *Galenus est auctor lib. 11. de simplicium medicamentorum facultatibus.* Ante omnia vero cauendum est, ne dolor incidat: quandoquidem dolor (*vt iam sæpe dictum est*) & fluxionem proritat, & phlegmonem excitat. Quomodo autem dolorem sedare oporteat, in præcedentibus satis est explicatum. Porro eiusmodi oui cãdidi liquor ante tertium diem amoueri non debet. Nam, *vt Galenus ait lib. 3. Therapeut.* parua vulnera eiusmodi naturæ sunt, vt post orarũ adductionem & commissionem seu cõiunctionem, vnius diei, aut duarum dierum spacium adhuc requirant, quo proba fiat vnio & agglutinatio.

De vulnere magno, percussim diuiso, in summo residente.

Quod si hoc pacto vulnus non adglutinetur, curandum erit, vt nunc statim subiicietur, de vulnere magno percussim diuiso, in summo residente, hoc est, superficiali, & in minime profundo, in quo non sola sufficit deligatura ad oras ipsius applicandas & coniungendas. Si vulnus in superficie itaque corporis acceptum ad tantam magnitudinem percussim cæsimve diuisum est, vt sola deligatura oræ ipsius nec adduci nec committi possint, sutura aut fibulis (*quas Græci ἀγκτῆρας vocãt*) eas ipsas disiunctas coniungendas esse, præcepit Galenus *lib. 3. Method. medendi.* Atque hac sola partium dissidentium coniunctione vulnus glutinatur. Apud recentiores tamen chirurgos fere omnes inualuit consuetudo, vt his vulnerib. apponatur puluis ruber, quem *incarnatiuum* & *conseruatiuum* vocant, post sutum vulnus.

Medicamentum aptum cruentis vulneribus.

Recipit autem partes *duas thuris*, & *sang. dracon.* partem vnam. Albucasis addit *tres partes calcis viuæ.* Cuius sententiæ suffragatur & Laufrancus. Guido autem loco *calcis viuæ bolum arm.* adiicit. Haly abbas vero *santalos* apposuit.

Puluis ruber.

Sunt qui puluerẽ hũc, *rubrum* appellatum, labiorũ vulneris agglutinantium, & suturæ conseruatiuum, hoc modo cõponunt: ℞. *bol. arm. ter. sigill. ana ℥ vi. thuris, mastichis, sarcocollæ ana ʒ ij. ß. myrrhæ, aloes ana ʒ j. ß. tragacãth. pisti, sang. drac. ana ʒ j. farinæ hordei, fabarum ana ʒ ß.*

Cauendum ne quid labris vulneris intercidat.

Sed interim summopere cauendum est, 107
ne vel pilus, vel oleum, vel quippiam aliud in medio adductorum labrorum vulneris interuenerit. Nam tum eiusmodi vulnus sola dissidentium partium coniunctione glutinari non potest. Hæc enim, quæ his interiacẽt, iam vnionem dispescunt: & earum quæ copulandæ sunt partium, coalitum impediunt. Ex prædictis autẽ singula cum oui cãdido liquore agitari possunt, donec in corpus vnum coeant, quod glutinis instar lentescat. Postea vero stuppis lenibus excipiendũ erit medicamentum, & ita vulneri admouendum: supra quod & aliæ stuppæ solo oui albo im-

butæ, & intra pannum lineũ eodem madefactum liquore, inuolutæ apponendæ sunt. Sed & supra vulnus nulla alia intercedente materia, pannus aliquis tenuis prædicto liquore imbutus, admoueri debet, ne scilicet dum remouentur stuppæ. suturæ iam factæ puncta abrumpant, aut dilacerent. Quod si loca circum vulnus adiacentia, *rosaceo* inungerentur, factum bene existimauerim, vt in vulnerato, quem nos proposuimus factum est. Hoc pacto enim læsam particulam a dolore & inflammatione vindicabis. Qualis autem futura, aut deligatura, quales item puluilli ex eiusmodi stuppis facti, hisce vulneribus percussim cæsimve in superficie acceptis, atq; in conspectu apparentibus, conueniant, & quo pacto fieri debeant, in præcedentibus abunde satis dictum est. Ceterum primus eiusmodi apparatus, vsque in diem quartum mutari non debet, nisi forte dolor aliquis vehemens superueniret, aut symptoma aliquod molestum incideret. Porro si post quartum diem transactum vulnus non coaluerit, *vino aliquo stypico* calente abluendum est. Deinde stuppæ prædicto vino imbutæ & expressæ, supra vulnus ipsũ apponendæ & alligandæ erunt, quas & quotidie mutare oportebit. Intra enim dies paucos hoc modo vulnus adglutinabimus, & persanabimus, Galeno etiamnum attestante. *lib. 4. Therap.* vbi Thessalum arguit, qui vulnera in multos menses, & interdum in annum, aut etiam longius tempus protrahebat & incurrere sinebat, quæ alioqui paucissimis diebus, vt sex, aut plurimum septem, curari potuerant. Itaque primus apparatus recte decenterque fit cum ouorum candido liquore, & puluere illo *rubro*, cuius paulo ante meminimus. Hic enim & sanguinis profluuium infrenat, atque inhibet, dolorem sedat, & phlegmonem creari vetat. Secundus vero apparatus, optime fit cum vino, *vt supra dictum est*. Vinum namque (vt Gale-
108 *nus ait lib. 3. Meth.*) omnis vlceris, qua vlcus est, (*intelligit de vulnere*) id est, quod citra aliam cum ea implexam dispositionem reluctantem cõsistit) optimum est medicamentum. Vulnus omne, qua vulnus est, siccari atque adstringi desiderat, præsertim si magnum extiterit. Atqui vinum, quale supra est memoratum, nempe *subausterum*, hæc duo commoda præstat vulneri. Vinum igitur omnis vulneris, qua vulnus est, optimũ est medicamentum. Maior est Galeni, *libro nuper citato* (id est *lib. 3. Methodi medendi*) vbi ait, *quod eo tempore, quo dimissa vlceris seu vulneris partes, rite sunt coniuncta, medicamento opus est. quod particulam siccet, & modice adstringat: vt & si qua sanies iam subsit, hanc consumat, & si qua in vacuum locum fluxura est, hanc prohibeat.* Proinde *medicamentum glutinatorium plus siccet oportet, quam quod carnem producit, nempe ordine secundo.* Minor vero ita deducitur, *vinum, vt Galenus ait lib. 8. simplic. medic. ex secundo ordine est excalfacientium, sed quod admodum vetus est, ex tertio, sicut mustum, quod vocant ex primo, caliditate autem eius proportione respondet siccitas,* proinde *vinum ipsum pro naturarum seu facultatum, (quibus ratione ætatis pollet) diuersitate, desiccat & agglutinat.* Non *autem humectat, & refrigerat (extrinsecus saltem admotũ)* vt Theodoricus falso existimabat. Atque idipsum est, quod Galenus refert *lib. 4. Therap. ex* senioris Hippocratis sententia inquiens: *Vlcera madefacere, idest, abluere, quæcunque ea fuerint, nisi vino non oportet.* Tum causam subiiciens ait: *nam siccum sano vicinius est, humidum vero non sano.* Hinc Arnoldus dicere solebat, *quod cruenta & recentia vulnera, aqua ardente (quam & aquam vitæ nuncupant) abluta, celerrime ad sanitatem perducuntur, quippe quæ insigniter desiccet.* Post hanc autem ablutionem, quidam infrascriptum puluerem (qui in hoc casu magnæ est efficaciæ) vulneri inspergunt: ℞. *myrrhæ ʒiij. aloes hepat. ʒiiij. thuris ʒij. misce. fiat. pul.* Sunt qui post amotionem primi apparatus, emplastra & vnguenta admouẽt, quæ in promptu ad hanc rem parata habent: ac statim stuppas superponunt. Galenus autem in re proposita, plurimi facit emplastrum, quod *nigrum* appellauit: Auicenna vero *vng. de lino*, quod tamen magis dicatum est carni regignendæ, quam agglutinationi labiorum vulneris. Guido a Cauliaco in hac re vti consue- 109
uerat vnguento, quod constat prædicto *puluere rubro*, remixta cum *terebinthina lota*. Quidam vero terebinthinam ipsam cum prædicto puluere commixtam, & (vt dicunt) incorporatam, statim per initia cruentorum vulnerum admouent, atque in diem quartum relinquunt. Hæc enim oras vulneris coire facit, & futuram eo nomine cõseruat. Sed horum plurima formulæ apud Guidonem in Antidotario reperiuntur.

Quæ cruento vulneri primum apposita sunt, ante quartum diem remoueri non debent.

Quæ post quartum diem fieri debeant.

Primus apparatus.

Secundus apparatus.

Vinum pro ætatis ratione, diuersa pollet facultate.

Aqua vitæ.

Puluis optimus.

Emplastrum nigrum.

Observatio XXIV.

De vulnere profundo & occulto, quãtum ad latitudinem eiusdem, in parte superiore dorsi.

QVIDAM vulneratus fuit a parte superiore dorsi in musculis scapulæ, vulnere profundiore & occulto, quantum ad eius latitudinem, sed non prufunditatem, cum non penetraret ad interiora, sed in musculis sub cute occultaretur. Cum autem sinus versus inferiora tenderet, atque sanies collecta ibidem sursum efferretur, chirurgus non satis diligens aut industrius, non animaduertens, partem inferiorem vulneris versus cutem tendere, suspicionem dedit astantibus, se medici consilio, aut auxilio egere, vt ita de curatione consilio habito, vulneratus facilius sanari posset. Quare cum me aduocassent, rem diu perpendens, tandem iussi chirurgo, vt tubo vulneri imposito, in eam partem sectionem faceret. Quo factum, vt & pus commode effluxerit: & deinde impositis linamentis, vulnus ipsum facillime consolidatum fuerit.

Scholia.

VVLNVS in profundum penetrans, & reconditum, licet subinde futura & decenti ligatura curationem recipit: si tamen hoc modo curari non possit, vel scilicet, quia partes, quæ disiunctæ sunt, exacte ad imum vsque (*ob nimiam dimsionis profunditatem*) sibi coniungi non possint: vel potius

De vulnere profundo & occulto, sine amissione substantiæ in carne accepto.

potius, quia in fundo collecta sit sanies, aut pus,
110 cui nullus patet effluxus, ipsum per effluxionem, Galeni consilium sequuti, curabimus. Ipsam vero effluxionem, tum ex eiusdem, tum ex cõtrarii loci diuisione, & situ seu figura partis accommoda amoliemur. Porro situm partis vulneratæ accommodum, seu congruam positionis figuram intelligimus, quando plagæ hiatus, quem orificium vocant, semper deorsum spectat, fundum vero sursum, ita vt sanies ex ipso vulnere prona, & libere effluat. Itaque si vulneris figura non ad superiora extenditur, sed ad ima vergit, nec sutura, nec fibulis, nec deligatura partes disiunctæ, omni ex parte adamussim committi, ac sibi applicari possint, atque in profundo sistatur sanies; nisi prius ad effluxum ipsius vitiati humoris, feceris sectionem, nihil vnquam proficies, siue carnem generare, siue agglutinare volueris. Vbi vero conuenientem positionis figuram vulnus in parte laborante seruauerit, sectione noua opus non est, vt lib. 2. ad Glauc. Galenus nos docuit. Itaque refert eo loco se sinum in coxa enatum figura ad ima vergente, sine vlla ex aduerso diuisione cutasse. Cum enim sinus ipse versus genu quidem terminaretur, os vero altius, circa mediam scil. femoris regionẽ, consisteret: iussit molle ceruical popliti laborantis subiici, vt inferiorem situm haberet inguen quam genu. Hac igitur cõueniente positionis figura in læsa parte seruata, facile per os, ichores & purulenta colluuies elabebantur & effluebant. Idem quoq; & in brachio fieri potest. Quãdoquidem si os vulneris ad partem superiorem vergat, ita brachium collocandum erit, vt ipsum vulneris orificium deorsum spectet. Atque tum sine alia facta ex aduerso sectione, vulnus poterit ad sanitatem perduci. Non secus quidẽ ac si os prope cubitum esset, vulnere in superiora tendente. Quod si hac conuenienti situs figura particula læsa collocari nõ possit, nec ex vulnere ipso sanies elabi, ex aduerso sectio molienda erit. Quod & hac sententia iterum Galen. confirmauit circa finem lib. 3. method. medẽdi: Si vulnus (inquit) cauitatem alte recõditam, sub cute habet, considerare oportet, verum ea in superiore parte sit, ita vt sanies ex ea profluat: prona, an in inferiore, sic vt illis sistatur. Eius igitur cui effluxus patet, eadem quę aliorum curatio est. Cui vero non est, huic ipsi moliamur effluxum oportet. Eius autem (effluxus medendi) duplex ratio est (vbi exprimente deligatura nihil promouemus) alias tota cauitate dissecta, alias in fundo tantum aperta. Quando vero harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum ipsorum natura, tũ vero vlceris magnitudo. Si namq; ea loca ipsa dubiam (seu fallacem ac periculosam)
111 sectionem faciant, & vlcus magnũ fuerit in fundo aperire magis expedit. Sin contra se habeant, præscindere, seu diuidere præstat. Deligatio vero eius incipiat quidem (vt dictum est) superne, finiatur infra, vbi scilicet patet effluxus. Hactenus Galenus. Ceterum in tali diuisione, quæ ex aduerso fit, Brunus siphunculos, hoc est, tubos, siue turundas concauas (quas cannulatas concauas vocant) ex vtraque parte imponit. Guido vero dum hanc moliebatur sectionem, solebat vti setone (vt vocant) quia melius (inquit) sordes deterget, & totum pertransit spacium, minoremq; infert dolorem. Ipsum autem intromissorio ad formam acus facto immittebat, vel hastulam ligneam in cauum vulneris imponebat, & super eam tutius sectionem faciebat. Deinde sectione facta, mundificatiuum aliquod medicamentum leni stuppa aut panno exceptum superponebat: quod his in die mutabat.

Vulnus qui i de per effluxionem curandum.

Sectio in parte opposita, quando facienda.

Sinus in femore curatus, citra vllam ex aduerso sectionem.

Brunus.

Guido.

Observatio xxv.

De cauo vulnere.

CHIRVRGVS quidam hoc medicamento ad vulnus carne implendum, & ad deperditam carnem generandam feliciter cum linamentis vtebatur: ℞. *terebinthinæ* ℥ iiij. *olei myrtini* ℥ ij. *resinæ pini, colophoniææ ana* ℥ j. *thuris* ℥ j ß. *sang. drac.* ℥ j. *ceræ parum.* fiat vnguentum. Si vulnus recens inflictum mundificatione opus habeat, Bononienses chirurgi, vt iam in supradictis exemplis pluribus ostendimus, oleum de abiete tepide infundunt, quod Bononię maxime in vsu est. Exstillat autem ex abiete. Vide Gal. 4. de tuenda valetudine.

Scholia.

DE cauo vulnere (de hoc enim dicere, institutum nobis est; nam ad illud ordo noster peruenerat), cum amissione substantiæ cutis vtriusque & carnis subiectæ tantum, non etiam ossis, nunc agere decretum est nobis. In cauo itaque vulnere nõ ipsa modo periit cuticula (quam Græci epidermida vocant) verum etiam reliquæ cutis suppositæ natura vniuersa, & subiectæ carnis portio aliquando non exigua. Quo fit vt geminus in eo curandi finis sit propositus: vnitio 112
scilicet, & repletio, quoniam & affectus geminus est, nempe vlcus siue vulnus, quod est vnitatis solutio, & cauitas, quæ ex amissa aliqua animalis propria substantia est contracta. Itaq; continui diuortium vnitionem, cauitas repletionem desiderat. Verum enimuero quoniam in proposito vulnere vnire non possumus, quæ dissident, nisi prius cauitatem impleuerimus, ordinem curationis a cauitate impletione ordiri necesse est. Omnis namque quæ præter naturam est cauitas, impleri postulat: quare & quæ in carnosa etiam accidit parte. Ipsa vero impletio inueniendorum remediorum finis, quo tenditur, est quem vel idiota, vel priuatus quisque etiam nouit. At vero vt quæ impleant, inuenias, & multa ratione opus est, & multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Longe itaque a scopo aberrant, qui vnum id sibi ad cauum vlcus aut vulnus sanandum satisfacere putant, si sciant, quod carne est implendum. Non enim in hoc curandi ratio consistit; imo in eo inueniendo, quod carne sit impleturũ. Ceterum particulares indicationes, ex quib. inuenire licet, quæ cauitatem vulneris implent, aut Gui-

Vera Hippocratica que methodus sanandi caui vulneris.

Duæ indicationes vniuersales proponuntur in curando cauo vulnere.

Lib. 3. Therap.

Quatuor indicationes particulares

In curando cauo vulnere proponuntur. donem sunt quatuor. Prima ex ipsius vulneris substantia sumitur (talis & ordo erat Galeni. 3. Therap.) Secunda ex ipsius ægri temperamento, non corporis modo vniuersi, sed etiam afflictæ particulæ. Tertia a biis, quæ coniugata & annexa dicuntur, cuiusmodi sunt particulæ laborantis intemperies, & circumdantis nos aeris temperies. Quarta ex contrarietate indicationum, vt cum læsa particula contrario est temperamento, cum toto, hoc est, cum corpore vniuerso. Talis siquidem ordo indicationum statuitur a Galeno lib. 3. method. medendi, in curãdis vulneribus omnibus, nedum in cauo. Porro nomine indicationis substantiæ vulneris, hoc loco inaudiuntur indicationes differentiarum maxime propriarũ ipsius vulneris, de quibus abunde supra disseruimus, & in tract. de vlceribus locupletius adhuc (si

Prima indicatio. Deo visum est) differemus. Itaq; prima sanandi caui vulneris indicatio nobis insinuat, carnem

Sanguis bonus, materia est gignendæ carnis. eadem specie cum ea quæ periit, regignendam esse. Impleri enim non poterit quod cauum est (vt prima curandi indicatio vniuersalis postulat) nisi substantia omnino similis ei quæ periit, regignatur. Atqui carnis regignendæ materia san-

113 guis est: opifex vero, seu effectrix caussa ipsa natura. Verum non satis est sanguinem dixisse, nisi etiam & bonum (*inquit*) addiderimus. Erit autẽ sanguis qui influit, & ex quo regignenda caro primordium habet, bonus, si nec qualitate, nec quãtitate vitiosus fuerit. Sed nec satis etiam hoc loco fuerit naturam dixisse, nisi etiam quorum natura

Natura subiectarũ particularum, opifex est carnis regignendæ. sit, adiiciatur, & vbi. Constat autem, quod subiectorum corporum, quibus superinduci caro debet, natura ipsa gignendæ carnis opifex est. Porro rationem opificis habere nõ poterit natura subiectarum particularum, quibus deficiens caro restituenda est, nisi iustum & minime vitiatum calidi, frigidi, humidi ac sicci temperamentum obtineant, siquidem ex horum temperatura, cuiusque corporis natura consistit. In omni igitur ca-

In omni cauo vulnere duo spectanda. uo vulnere duo illa primum consideranda sunt, nempe quod subiectum est, iustane temperie sit, id est, an secundum naturam se habeat. & præterea sanguis qui influit, bonusne an modicus sit? Fingamus igitur & sanam esse partẽ subiectã, atq, afflictã, & sanguinis (*qui gignendæ carnis materia est*) confluxum citra vllum vel in quantitate, vel qualitate vitiũ. His sane ita se habentibus, nihil est præterea quod obstet, quo minus prima carnis generatio prospere contingat, idq; nullius externi medicamenti ope. Quippe caussis ambabus vnde nascitur præsentibus, nulloque extrinsecus

In carnis generatione duplex prouenire solet excrementum. q; impediat, obstãte, non potest prohiberi carnis generatio. Verum in ipsa primæ carnis generatione duplex (*vt Gal. ait*) prouenire excrementum necesse est: alterum crassius, alterum vero tenuius. Quod & in omni qualitatis alimenti mutatione contingere solet. Hoc autem (*tenuius inquam*) in vlceribus recentibus, (quæ hic vulnera

Sanies. appellamus, Latinis *sanies*, Græcis *ichor* nominatur. Illud vero (*quod crassum est scilicet*) nobis sordes dicitur. Ac ex tenui quidem excre- *Sordes.* mento vulnus humidum redditur, ex crasso sordidum. Eoque duplicibus medicamentis eget, vtique vt humidum est, siccantibus, vt sordidum, expurgãtibus. Ergo cum nullo vnquam tempore natura cesset, certe nec tempus vllum erit, in quo non vtrumq; medicamenti genus desideretur, vtiq; quod siccet, & quod expurget. Verum non satis adhuc fuerit, cuiusmodi quidem generis esse medicamentum debeat, inuenisse, vt iam Hippocratica veraq; methodo inuctum est: sed & species aliqua inuenienda est, quæ eiusmodi vulneri sit accõmoda, & statuto ordine graduve circũscripta, vt carnem producere possit. Non omne namq; medicamentum quod siccandi & detergendi pollet facultate, carni producẽdæ est aptum: sed quod modice, nempe primo ordine 114

Medicamentum carnis producendæ idoneum. tum siccare, tum detergere possit. Quippe quod super hunc fuerit, ita vt non modo humoris qui influit, redundantiam consumat, sed etiam affluentem sanguinem populetur, id refici carnem (*vt Galen. inquit*) ceu materiem eius absumens, prohibebit. Itaque præsenti negotio aptissima sunt, *thuris lachryma, & hordacea & fabacea, & erui farina, & iris, & aristolochia, & cadmia, & panax, & pompholyx, quæ vulgo tutia dicitur.* Omnia vero hęc tum maioris minorisque discrimine inter se dissident, tum alia eorum simplices qualitates vincentes habent, alia compositas. Siquidem *aristolochia & panax* tum ceteris plus siccant, tum natu-

Exempla. ra magis calent, *hordeacea fabarumq; farina*, multo his minus siccant, nec vllum calorem obtinẽt. *Thus* modice calet, minus tamen illis siccat: adeo vt corporum quasdam naturas omnino non siccet. *Erui* farina & iris horum atque aristolochiæ & panacis medium locum tenent. *Secunda indi-*

Secunda indicatio curandi caui vulneris. *catio* curandi vulneris caui (*qua vt supradictum est*) tum ex corporis totius, tum ex particulæ laborantis temperamento sumitur, insinuat nobis medicamenta, vel calidiora vel frigidiora, vel humidiora, vel licciora ipsi vulneri esse admouẽda: nempe pro natura, ac temperamento & totius & afflictæ particulæ. Scire namque licet duas

Duas esse primarum indicationũ differentias. esse primarum indicationum differentias, quarum vna ab eo, quod secundum naturã se habet, altera vero ab eo, quod præter naturam est, sumitur. Quod secundum naturam se habet, sui custodiam indicat, & propterea quæ similia sui sint, postulat. Quod vero præter naturam est, sui ablationem desiderat; proinde & contraria requirit. Perit enim quidque in contrarium, & a contrario. Igitur vulnus (*quia præter naturam est*) quo est humidius, eo sane medicamento quopiam, quod magis siccet, indiget. Corporis vero natura (*propterea quod secundum naturam est*) quanto est humidior, tanto, quod minus siccet, medicamentum postulat. Proinde, si qua sunt in diuersis corporib. vulnera vlcerave, quib. par adsit humiditas, quod in sicciore temperamẽto cõsistit, vtiq; magis siccari postulat, quod in humidiore, hoc sane minus, quo natura naturæ inter-

est:

est:nam productam carnem ei quæ profuit,simi-
lem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuit,
nouellã quoq; sicciorẽ esse conuenier. Quare v-
berius hæc siccari postulat:quandoq; magis sicca
115 fuerit,tanto ꝙ admouetur medicamentũ, magis
siccam facultatem habere debebit. At in humidi-
ore natura, tanto rursum iis, quæ minus siccent,
medicamẽtis est opus,quanto caro minus est sic-
ca. Quo fit vt thus *(quod cum temperatis & mediis naturis consentit)* in quibusdam tum vlcerib. tum
naturis,pus quidem moueat, carnem nõ produ-
cat: in quibusdam etiam carnẽ producat. In hu-
midiore namq; natura siccare & producere car-
nem potest;in sicciore nõ potest,imo humectat,
ac superatur a natura:proinde & putrefacit. Præ-
terea in modice humidis vlceribus, tum recenti-
bus *(quæ hic vulnera & plagas nominamus)* tum di-
uturnis & iam inueteratis carnem efficere potest,
quippe quod moderate desiccet: in iis vero, quæ
præhumida sunt *(quod non satis desiccet)* prorsus
non potest. *Tertia indicatio* nobis insinnat inue-
niendum esse remedium, quod proportione, &
statuto quodam ordine graduve, ipsis affectibus
qui simul cum ipso vulnere incidunt, responde-
at,illosque ipsos affectus prius summouendos es-
se,quam ipsum vulnus carne implere tentemus.
Itaq; si intemperies vulneri accesserit, atq; exul-
cerata vulnerata ve caro, vel prius etiam ex quauis
occasione, vel ipso vulnerationis tẽpore iusto ca-
lidior, frigidiorve sit effecta; vtiq; medelam exi-
git, quæ non modo moderate siccet, sed etiam in
tantum calfaciat, refrigeretve, in quantum subie-
cta caro a naturali suo habitu recessit. Fieri n. non
potest *(inquit Galenus lib. 3. Methodi)* vt in vlcere,
vel carnis productio, vel sinus impletio, vel ag-
glutinatio, vel cicatricis inductio *(* quæ omnia
naturæ sunt opera*)* recte vnquam cedat, nisi sub-
iecta caro pro naturali modo se habeat. Quo cir-
ca legitimi vlceratarum, seu vulneratarũ partium
temperamenti maior tibi sollicitudo erit, quoties
eas vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice
inducere studes. Itaque congruis atque oportu-
nis auxiliis, aduersus illos, qui cum vulnere inci-
dunt affectus, pugnare oporter priusquã vulne-
ris ipsius curationem aggrediamur. Veluti igitur
si phlegmone vna cum vulnere esset, nemo vul-
nus ipsum carne implere vel glutinare, vel cica-
trice inducere, attentare debet, priusquã illa dis-
cussa sit: ad eundẽ, arbitror, modum etiam si sine
phlegmone sola subsit intẽperies, nullum horum
fore prius sperabimus, quam illa sit sanata. Quod
si hæc ita, vt dictũ est, se habent, inspicere etiam cõ-
ueniet circũdantis nos aeris temperiẽ. Siquidem
116 *(vt 5. method. Gal. ait)* veluti medicamentũ quod-
dam, is quoq; corporibus nostris forinsecus inci-
dens, vbi immodicus calore, vel frigore est, sana-
tionẽ remoratur. Danda igitur opera est, vt me-
dicamenta excessui ipsius ambientis occurrant.
Ideoq; Hippocrates in calidioribus anni tempo-
ribus, quibus frigidior facultas sit, medicamẽtis
vtitur, calidioribus dat frigidiora. Adeo, *(inquit)*
perpetuo verum est illud theorema: Quæ secun-

Thus in quibus tum naturis, tum vulneribus carnem producat.

Tertia indicatio curandi vulneris caui.

Circũdantis aeris tẽperiem in vulneribus maxime spectandam esse.

dum naturam sunt, similium sibi indicatiua sunt,
quæ pter naturam, contrariorũ si modo saltem
illa seruare, hęc summouere desideres. Porro am-
bientis nomine hoc loco, & præsentes status, seu
anni tempora, & etiam regiones cum Galeno in-
telligimus. Quarta indicatio particularis in sanã-
do cauo vulnere, sumitur *(vt superius dictum est)*
a contrarietate indicationum: non quidem ea-
rum, quæ in diuersis temporibus perficiuntur,
sed earum, quæ in vno, eodemque tempore ipsius
curationis subinde offeruntur. Vt exempli gra-
tia, si ægri temperamentum iusto sit humidius;
particula vero ipsa, quæ laborat, siccior; aut con-
tra, si hæc sit humidior, & totius temperamen-
tum siccius. Pari modo in calore & frigore, quod
contrario temperamento sit pars cum toto. Di-
uersa sane in his est ea, quæ a patiente particula
accipitur indicatio, ab ea quæ ex ægri sumitur
natura. Itaque hæc particularis indicatio, quam
quartam in ordine posuimus, insinuat nobis me-
dicamenta, vel humidiora, vel sicciora, vel cali-
diora, vel frigidiora, aut prout res postulabit,
media ac temperata eligenda esse, quæ ipsi vul-
neri admoueantur. Statuamus igitur clarioris
doctrinæ gratia totum corporis laborantis tem-
peramentum humidius esse, eoque medicamen-
ta desiderare, quæ minus siccent; ipsam vero æ-
gram particulam ex earum numero esse, quæ sic-
ciores sint; qualia sunt ea, quæ minus carnosa cõ-
spiciuntur: cuius generis sunt, quæ circa digitos
& articulos habentur: præterea quæ circa aures &
nasum, & oculos & dẽtes sunt: ac, vt semel dicam,
vbi crebræ cartilagines, & membranulæ, & liga-
menta & nerui sunt, adeps vero & caro vel omni-
no nulla est, vel perquam exigua. In hac quidem
hypothesi si quanto ægri temperamentum iusto
est humidius, tanto particula iusto sit siccior, nec
adiiciendum, nec detrahendum pharmaco, quic-
quam est, sed tale adhibendum, quale si vlcus vul-
nusve in medii temperamenti particula consiste-
ret. Sin siccior debito particula fuerit, quam cor-
poris temperamentum iusto est humidius, vtiq;
in tantum intendi siccitatem medicamenti con-
ueniet, quantum particulæ temperamentum, 117
totius temperamentum excedit. Veluti si qua-
tuor numerus sit pars exulcerata medio tempe-
ramento siccior, ægri vero natura gradib. tribus
humidior; manifestum est, particulam quæ nunc
vulnerata exulcerataue est, siccius vno gradu de-
siderare medicamentum, quam pars, quæ sit tem-
perata ceteris partibus. Sed vt hæc omnia conie-
ctura sola cognosci possunt, ita longã in hominũ
naturis, & medicamentorum facultatibus con-
templandis, exercitationem postulant: nec est p̄-
terea, quod de indicationibus, quæ a calido &
frigido sumuntur, dicatur: quandoquidẽ ad por-
tionẽ dictorum intelligi possunt. Vides igitur
clarissime, *quot huic theorematis sit opus, qui prope ac certa methodo curare vulnus cauum voluerit?*
Nam postquam inuentum est, humorem omni-
no huic vitio inesse, vtiq; siccans medicamẽtum
parandum indicauit. At quoniam ipsorum sic-

Qua nomine ambientis intelligatur.

Quarta indicatio curandi vulneris caui.

Hypothesis ex lib. 3. Therap.

Epilogus præcedentiũ.

cantium, quædam magis ſiccant, quædam minus, partim ex vulnerum diuerſitate, partim ex ægri natura, quod expedit, eſt deſumtum. Itaque non modo de corporis natura meditatus ſit oportet, quiſquis cõmode & ex arte ſanare vulnus eiuſmodi ſtudet: verum etiam diligenter ſpeculationem omnem de medicamentis didiciſſe, tum ſicci humidiq; corporũ temperamenti notas callere debet. Adhæc tum ambientis temperies (*quæ tum ad præſentes ſtatus, ſeu anni tempora, tum vero regiones extenditur*) tum partium naturæ, tum indicationum inter ſe pugnantium cõtrarietas, eidem conſideranda ſunt. Verum enimuero Theſſalus, & plerique alii medici, qui etiam illum hodie imitantur, iſta quidem nec inquirunt, nec norunt: ſed, iuxta prouerbium, mali ſutoris modo, vno calopodio omnes calceant, nullo naturarũ, aut partium, aut id genus aliorum facto diſcrimine. Ceterum apud recentiores chirurgos in curando hoc vulnere, cõmunis hic modus obſeruari ſolet. Sedata iam ſanguinis profuſione, & parte affecta ab inflammatione & dolore vindicata, vino calente vulnus abluitur: mox ipſo perluto ac deſiccato, puluis aliquis carnem regenerans, aut vnguentum aliquot ſarcoticũ admouetur. Itaque linamenta iis ſarcotiis (*quorum libro 6. abunde apud Tagautium fit mentio*) imbuta, aut conſperſa in ſinum vulneris demittuntur. Poſt hæc ſtuppæ aridæ, vel quæ vino maduerint, ſuperponuntur. Ac demum quæ medicamenta approbe continere poſſit, deligatura adhibetur, atque æſtate bis, hyeme ſemel duntaxat, auxilia eiuſmodi permu-

Praxis communis.

118 tantur. Porro eiuſmodi medicamenta, quæ vulnerum, atque vlcerum cauitates implent, mediocriter, citraq; morſum abſtergentia ſint: de qua re videndus 5. *ſimpl. medic. apud Galenum.* Guido licinia inungit poſt ablutum vulnus vnguento carnis generatiuo aliquo, vide eius antidotarium. Quidam rad. *conſolida maioris & mediæ* incidunt tranſuerſim, & exſiccant ad ſolem; & ex eo puluere faciunt vnguentum cum melle & terebinthina, & plagæ recenti apponunt: vel iſto puluere vtuntur, quem adeo expertum habent, vt vno die quaſi ſubito conſolidet. Sed hoc empiricum eſt, & forte in paruis vulneribus locum habet: non autem in iis, in quibus deperdita eſt caro, tam ſubito conſolidabit. Vnguentum autem quoddam eſt, ſine quo eſſe nolo vocitatum, in generando carnem apprime nobile: & hoc eſt: ℞. *thuris, myrrhæ ana ℥ij. ſanguinis draconis ℥ß. picis Græcæ, & nauales ana ℥j. centaureæ ʒß. terebinth. reſinæ pini ana ʒß. ſeui vaccini ℥ß. ceræ ℥j.ß. ol. q. ſ. fiat Vng.*

Vnguentum ſine quo eſſe nolo, ad generandam carnem valde nobile.

Observatio XXVI.

De cicatrice inducenda: Iac. Carpi.

VVLNERIBVS carne repletis cicatricem inducere ſolebat Iacobus Carpus, inſignis chirurgus, vt in præcedentibus quoque oſtendimus exemplis, modo cum vng. de ceruſa, modo de calce, modo cum tetrapharmaco; aliquando cum de ceruſa camphorato. Sed & hoc ſequens vng. cicatricem inducit: ℞. *terebinthinæ ℥ß. ol. roſ. myrt. ana ʒj. ſepi caſtrati ʒij. ceræ ℥iiij. litharg. plumbi vſti, minii, ceruſæ ana ℥ij. corall. rub. ʒj. tutiæ præpar.* ℈ij. fiat vng. Fit quoque vnguentum de tutia hoc modo: ℞. *olei roſ. lib. 1. ceræ albæ ℥vi. ceruſæ, tutiæ, plumbi vſti ana ℥iij.* fiat vnguentum ſolum diſſoluendo: deinde lauentur cum ſucco ſolatri.

Scholia.

DE vulnere impleto, ſiue æquali nunc dicamus. Vbi enim vulnus purgatum, impletumque carne fuerit, æquale tũc ſiue æquabile, latum planum, atque impletum nominatur. Talia autem cicatrice tantum obduci poſtulant. Porro, 119
vt ad cicatricem perducatur, amiſſam cuticulam, quam *epidermida* Græce vocauimus, deſiderat. Hanc igitur tum regignere, tum ſibi vnire oportet. Verum cum ex ſemine ortum habeat cutis, talis omnino, qualis erat, quæ periit, prorſus regigni non poteſt: ſimile quiddam tamen cuti, & quod eius officium suppleat, reſtitui poteſt: non tamen plane cutis. Quando igitur, vt cutis regeneretur, fieri omnino nequit, quod ſupereſt, efficere eſt tentandum; nempe inſtaurare aliquid, quod cuti deperditæ ſimile ſit, & carni ſit veluti naturale aliquod tegumentum. Id enim eſt vulnus iam repletum, planumque redditum, ad cicatricem ducere: qui finis eſt, quem nunc hic prætendimus. Huius itaque efficiendi ratio hæc eſt: Portio quædam ſubiectæ carnis nuper genitæ & reſtitutæ (*ea ſcilicet, quæ ſummotenus euidenter apparet*) ſic alteranda eſt, vt non amplius caro permaneat, ſed velut cutis euadat. At quo pacto, inquies, ita alterabitur? Profecto alicuius alterantium qualitatum ope. Ergo (*vt Galenus ait, lib. 3. Methodi med.*) quoniam cutis carne ipſa tum ſiccior eſt, tum etiam denſior, ſi carnem ſiccabimus & adſtringimus, cuti etiam perſimilem reddemus. Et hæc quidem eſt medicamenti, quod cicatricem inducit, ſumma. Verum ea non ſatis facit; nam & glutinatoria, tum ſiccabunt, tum etiam adſtringent, ſicuti & epulotica, id eſt, cicatricem inducentia. Adiiciendum ergo eſt, quo ordine graduve ſiccare debeant medicamenta, quæ cicatricem inducant, quemadmodum & de ſarcoticis, & de glutinatoriis fecimus. Id autem ex ipſa rerum ſubſtantia facile inuenies. Epuloticum namque, id eſt, cicatricem inducens medicamentum, non modo, qui influit, humorem (*vt glutinatorium*) ſed eum quoque, qui in ipſa carne ſubiecta continetur, conſumere debet. Quo fit, vt multo profecto ſiccius, quod cicatricem inducat, quam quod agglutinet medicamentum eſſe conueniat. Itaque tres gradus deſiccantium medicamentorum in curatione vulnerum ſtatuendi ſunt: nempe ſarcoticorum, id eſt, carnem regignentium, quorum facultas ex primo ordine eſt deſiccantium: agglutinatorium, quæ ſecũdo gradu, vel etiam tertio reſiccant: & epuloticorum, hoc eſt, cicatricem inducẽtium, quæ ſiccandi facultate prædicta adhuc ſuperant. Hæc enim

De vulnere impleto ſiue æquali.

Methodus inducẽdæ cicatricis.

Cutis eadem ſpecie cum ea quæ periit, regigni non poteſt.

Epuloticorũ facultas.

Tres gradus deſiccãtium medicamentorum in curatione vulnerum ſtatuendos eſſe.

Sarcotica.
Agglutinatoria.
Epulotica.

enim non accidentalem modo & confluentem (*quæ præter naturam est*) humorum redundātiam desiccare, ac consumere debet, sed eum quoque humorem, qui secundum naturam est, & in ipsa
120 (*vt dictum est*) subiecta carne continetur. Quod & sequentibus verbis Galenus testatus est: *Glutinatoro*, inquit, *vnum id propositum est, vt eius quod præter naturam est, redundātiam consumat: qui cicatricem inducet, non hoc modo, verumetiam, vt ei quod secundum naturam se habet, aliquid deradat.* Priusquam igitur vulnus cicatrice possimus obducere, eo vsque resiccanda caro est, donec calli similitudinem induerit, & cuti similis euaserit. Quod

Epulotica proprie dicta quam facultatem habeant.

sane per se primario, ac proprie, hoc est, peculiari facultate, medicamanta effecerint, quæ adstringendi modice facultatem habent: & eiusmodi quidem frigida, vt plurimum frigida sunt & sicca. Cuius generis reputantur *galla immatura, malicorium*, id est, *mali punici seu granati cortex, balaustium, qui flos est syluestris punici fructus, spina Ægyptia, vel eius loco acacia, rhus, seu sumoch, & eius generis vniuersa, quæ modice adstringunt atque desiccant.*

Cicatricem per accidens inducentia.

Per accidens vero & secundario, carnem alterando, & calli instar indurando, cicatricem etiam inducunt calida medicamenta, quæ carnem detrahere, ac colliquare sunt nata, Galeno *lib. 5. simplicium* cathæretica, id est, *detractoria* dicūtur, vulgo autem *consumptiua*. cuius generis sunt *chalcitis*, & æs *vstum non lotum*, quod enim lotum est, vere est epuloticū; & *æris squama*, & *misy* & *fissum alumen*, & quod vulgo *vitriolum* appellatur: quæ prædictis vere epuloticis, id est, primario & ex sua facultate cicatricē inducentibus, multo sunt valentiora: *misy* quidem & *chalcitis* præcipue: mitior autem æris squama: atque etiam hoc mitius æs vstum, quod etiam si lauabis, vtique (*inquit Galenus*) minus mordens medicamentum habebis. Itaque si quando iis vti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parcissime ipsis vtemur: largius enim admota mordicāt, colliquantque carnem, & vlcus cauum efficiunt. Summum igitur tantum specillum, hoc est, specilli cuspidem, in ea ad exactissimum læuorē tusa dimittemus, ac post velut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulāt, leniter eas contingentes, imponemus. Quod si illa etiam aduras, vt minus acria, sic ad cicatricem inducendam, reddes magis apta: si vero etiam laues, adhuc fient mitiora. De his latius vide *antidotarium Guidonis*, de quibus & locupletius dicemus in tractatu *De vlceribus*. Sed nunc aliquid
121 addamus de cicatricib. reparandis in vulneribus.

Catharetica. *Consumtiua.*

De cicatricibus reparandis in vulneribus.

Deformes atque indecoræ cicatrices, teneræ quidem adhuc & recentes, instaurātur Razi, admoto *diachylo* aut *lythargyro*, (vt vocant) nutrita. Cicatrices nigras tollunt, oleum in quo *radix bryoniæ* tum candidæ, tum nigræ incocta sit, dum succum reddat, impositum: calamintha ex vino cocta, argenti quoque spuma cum rosaceo albo lota. Crassiores vero & iam inueteratæ reparantur oleo balsamitæ apposito; vel radice cucumeris syluestris (quem asininum vocant) trita & apposita. Quod si his aut similibus non tollantur, id totum quod supereminet, atque excrescit, cultro rasorio exscindendum est, vel cauterio amouendum. Crustam vero resolues *admoto gallinæ*, aut *anatis adipe*, vel etiam *mosliche*. Hæc quidem in iis agenda censent recentiores chirurgi. Verū Cornelius Celsus stultum esse existimat, si vel excreuit cicatrix, vel concaua est, decoris caussa rursus & dolorem, & medicinam sustinere. Alioqui (*ait*) res vtrique succurri patitur. Si quidem vtraque cicatrix exulcerari scalpello potest. Si medicamētum aliquis mauult, idem efficiunt compositiones hæ, quæ corpus exedunt. Cute exulcerata, supereminentem carnem, exedentia medicamēta coniicienda sunt; super concauam implentia, donec vtrumque vlcus sanæ cuti æquetur, tum cicatrix inducatur. Sed de his alias latius, eum de fucis tractabimus. At si vulnus (*nam ad hoc quod nunc intendimus etiam spectat*) hypersarcosin, id est, supercrescentem carnem habet, morbus est ex eo genere, quod in quantitate magnitudineve partium spectatur, quemadmodum & cauitas erat, de qua paulo ante egimus: ergo veluti vulnus cauum, non vnum est vitium, sed pariter cauitas & vulnus; ita vulnus aut vlcus, quod supercrescentem carnem habet, non vnus est morbus, sed simul caro supercrescens, & vulnus vlcusue. Prior morbus, qui instrumentarius est (*nempe magnitudo, quæ præter naturam est*) primam indicationem, quæ veluti meta est inueniendorum remediorum, nobis insinuat, ipsius scilicet exuberantis, & præter naturæ modum excrescentis, ablationem. Alter vero morbus nempe soluta vnitio, coniunctionem indicat. Porro ipsa agglutinatio, seu dissidentium coniunctio, vti & carnis generatio, naturæ quidē opera (*vt prius diximus*) perficitur: at supercrescentis carnis detractio, nullum quidem (*inquit Gal. lib. 3. Method*) naturæ opus est, sed solis medicamentis, seu medicamentorum ope perficitur, quæ vehementer exsiccēt, & natura acria sint; cuiusmodi sunt *atramentum sutorium*, quod Græcis *chalcanthum* dicitur, *chalcitis* seu *vitriolum, spongia, radix asphodelorum, hermodactyli, stuppa minutim incisa, tinimenta e panniculo corpta, muria acriori imbuta, & resiccata: vnguentum viride*, & id genus alia tum simplicia, tū composita, quæ ex sexto libro Tagautii requirēda. Cæterum id vnum semper memoria fideli obseruandum moneo, nēpe pro diuersis corporum & partium temperamentis, varianda esse remedia. Eadem enim medicamenta quibusdam naturis carnem excrescentem absumunt, aliis vero cicatricem inducunt, aliis solum glutinatorio minus præstant. Eiusmodi namque medicamenta, quæ carnem minuunt (*septica Græcis impropria quidem appellatione dicuntur*) proxima sunt, tum iis quæ valenter detergent, tum iis quæ cicatricem inducunt. Ita vt non pauci (*inquit Gal. lib. 3. method. medendi*) per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo quod sordem deterget, vel pro eo quod cicatricem inducit, accipiant. Exempli gratia *misy* & *chalcitis* (quæ

Celsus.

De vulnere supercrescentem carnem habente, quam Græci hypersarcosin vocāt. Vulnus supercrescentem carnem habens, non vnus est morbus.

Carnis detractionem medicamentis perfici, nō opera naturæ.
122

Septica, id est, carnem minuentia.

inter carnem inducentia annumerauimus (ſi naturæ humidæ applicabis, potius carnem demere, quam cicatricẽ inducere deprehendentur. Adde quod inter eiuſmodi ſeptica, quæ carnẽ tenellam vulneribus, atq; vlceribus ſupercreſcentem colliquant & abſumunt, quædã valentiora ſunt, quædã imbecilliora, & mediocria. Quocirca nonnulla mediocres carnis ſupercreſcentias exedũt, alia vero maximas hyperſarcoſeis, id eſt, carnis immodicas excreſcentias minuunt, & ad vſq; penitiora cruſtis obducunt. Cuius generis eſt, ꝙ recipit *calcis viuæ, & manna thuris pares modos*. Sed de iis latius dictũ apud Tagautiũ *libro ſexto*. Nunc ad reliquas vulnerũ differentias properemus, quæ ad contuſiones, & offenſiones quoque pertinent, itemq; ad caſus, concuſſiones, & ſimilia.

OBSERVATIO XXVII.

De vulnere facto in crure, cum contuſione a bombarda.

IN contuſione cum vulnere, facta a bombarda in crure aut in alio loco, chirurgus quidam loca contuſa inungebat *oleo roſaceo*: quo & Carpus vti ſolebat, & inter reliqua vtebatur hoc vnguẽto:
12 ℞. *olei roſ.* ℥ VIII. *olei vitellor. ouorum* ℥ ij. *vitri albiſſ. ſubtiliſſime puluerisati* ℥ ij. *ceræ albæ* ℥ j. ß. *corticis mediam ſambuci m*. j. bulliant omnia ſecundũ artẽ, & colẽtur. cui non eſt par a principio vſq; ad repletionẽ carnis. deinde cõſolidentur vulnera, vt alia. Et ꝑdictum vng. eſt mirabile in omni combuſtione ignis. Sed in contuſionibus iſtis prędictis hoc vnguento ſolũ eſt vtendum, quouſq; mala qualitas ſit remota; deinde curantur vt aliæ contuſiones.

SCHOLIA.

SI vulnus fuerit cum contuſione, vel ipſum ab aere alteratum, aut dura calloſaq; habeat, ſitq; crucians, aut dolorem inferens, aut cum phlegmone, aut alio præter naturam tumore implicatum, aliam quoque curationem quam ſimplex vulnus habet. Ideo & de vulnere contuſo & ab aere alterato & apoſtemoſo ipſe Guido ſcribens (quem & imitatur Tagautius *inſtitut. chirurg. lib. 2. de plagis ſeu cruentis vul. cap. 9.*) in hunc modum inquit. *Vulneris, vt in præcedentibus demonſtrauimus, quà vulnus eſt, ſanatio, mediocris ſiccatio eſt.* At vulneris, quod cum alio affectu coniunctum eſt (cuius videlicet præcedere curationem oportet) eius curatio, vt vulneris ſolius non eſt, ſed prior illius affectus, qui cum vulnere conſiſtit, ſecunda vero ipſius vulneris: nam ſiue phlegmone quapiam, ſiue nigritia, ſiue ecchymoſis, ſiue eryſipelas, ſiue tumor is, qui *œdema* dicitur, vlceratã, vulneratamue carnem obſederit, primum eius molienda curatio eſt: at vero quod vulnus interim non ſolum non commode curatur, ſed etiam multo maius redditur, id neminem (*inquit Galenus*) latere puto. Itaq; ſiue contuſa fuerint circũpoſita vulneri loca, ſeu phlegmone aliuſue tumor præter naturam in his conſtiterit, propria eius affectus ſanatio inuenienda nobis eſt, illud pro certo habentibus, fieri non poſſe, vt vulnus ſanetur, niſi locus in quo conſtitit, prius ſit ſanatus. In eiuſmodi igitur vulneribus, ſuppoſito cõmuni regimine, phlebotomiæ, purgationis & diætæ (*quãdoquidem hi affectus, præterquã quod vulnera ipſa ad cacoethiã præparant, fluxionem etiam in vnũ locum dolentem excitãt, auocantq; tametſi etiam corpus nec ſanguine, nec vllo ſuccorũ vitio redundet*) topica, ſeu 124
localis curatio communis eſt, agglutinationem prohibere, & fluxionem arcere. Quocirca recte mihi feciſſe videberis, ſi in contuſo, cruciante, & phlegmonoſo vulnere (*vti & Guido cenſebat*) ſtatim per initia, loca circumiacentia illeueris, vel *roſaceo*, vel *myrtino oleo*, vel *vng.* quod conſtat *bolo armenia, oleo & aceto*: ſupra vero dolentem partem oleum aliquod admoueris, quod vel leniendi, vel molliendi, vel maturandi (*vt res exigit*) vim habeat. Ponamus igitur carnoſam particulam telo tum cæſam, tum contuſam eſſe. huic ſane ita ex Hippocratis ſententia medendum, vt quam celerrime ſuppuret. Neceſſe enim eſt carnes ſic contuſas putreſcere, & in pus verti. Poſtquam vero ſic per quandam putreſcentiam in pus verſæ fuerint, liquari, & tandem nouam carnem naſci. Adde quod hac curandi via & ratione obſeruata, minus (*eodem Hippocrate auctore*) phlegmone vrgebitur caro ipſa ſic cæſa contuſaque. Duæ igitur intentiones in curando vulnere cõtuſo nobis proponuntur, nempe ſuppuratio, & nouæ carnis generatio. Porro cũ ſuppuratio cum quadam fiat putreſcentia, & omnia quæ putreſiunt (*Galeno autore lib. 4. Therap.*) ex calido & humido ſic afficiantur, nimirũ quæ calefaciant humectentq;, hiſce cõtuſis vulneribus atq; adeo omnibus iis affectibus, quibus moueri pus expedit ad mouebimus: cuiuſmodi ſunt *malua cocta. radix althææ, tetrapharmacum. panis triticeus, hordei farina ex aqua, & oleo*, itemque *panis ex aqua & oleo*: præterea *fomentum multa calida aqua*; hæc enim & ſimilia omnia quæ ſic calfaciunt & humectant celerrime pus mouent. Horum autem materiam copioſam habes in lib. noſtris de *tumoribus præter naturam*, & in Antidotario apud Guidonem, & *libr. 5. de ſimplicibus*. Verum enimuero nõ fuerit alienum, his vnum atq; alterum compoſitum medicamentum ſubiicere: quod ad ſuppurationem in propoſito vulnere benefaciat: ℞. *rad. althææ, cucumer. agreſtis ana.* ℥. ß. *erigani agreſtis, hyſſopi ana m*. ß. *flor. chamameli, ſem. lini ana* p. j. *ficus pingues* v. ceh. *vuas paſſas pari numero*: vna bulliant. ac tandem iis preſſis ac diligẽter tuſis, adde *galbani myrrhæ, ſtyracis liquidæ, œſypi ana* ʒ j ß. *ſang. arac. adipis porci ana* ℥. ß. componatur malagma. Cõducit plurimum ad eandem intentionẽ aſſequẽdã & infraſcriptũ medicamẽtũ, in formam emplaſtri redactum: ℞. fol. *mal. viol. ana m* j. *rad. alth. lib.* ß. decoquantur in iure car- 125
nium abſq; ſale. poſtea ſubigantur in mortario, & cribro incernantur, ex cribratura cum prædicta decoctione & farina hordei ac tritici ana q. ſ. fiat empl. ſolidum, ſiue *malagma*, addendo *butyri & olei commun. ana* ℥ iij. *vitellos duorum ouorum, & croci momentum*. Hoc autem, vt & præcedens

De vulnere contuſo, ab aere alterato, dura calloſaq; labra habente, cruciante & phlegmone, aut alio præter naturam tumore implicato.

Vulneris contuſi recta curandi ratio.

Hypotheſis.

Gemina intentio in curando vulnere contuſo.

Ex Auic. fen. 3. quarti.

Emplaſtrũ.

dens malagma, super vulnus & contusam car-
nem dandum est. In ipso vulnere imponi debet
Digestiuum vulneri imponendum.
digestiuum (*vt vocant*) ex *terebinthina resina, & o-
uorum luteo.* Ceterum perducto ad suppuraionem
vulnere, his quæ pus mouent relictis, ad purgan-
Detergentia quando admouenda.
tia & detergẽtia transeundum erit, vt sunt tincta
in melle linamenta, mundificatiuum ex apio, &
id genus alia, quæ in Antidotario Guidonis tum
apud alios inuenies. In omnibus autem eiusmo-
di vulneribus recte inditur turunda *melle rosaceo*,
siue *vng. apost.* nuncupato, imbuta. Supra vero id
purgans detergensue medicamentum, *stuppa ari-
Stuppa arida.
dæ* dandæ sunt, adaptandaque est deligatura, quæ
admota medicamenta probe detineat, donec p-
fecte expurgatum vulnus fuerit. Tum demum
Cor. Celsus. lib. 5.
autem purum vlcus est (*inquit Celsus*) cum rubet,
ac nimium neque siccum neque humidum est:
At quodcunque sensu caret, quod non naturali-
ter sentit, quod nimium aut aridũ aut humidum
est, quod aut pallidum, aut liuidum, aut albidum,
aut nigrum est, id purum non est. Purgato vt de-
cet vulnere, carne ipsum implere oportet, quę se-
Intentio curandi vulneris contusi.
cunda erat, in curando hoc contuso vulnere, in-
tentio. Carnem igitur modo quo supra dictum
est, generare oportet, & iam impletum vlcus ad
cicatricem perducere. Quem scopum facile asse-
queris, si turũdam in dies paulatim imminueris.
Ita enim solius naturæ opera, ac citra vllum me-
dicamentum, vlcus seu vulnus carne implebitur,
Si caro contusa multũ sit laniata.
& cicatrice obducetur. Quod si caro multum sit
dilacerata, & sutura vtilis videatur, consuatur
Si labra vulneris fuerint dura & callosa.
laxa quadam sutura, labia retinente. At si labra
vulneris ab ambiente alterata fuerint, ac dura,
callosaque appareant, scalpello illa (*modo nulla a-
lia obstiterit dispositio*) corium amouendo, reno-
uare oportebit: deinde consuere. Porro si cæsa
contusaque caro enumeratis modo auxiliis, ad
Si contusa caro in gangrænam degenerat.
suppurationem perduci non possit, videnturque
in gangrænã, ac partis corruptelam degenerare
(*quod ex tarda difficiliq; maturatione, & fusco, liuido
aut nigro loci affecti colore, deprehendes*) vnguẽtum
Ægyptiacum nominatum, *cap. de curat.* gangræ-
næ descriptum, aut aliquod aliud simile medica-
mentum, quod ad eiusmodi corruptionem &
mortificationem sit idoneum, protinus erit ad-
126 mouendum. Quod si alia quædam symptomata
vel affectus huic contuso vulneri superuenerit, vt
dolor, phlegmone aut quiuis alius tumor præter
naturam, aduersus illa congruis (*quæ suo loco dicta
sunt*) remediis erit pugnandum. Hæc sufficiunt
obiter dixisse de vulnere cum contusione. Aliud
autem exemplum contusionis capitis cum vul-
nere, a me positum est *lib. 9. obseru. & curat. medic.
nostrarum cap. seu obs. lib. 17. & lib. 11. obs. 29.* ex iactu
teli ab alto in caput, cui contigit & obtumescen-
tia, licet postea curatus fuerit, ibidem ponuntur
alia duo exempla contusionis capitis ex telo cum
vulnere. Sed nunc ad contusiones acceda-
mus, quæ frequentissime quoque e-
ueniunt sine vul-
nere.

OBSERVATIO XXVIII.

De contusione absq; vulnere.

VIR ille, qui dum canem fortiter percuteret,
ex improuiso cecidit super coxam, insignem
dolorem ex contusione cum pateretur, *oleo rosa-
ceo & myrtino* inprimis locum affectum vt inun-
geret mandauimus: ex quo dolor omnis tandem
cessauit, nulla subsequente inflammatione aut
partis collisæ nigritie. Soleo autem in contusio-
ne ex casu aut collisione vel offensione, ne fiat
inflammatio, ecchymosis, seu sanguinis aggre-
gatio sub cutem, vel circa partem contusam &
collisam, modo nulla sit carnis ruptio, vti ab in-
itio sola *olei ros.* inunctione, cum *myrtino*: quæ
multis ita profuerunt, vt non opus fuerit aliis re-
mediis. alioqui postea inungere soleo cum *vng.
alabastrino.* At eum ego ipse contusionem ha-
berem in genu, cum dolore, *oleo rosaceo* vsus sum,
in quo summitates hypericonis, vt fit in oleo hy-
periconis, maducrant: ac eodem modo vt *oleum
hypericonis* conficiatur. Ita quoque puer trium
annorum, filiolus Adriani Fyckij Delphensis
anno 1563. 25. die Aprilis, cum ex cursu vehe-
mentiore duorum canum magnorum alteran-
tium in terram proiectus esset; in occipite con-
tusionem animaduertimus, non sine magno do-
lore, vomitu quoque ilico superueniente, ac et- 127
iam spasmo brachiorum ac manuum tum cru-
rum, vt animam statim agere videretur, adeo vt
quis cerebrum læsum ex concussione vehemen-
ti dixisset. Cum itaque ab omnibus in agone es-
se putaretur, etiam ipsemet mortem præ foribus
esse suspicabar, ac metuebam, cum spasmus per
quatuor integras horas perdurasset. Sed tamen
ne puerulum sine ope relinquerem, locum con-
tusum inunxi oleo rosaceo; nucham vero oleo
vermium terrestrium: & iussi vt frictiones fie-
rent in extremis totius corporis. Quibus admi-
nistratis, rediit tandem ad se hic puer, & a spa-
smo mox liberatus fuit. Interim *betonicam viri-
dem* coctam in ceruisia continuo bibendam da-
bam: & postea locum contusum *vnguento alaba-
strino* inungere feci. Atque his remediis a dolo-
re tum contusione mox conualuit, & nunc hoc
tempore cum hæc transcriberem, anno 1570.
die 4. Octobr. optime & pancratice viuit. Do-
ctor Iason medicus Zelandus, suo tempore ma-
gni nominis, qui & de vteris librum edidit, in
offensione, & contusione, absque vulnere & ca-
su (*vti Dominus Quintinus consiliarius regius in
Haga-Comitis nobis aliquando narrauit*) nautis in
mari degentibus, quibus remedia ad manus non
sunt, imperabat, vt peplũ in muria (*lingua vulga-
ri apud nos Pekel dicta*) calida, immersum & ex-
pressum apponerent, etiamsi ex alto cecidissent:
nec alio remedio quam hoc, ad offensionem, cõ-
tusionem & casum vtebatur. Quidam contusio-
nem pedis hoc emplastro curauit: ℞. *stercoris vac-
cini, absynthii ana m. j. furf. m. ß. florum chamomill.
℥ ij. cum oleo chamomill.* fiat emplastrum. Ad con-
tortionem quoque & contusionem, quando
materia iam fluxa est, egregie commendatur

lana succida, infusa in decoctione vini ex *cimino* & *absinthio* & *chamomilla*.

S c h o l i a.

Contusio.

Alsac.

128 DE cōtusione in carne, sine vulnere exteriori notabili, quæ dicitur a Galeno 4. *Therap.* ecchymosis, & ab Auicenna (*vt ait Guido cap. proprio*) in primo canonis fen quarta, *Alsac*, nunc dicamus. Quia autem illa quæ scribuntur de contusione, de ecchymosi seu ecchymomate (*quamquam & de eo mentionem fecimus supra, lib. 5. obs. & curat. chirurg. nostrarum de tumoribus præter naturam, scholiis obs. 4.*) id est, sanguinis subter cutem effusione, & coitu, quod vna cum contusione, ruptioneque, cute integra manente, hoc est, non vulnerata incidit, a Tagautio quoq; memorantur *lib. 2. de plagis cruentis cap.* x. & fere eadē sunt cum iis, quæ a Guidone tractantur, eosdem autores in hisce quoq; imitabimur.

Ecchymosis seu ecchymoma quid.

Ecchymoma itaque (*vt etiam loco tam citato diximus*) id est, sanguinis subter cutem effusio & coitus, solutæ continuitatis genus quoddam est, quod plurimum (*vt lib. 4. method. ait Galenus*) vna cum contusione, ruptioneq; incidit. Quocirca non fuerit a proposito alienum, si propter affinitatem, quam habet cū prædictis vulneribus, pauca nunc quasi obiter de eo dicamus.

Ecchymoma a quibus occasionibus excitetur.

Itaque incidit interdum hoc vitium cum sola cōtusione, citra carnis musculosæ, in profundo hærentis corpore, ruptionem, quod Græci *Rhegma* appellant, vt ex violento ictu, vel graui casu. Aliquando vero cum sola ruptione, absq; vlla contusione carnis (*quod Græcis sarcothlasma & Thlasma dicitur*) consistit: vt cum motu quopiam valente & confertim facto, citra graue aliquod extrinsecus inciderit caro disrumpitur. Nonnumquam etiam cum vtroque & cum graui ac duro quopiam corpore, quod extrinsecus super inciderit, vel casu ab alto, non modo carnosæ musculorum partes, sine cutis diuortio contunduntur, sed etiam ex distensione violenta, & confertim facta, abrumpuntur. Tunc enim venis exiguis, in ea sic contusa ac rupta carne, diuortium expertis, sanguis exsilit, vnde ipsum ecchymoma sub cute collectum nascitur.

Ecchymosis nota.

Cuius apparentes notæ sunt, *tumor mollis*, & *tactui cedens, liuidus & magna ex parte indolens.* Fit autem etiam aliquando ecchymosis, ex orificii vasorum apertione, quam anastomosin vocant (*vt alibi sæpius quoque diximus*) ex ea quæ a nonnullis *diapedesis* dicitur, id est, *trāscolatio, exsilitio* vel *trāsmissio*, vel *subsultus*.

Anastomosis vnde excitetur.

Porro accidit Anastomosis propter tum vasis imbecillitatem, tum sanguinis,
129 qui ad os eius impetū facit, copiam: adhæc ob acrem quampiā, qui illi extrinsecus incidat, qualitatem

Lib. 5. therapeut.

Diapedesis vnde oriatur.

Diapedesis ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine vero tenuato, oritur: accidere præterea interdum potest & ex gracilium vasorum ore adaperto. Verum de ea tantum ecchymosi nunc agitur, quæ contusionem vel ruptionem consequitur, de aliis enim proprio loco alias egimus. Hanc igitur ecchymosin propter solutam vnitatem affatim factam dolores, & ob sanguinis in profundo concursum, abscessua nonnūquam insequuntur, qui magna ex parte per halitum digerūtur.

Species ecchymomatis.

Species autē ecchymomatis sunt ea quæ *Hypopia* Græci, Romani vero *Sugillata* vocant, & liuores ex ictu prouenientes. Græcis *Hyposphagmata* nuncupata, quæ & interpreti Auicennæ vestigia percussionis, Latinis vero proprie *Vibices*, dicuntur.

Vibices.

Indicia de ecchymomate.

Ecchymoma, quod cum magna ac violenta contusione incidit, periculo non vacat. Solet enim frequenter, si negligatur, non modo afflictæ particulæ, sed & corporis totius corruptionem adferre. At si forsan in contusione, quæ cum ecchymosi consistit, cutis a carne seiuncta, maneat pēdula, raro vel numquam adglutinatur. Proinde satius est, eam præscindere, & exsiccāria medicamenta admouere, vel absq; deligatura locum sic excoriatum relinquere. Aer namq; ambiens, cutis ipsius instaurationem non mediocriter adiuuat.

Curatio ecchymomatis, quod vel contusio vel ruptio excitauit.

Ceterum quia ecchymosis, seu ecchymoma, plurimū (*vt Galenus ait 4. method.*) vna cum contusione, ruptioneque incidit, idcirco in ipso curando, plures erunt indicationes obseruandæ. Semper enim pro affectuum numero, etiam medendi indicationes respondent.

Prima intentio in curādo ecchymomate obseruanda.

Prima indicatio est, fluentem ad locum affectum materiam vacuare, & auertere. Quod optime quidem fit autore Auicenna, venæ sectione, quam omnes etiam arte periti, in hoc affectu imperant, quamuis corpus mundum, hoc est, purum ab excremētis fuerit.

Secunda intentio.

Secunda intentio est, dolorem sudare, & parti læsæ, ne fluxionem excipiat, robur adferre, rebus frigidis & stypticis eam perfundendo, atq; illinendo. Vnde Rhazes & Lanfrancus, partem eo vitio laborantem inungebant rosaceo, & post vnctionem puluere myrtillorum respergebant, ac mediocri strictura seu deligatura stringebant. Verum enimuero in communi vsu obseruatum est, vt per initia oui candidum rosaceo permixtum loco dolenti ac sic affecto admoueatur.

Tertia intentio.

Tertio curationis consilium eo dirigere debemus, vt sanguinem ipsum totum, qui subter cutem effusus est, dissipemus, ac resoluamus, idq; 310
cōfestim, priusquam nigruerit, & in grumos iam coierit. Quod factu quidem haud difficile erit, si & sanguis effusus tenuis, & prope summam cutem, non autem in profundo situs fuerit. Quod si discuti non possit, tum infrascriptis digerentibus medicamētis, tum scarificationibus educendus erit: & si nihil hæ promouerint, affectus eiusmodi curandus erit more abscessuum.

Propria ecchymosis curatio.

Itaq; sanguinis sic per cōtusionē, ruptionemq; subter cutem dispersi, dissipatio & vacuatio, ecchymomatis, qua ecchymoma est, propria est curatio, *vt lib. 4. method. medēdi* his verbis Gal. testatus est: *Sane*, inquit, *ecchymosis omnis vacuationē pro remedio curationis indicat.*

Omnem ecchymosin vacuationem indicare.

Quare calfaciētib' huic & modice siccātibus medicamētis est op', quale est ex nigris populis acopō. Quippe quæ vehemēter siccāt, digerunt illa quidem in principio euidentius, quam quæ sunt imbecillia, ceterū nōnihil ipsi' vitii scirrhosum difficileq; curatu relinquūt. Curandū vero est, vt ruptis, quæ in profundo hærēt corpore, hæc tū vires habeant, magis intētas, tū ipsa magis

acria,

Cucurbitula nihil in quibus ecchymomatis vtilis.

acria, magisque dissipantia sint, tum vt semel dicam) tanto efficaciora, quanto magis a cute ad profunda recessit ecchymosis. In talibus sane nec cucurbitę vsus sit inutilis: id enim instrumentum ad violentum attractum, a medicis est excogitatum. Verum enimuero quoniã tunicæ venularum, ex quib. sanguis exsilijt, contusæ sunt, per initia sane (*vt Gal. & Paulo visum est*) nonnihil ex adstringentib. iis quæ digerunt, admiscere oportet. Contusæ n. illæ venularum tunicæ, aliquam densationem requirunt, vt ad naturalem suum statum reducantur, & ne noua materia ob dolorem attracta, ad locũ contusum delabatur. Quãdoquidem si solam digerentem vim haberet medicamentum in principio applicatum, non modo id quod effusum est, digereret, sed & per contusionem aliquid sanguinis, qui contusis venulis continetur, extraheret, *vt testis est Gal. libr. 5. de cõpositis medicam. secundum locos.* Quando autem in naturalem statum venulæ redierint, citra adstrictionem ad sola digerentia medicamenta venire tempestiuum est. Porro in quibus sit modice adstringentium quiddam, nec non per halitum digerentium miscere conuenit, perspicuum est, imbecilliora primum debere assumi; validiora

Ecchymomatis per initia nonnihil adstringentium discutientibus admiscendum.

131 autem inueteratis, & iis quæ nigrescunt, admoueri. Ad inueterata igitur ecchymomata (*Paulo Æginetа etiam auctore, lib. 4.*) radicula illitis prodest, quippe discutit ea, vbi erodere inceperit, vel ipsius radiculæ succus, cum micis panis inductus. Ceterum ex moderate digerentibus, quæ vulgo *resolutiua domestica* vocant, hæc sequentia auxilia in communem vsum veniunt. *Primum* constat vino, melle & sale. *Secundum* ex farina hordei, calamintha & vino conficitur. *Tertium* recipit ceram & cuminum. *Quartum* fit ex floribus chamæmeli, meliloto, stœchade & cumino, omnibus in vino decoctis. *Quintum* fit ex maluis, furfure, absynthio, cumino aut anetho, aqua vel vino incoctis. *Sextum* fit ex farina hordei & fœnugræci, croco, & momento auripigmenti, omnib. quidem aquæ calaminthæ incoctis. Solent & potiones quædam institui, quæ si assumantur, sanguinẽ concretum, & extra vasa effusum (vulgo *mortuum* vocant) dissipare ac resoluere creduntur: cuius generis est ea, quæ cõstat *bdellio cocto, centaurio, & syr. acetoso.* Atq; hinc eis aliæ quædam consimiles, quæ in casu ab alto (*vt Obs. tum Scholiis sequentibus dicemus,*) offensione, & violento membri tractu, aut distensione, offerri cõsueuerunt. Cum autem totum ecchymoma digestum per halitum est, siccare iam vehementius ruptum ipsum permittitur ac deligatura coniungere, omniaq; in summa facere, quæ vt vlcus coalescat, efficiant. Ergo si euocatum celeriter totum ecchymoma sit, facile coalescet rupta ipsa caro: si longiore spacio, sordes multa subnascens medium inter vlceris labra spacium occupabit, ita vt iam coire ruptio non possit. Atque inde adeo fit, vt qualibet deinde caussa, nos hæc sui admoneant: nam siue quis obriguit, siue parum concoxit, siue febri laborauit, siue se vehementius fatigauit, eiusmodi ilico particulis dolorem sentiunt. Non enim (*vt modo dictum est*) in idem coiere ruptionis labra, sed tãtum prope sunt admota. Quo fit vt leui momento ea facile separentur, & medius inter ipsa locus superuacuo humore repleatur. Et quid quæso aliud, quam assidue nouũ ecchymoma creatur, & primo illi (*cum videlicet primum caro est rupta*) persimile? nisi quod ex tenui magis sanie nunc constat; cum in principio e sanguine ecchymoma esset. Ideoq; facilius etiã nunc quam prius seu per initia digeritur. Nunc ad casus, offensiones, distensiones & subuersiones veniamus.

Potiones quæ in ecchymosi a recentioribus propinantur.

Si totum ecchymoma per halitum digestum sit.

Cur quæ ruptæ fuerunt, subinde dolorem sentiunt.

OBSERVATIO XXIX. 132

De iuuene quodam ex saltatione supra palum cadente, ac se ipsum lædente.

FILIVS ille Andreæ lanionis Alcmariani, iuuenis me hercle pulcerrimus, viginti annorũ, anno 1547. cum per vimineum septum, instar cancellorum tortum, quo rustici nostri agrorum vias concludunt, saltaret, cecidit supra palum circa dorsum, sine cutis tamen lęsione: vnde huic ex eo casu violento ingens dolor sequutus est circa renes ac spinam inferiorem, vt incedere non posset. Ideo locum dolentem inunximus *oleo rosaceo*, insperso *puluere myrtillorum*; & sanguinem ex basilica, quia iuuenis & tempus vernum erat, ne febris aut inflammatio superuenirent, in brachio dextro detrahere mandauimus. Deinde vt hoc decocto sequenti vteretur, iussimus: ℞. *brassica rubea, parietaria, malua cum rad. ana m. j. rad. asparagi, fœniculi, liquir. ana ℥ j. seminis nardi vulgaris, id est, nigella* (vnice confert ad casum ab alto, vt experti sumus) *seminis anisi, fœniculi, carui ana ʒ j. ß. sem. 4. frig. maior. ana ʒ ij.* coquantur in *aqua communi ad lib j.* adde *mellis ros. colati ℥ iij.* misce. ℞. *mummia, spermatis ceti ana ʒ ß. rhabarb. electi* ℈ ij. *trochisc. alkachengi sine opio ʒ ß.* ligentur in puppa rara, exprimenda dum potio sumetur. Prius autem sumebat cyathum vnum, cum *mũmia & spermatis ceti ana ʒ ß.* deinde sumebat bis in die mane hora *quinta vel sexta*, & a meridie *hora quarta*, puppa semper expressa. Quarto die ita eundem purgauimus. ℞. *folior. senæ ʒ iij.* infunde *in decoct. pectoralis ℥ v.* adde *elect. de succo ros. post fortem express. ʒ ij. ß. oxymell. simplicis ℥ j. mummia, nucis muscatæ ana* ℈ *ß.* fiat potio. deinde ad maiorem resolutionem inuximus vng. sequenti: ℞. 133
vng. dialth. ℥ ß. olei chamomill. anethini ana ʒ ij. misce. quibus dolor sedatus est, & perfecte curatus fuit.

SCHOLIA.

CASVS & offensio, secundum Auicennam, vt etiam allegatur a Guidone, lædunt & impediunt corpora cum concussione & attritione, aliquoties cum dislocatione & fractura. Differunt tamen inter se casus, offensio, concussio, distensio, submersio & attritio, *vt constat apud Guidonem tract. 6. doct. 1. de infect. cutis cap. 5. de casu, offensione, & distensione & submersione.* Casus enim dicitur, quando corpus cadit & percutitur

Casus.

ad terram, aut ad lapidem, aut aliquam rem percutientem, sic adolescens noster ad palum ceciderat: & sic rusticus ille Isbrandus, cum fœnum in horreum reponeret, scala prærupta, cecidit in pectus, ac sanguinem exspuebat, quem & nos curauimus: cuius historiam vide *lib. 16. obs. & curation. medicinal. nostrar. obser. 15.* vbi & agimus de Vincentio fratre laico, etiam ex scala cadente in pectus sanguinem ea spuēte, ibidem a me curato. Huc quoque refertur casus illius puellæ, quæ ab arbore delapsa obmutuerat, quæ tamen a me curata fuit *lib. 9. obs. & curat. medic. nostrarum obs. 30.* Non minus casus erat, sed lethalis, cum conuulsione lethali, in fabro lignario, qui ab ædibus Iohannis Pero ceciderat, & tandem ex illo casu obiit, cuius historiam habes *lib. 11. obs. & cur. medic. obs. 24.*

Offensio.

At offensio proprie dicitur, quando percutitur corpus ab aliqua re exterius obuiante. *Vel aliter,* casus est concussio corporis, offensio solius ventris. *Vel* dicitur casus, respectu exteriorum, offensio interiorum. Sic artifex ille insignis in vitris parandis & effigiandis Delphis, Laurentius Richardus nomine, cum a crasso illo homine, cognomento casear io, ex casu in ventre comprimeretur, inferius per anum, tum superius per os sanguinem reddebat, ita vt interiora ex compressione læsa viderentur, hic tamen per me, assumto pul. rhab. mummia, nuce moschata, tum aliis decoctis ad casum vel potius offensionem facientibus, curatus fuit.

Distensio.

Distensio autem proprie est membrorum tractus cum fune & cathena.

Concussio. Compressio.

Concussio & compressio vario modo, quamuis Guido hoc non posuerit, intelligi possunt: nam & puer ille cum nauis sub ponte traiiceretur, & caput non inclinaret, ad frontem compressus est, & postea delirauit absque febre, hic tamen a me curatus est, *vt lib. 9. obs. & curat. medic.*
134 *obs. 32: ostendimus*: in quo cranii fissura erat, absque vulnere, ex compressione pontis, vel si mauis offensione, vel concussione facta. Verum monachus ille, qui e curru discussus rota per pectus currēte læsus erat, magis compressus fuit, de quo diximus *lib. 16. obser. & curat. medicinalium. obs. 15.* hic quomodo sanus factus sit, ibidem videre poteris: habes ibidem Amati quoq; historiam, nempe illius, qui ex equo calcitrone ceciderat. Sed & Leonard. Cornelii zythepsæ filius, cum ebrius currū regeret, ex eo prolapsus, per ventrem eius, tum pectus, rota circumuoluta fuit: cuius historiam etiam ad compressionē referre poteris, multoq; magis eam quæ *obs. 13. eiusdem 16.* libri scripta est, de rustico ex curru excusso & intra murū cōpresso. Omnes tamen illi, de quibus nunc diximus, curati sunt. Sed omniū horum exemplum fere lucidissimum habemus, at lethale, in Bibliis, de Regina Iesabele, quæ ea fenestra cecidit in terram collisa, demū ab equis non solum compressa fuit, sed attrita,

Attritio.

(nam & caro tum nerui atteruntur:) ac tandem ira diuina, etiam a canibus dilacerata. Ex quibus iam dictis patet horum omnium iam memoratorum differentia.

Submersio.

Verum submersio (*eodem Guidone auctore cap. iam citato*) est fumi vel aquæ præfocatio. Ceterū cum de his loqui incepimus, scire oportet ex Auicēna, quod ad casum & offensionem sequātur multa incommoda: *nempe incisio lacerti, cordis, & stomachi,* ex quibus moritur statim æger, & nocumenta egestionis, & vrinæ & vomitus atq; sanguinis fluxus, strictura ā̄helitus, abscissio vocis & loquelæ, quæ omnia sunt mala, & valde metuenda, propter solutionem continui, potissimum neruorum, panniculorum & venarum, & propter dolorem & nocumenta, quæ principibus membris & necessariis communicantur, & quanto corpus maius est atq; crassius, tanto timor ac periculum est vehementius.

Quæ incommoda sequantur offensionem & casum.

Addit & Auicenna, quod *glandula in casibus & offensionibus multiplicantur, quæ curantur vt superius de glandulis dictum fuit.* Iudicia autem casuum & offensionum sequuntur iudicia magnorū vulnerum. Exempla autem quæ dicta sunt locis citatis, cum iis quæ dicenda sunt clariorem doctrinam hanc efficient.

OBSERVATIO XXX. 135

De casu ab alto, in quo timebatur conquassatio seu offensio membrorum internorum.

VXOR Martini cognomēto Mercatoris, Alcmariani, cum ab alto e cubiculo cecidisset, conquassationem membrorum interiorum seu concussionem metuebat. dolor enim insignis ad dorsum, lumbos tum ventrem tendebat. Huic autem statim *mummia, & spermatis ceti, ana* ʒ ß. *cum ceruisia butyrata calida* propinauimus. mox vt sequentem potionem sumeret, iussimus: ℞. *fœniculi cum toto, scabiosæ, rubiæ tinctorum, caulium rubrorum, cerefoly, petrosel. cum rad. artemisiæ, rubia, sanicula, valeriana, agrimoniæ, bugloss. borag. ana. m. j. sem. nigella, anisi ana* ʒ j. concisa & reliqua conquassata coquantur in ceruisia cōmuni *pro lib. ij.* colatura sacharo dulcoretur. in qua & puppa pendeat sequens: ℞ *mummia, spermatis ceti ana* ℈ *j. nucis muscata, trochis. alhechengi sine opio ana* ℈ ß. fiat puppa, & decoctum aromatizetur cum ʒ iij. *cinamomi.* ex quo bis in die bibens sanata est.

SCHOLIA.

IN curatione casuum (*vt loco iam citato paulo ante docuit Guido*) & offensionū & extensionum, generaliter est animaduertendū verum, cum iisdem non fit dislocatio, seu fractura, aut aliqua separatio seu contusio. Quod si ita sit, curantur vt in propriis locis explicatur.

Curatio casus & offensionis, & distensionis.

Sed quantum ad propriam vniuscuiusq; curationem, quatuor habent intentiones curandi: quarum *prima* vitæ institutum præscribit: *secunda* materiam, ne fluat, diuertit & euacuat: *tertia* locum læsum, ne materiam recipiat, vel inflammatio generetur defendit & firmat: *quarta* materiam fluxam carminat & resoluit.

Quatuor intentiones curandi.

Prima intentio.

Prima igitur completur obseruando tenuem victus rationem, & sobrie viuendo, atque omittendo carnes, *vt voluit Auicenna,* qui & primo die nihil comedere iubet, & parum in secun-
do ac tertio, vsque quo ab apostemate & inflam- 136
matione æger fuerit securus. Postea vero incrassanda est diæta, & plenior præscribenda. Adhibeot

bentantem & *ciceres*, & *ribes*, ad hoc vt interiora firmentur.

Secunda intentio.

Secunda intentio perficitur cum phlebotomia, & ventris lenitione, cum *cassia fistula, clysteribus*, & id genus reliquis, *rhabarbaro*, & *syrup. ros. secundum Rhas.* qui in hoc obtinet principatum.

Tertia intentio.

Tertia intentio est, vt interius ab initio talis exhibeatur potio: ℞. *boli arm. mummiæ, terræ sigill. ana* ℥ ß. *fiat pul. detur* ʒ j. *cum aqua plantaginis quolibet mane vsque ad 5. vel 7. dies*, & supra locum adhibeatur secundum Auicennam istud emplastrum. ℞. *phaseoli, oryzæ ana p. j boli armen. sumach ana p.* ß. *vel 5. aloes, aluminis, gypsi, calcis, extinctorum ana quartam partem illius, incorporando cum albuminibus ouorum*: fiat emplastrum.

Communis praxis.

Communis tamen vsus, *authoritate Rhasis*, est, vt omnia loca læsa, inungantur oleo rosaceo (*vt nos in hac muliere quoque fecimus*) aut oleo myrtillorum: & desuper aspergunt myrtillos puluerizatos, *vt supra de contusione dictum est*.

Quarta intentio.

Quarta autem intentio completur, si post principium detur talis potio. ℞. *rhab. electi, rad. rubiæ, centaureæ, aristoloch. rotundæ ana* ℥ j. *fiat* pul. de quo ʒ j. exhibeatur quolibet mane per nouem dies cum ℥ j. *syr. acetosi* &

Anagallis.

aquæ anagallidis, & *consolidæ maioris* tantundem. habet enim anagallis occultam quandam in ea rem vim iuxta Guilhelmum de Saliceto. Ad eandem intentionem Americus de Alesco dabat potionem paratam cum *vino & melle* decoct. *rad. osmundæ, saxi, & caudæ equinæ* & *hederæ terrestris*, in quantitate vnius scyphi, dum intraret lectũ: per sudorem enim tota materia expellitur: ideo & stupham & balneum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum præscribebat, in quibus hæc ponebantur: *consolida maior, osmunda, sanamunda, hippia, ebulus, artemisia, absinthium, rosa, chamomill. melilotum, & pul.* qui sub fœno reperitur, & ibidem cum melle fricantur, aut cum isto vnguento Guilhelmi de Saliceto, quo & Henricus vtitur: ℞. *ceræ* ℥ iij. *resinæ* ℥ vi. *terebinth.* ℥ viii. *olei communis lib. ij. thuris, fœnugræci ana* ℥ v. fiat vnguentum: de quo etiam omni die inungatur.

Si aliquis locus notabiliter, fit confractus, quid faciendum.

Si autem aliquis locus notabiliter sit confractus, ponatur desuper faba cocta cum oxymelite, & crocus in eo maxime confert, aut *oxycroceum*, seu *apostolicon*, aut *folia sambuci, ebuli, cypressi, tamarisci*, cocta & pista cum lacte acetoso, *vt dicit Auicenna*. Nonnulli vero in fimo calido eos sepeliũt,
137 & ibidem sudando iuuantur. Halyabbas & Auicenna eos cum pelle ouina recenter excoriata calida, & sale trito inspersa inuoluunt: & si fortasse (*inquit Guido*) ita dimittantur, in die secunda curantur. Hoc idem testatur Galenus *lib. 11. medicamentorum*.

Si offensio in ventre contigerit.

Si autem offensio in ventre facta fuerit, consulit Auicenna emplastrum quod fit ex granatis syluestribus coctis cum musco, in quo *ladani*, & *ros.* tantundem immisceatur, & *spicæ, masticis, eupatory tertia pars*, & *olei liliorum q. s.* parando emplastrum.

In distensione.

In distensione consueuerunt iuniores, iuxta consilium Halyabbatis, prius loco cum manibus & pedibus reformato, telam lineam infusam in aqua frigida supra locum applicare: & ita confortato calore sudant corpora, & sanantur. Sed si eadem non prosint, ad curationem iam prædictam reducantur.

OBSERVATIO XXXI.

De offensione & casu.

QVENDAM qui ab alto ceciderat, & offensione afficiebatur, hæc quæ sequuntur, ex præscripto Florentiolæ (quibus ipse in offensione & casu solebat) egregie adiuuerunt: ℞. *rhab.* ℈ *ij. rubiæ tinctorum gr.* xv. *cum vino styptico* fiant pilulæ, vel puluis quibus vtebatur in principio. Postea in processu exhibebatur illi medicamentum sequens: ℞. *cassiæ recenter tractæ* ʒ vi. *mummiæ* ℈ i. *rubiæ tinctorum* ʒ ß. *rhab. electi* ʒ i. puluerizanda puluerizentur, & dissoluantur cum cassia in decoct. cicerum rub. & fiat potus. Valet etiam & hęc potio solutiua in casu & offensione: ℞. *diacassiæ* ʒ vii. *rhapontici* ℥ *ij. spicæ gr.* vii. mummiæ ʒ ß. *rubiæ tinctorum* ʒ i. dissoluantur cum decoctione communi, in qua bulliant cortic. *myrob. citrin.* ʒ *ij.* fiat potus. Hic puluis contra casum in vsu est apud Colonienses; cuius auctor fuit Zittardus medicus insignis, cum cuius filio nos Romæ aliquando egimus: ℞. *mummiæ, scabiosæ, pilosellæ hypericonis ana.* ʒ ß. *costi dulcis & amari, nucis muscatæ ana* ʒ i. ß. *terræ sigill. boli arm. ana* ℈ *iiij. rubiæ tinctorum*, 318
rhapontici, sem. nigellæ ana ʒ vi. *spermatis ceti. rhab. ana* ʒ *ij. trochisc. de agar. cumini præparati ana* ʒ i. *misce.* Dosis est ʒ i.

SCHOLIA.

SI quis ab alto ceciderit, & sine voce factus fuerit, cuius exempla etiam nos alibi posuimus locis iam supra citatis, & si loquitur quidem adhuc, sed aliena profert, metuẽdum est cerebrum aut aliquod princeps membrum læsum esse. Nã excellentia intellectus, cerebri sanitatem denuntiat, *vt dicit Rhases*. Ideo prius examinandum, nũquid is, qui ceciderit, mortuus vel viuus sit, tangendo pulsum, vocando ipsum proprio nomine, pilos trahendo, & nares vellicando: item pupillas oculorum respiciendo, num moueantur, ponendo flocculum lanæ aut coti carpinati ante os & nares, & scutellam aqua plenam supra pectus, an moueatur pectus: deinde prouocando sternutationem cũ pipere & euphorbio, & id genus. Et si non est mortuus procedendum est ad curationẽ, fricando extremitates cum aceto & sale & ruta, prouocando sternutationem & fluxum sanguinis cum setis aut paleis per nares. Et ipso iã viuidiore facto, clysteria præscribenda, & phlebotomiæ, & alia auxilia superius enarrata, & si cerebrum sit in caussa, inquirenda curatio ipsa in capitis contusione: & ita de aliis. Si vero fuerit mortuus, inquit Guido *cap. proprio*, non tangas eum; sed fuge, & dimitte ipsum in pace. Ceterum Elideus Bononiensis, Præceptor meus, *vt alibi dixi*, pro sanguine coagulato e corpore hominis expellendo, tum a casu, tum percussione, concussione, & cõquassatione sequenti remedio vtebatur: ℞. *mummiæ. rhab. electi ana* ʒ j. *rubiæ tinct.* ℈ *ij.* misce cũ dec. *pullæ nigræ* ℥ *iij.* Vel capiat cũ aliqua aqua cõuenienti At

Ad casum remedium expertissimum.

ti. At pulla integra coqui debet cum pennis & viſceribus, eadem prius ſtrangulata; nec aliter occidi debet: nam ita decocta plurimum præſtat in hoc, quadam proprietate occulta. Sed ante huius potionem præſtat venam incidere; ventoſas applicare, ſi opus eſt, ad diuerſionem: & in pauperibus vti poteris *rhapontico*, loco *rhabarbari*. Sed cũ exemplis res clarior euadat, præter multa iam antea a nobis citata, illud Amati de pueri cuiuſdam caſu, deſcriptum *centuria 3. curat. 9.* nunc adſeramus. *Puer*, inquit, *natus annos circiter octo, ex fene-*
139 *ſtra cecidit alta, ex quo lapſu per duos tamquam emortuus iacuit dies, ad quem accedens ipſe protinus cum totum conſpexiſſem, & nullibi vulnus aut fracturam luxationemve habere deprehendiſſem, ipſum in ſindone vino ſtyptico & bene calido immerſa, ac paululum manibus expreſſa, conuolui, & in lecto optime cooperiri feci. quo remedio copioſiſſime ſudauit, & ſanus factus fuit.* Eſt autem huius generis remedium apud Hiſpanos in omni lapſu admodum frequens, & vſitatum, a ſcribentibus de caſu & offenſione prætermiſſum, quum tamen potiſſimum ſit. ſi tamen æger ebibere illo tempore aliquid poteſt, inter tam multa ab auctoribus ſcripta, & ab Argillata in ſua Chirurgia citata, ad pulueres Meſuæ cap. *de Rhab.* conſcriptos confugimus, quos in potu tribuimus, & ita habent: ℞. *rhab. boni acerbi* ʒ j. *mummiæ gr.* ij. *rubiæ tinctorum, vel vt aliis placet, grani tinctorum gr.* j. ß. omnia puluerizentur, & vino ſtyptico excipiantur; & bibat. Porro vinum ſtypticum in quo ſindon imbuta fuit, ſic conficitur: ℞. *vini rubri vel fului boni lib.* x. *cui ſuperadde roſarum rubearum ſiccarum, roriſmarini, ſummitatum myrti ana m.* ij *in cacabo vel caldario ad ignem* fiat decoctio. In quod vinum ſindon vel ſtragula immergatur, & parum manibus exprimatur, & eo calide optime æger inuoluatur. Quomodo autem ſtypticum hoc vinum ſudorem euocet, percontabitur forſan quiſpiam, cum ſua adſtrictione id corpus conſtringere potius quam dilatare, ratio dictet? Nos huic dubio reſpondentes, dicimus ita huic vino euenire, veluti *oleo roſis* concinnato, & inde *roſaceo* dicto, quod ob contractum a roſis ſtypticitatem penetrantius ſit, quã per ſe oleum eſſe cõſueuit. Sic & acetũ, ob partes conſtringentes ſuas, ſubtiliores impellit, ideoq; magis penetrat. Vinum igitur hoc per expiramenta ingreſſum, commotos ex lapſu humores ſubtiliat, & extenuat, quos ſic extenuatos & in vaporẽ reſolutos, per expiramẽta ſiue exiguos omnes corporeę molis meatus (*πόρους Græci vocant*) natura eiicit, qui poſtea in cute cõdenſati frigiditate, in aquam vertuntur, & ſudor reſultat. Vel ſi magis placet, dicas naturam, roboratam vini ſtypticitate, ad cutem exteriorẽ, per eius poros, eos humores, qui membrum obſedere aliquod, tranſmittere, ex quibus ſudor conſurgit. At & alterum exemplum de caſu, eiuſdem Amati, *in curatione* x. *ſequentis* poſitum & hic ſubiiciamus. *Morena Hiſpana, meretrix Romæ famoſiſſima, quũ domum inſtaurari curaret,*
140 *quam paucis ante diebus mille & quingentis aureis ducatis emerat, contigit, vt ex quadam parte caderet, a quo caſu vniuerſum eius corpus cõtuſum fuit: imo variis in locis ſigna quædam apparuerunt, quæ Græcis hypopiaſmata, Romanis ſugillata & liuores vx ictu prominentes, aut vibices appellantur. Ad hanc igitur accitus ipſe, ilico pedis venam ſapheram dictam ſecari feci, ſanguinisque* ℥ v. *fluere permiſi, quæ ſanguinis miſſione pulueres, prædicta curatione deſcriptos ebibendos quoque illi dedimus, & ſtragula vino rebus ſtypticis confecto immerſa, ac manibus expreſſa, eam obuolui fecimus, & in cubili optime cooperiri, quibus optime ſudauit, & intra quinque dies ſana euaſit. Porro a vino iis diebus ſemper abſtinuit, & pro victu panatellam, vel panem lotum, ſaccharo coopertum, aut huius generis ſimilem cibum accipiebat.* Ceterum vibices ex thapſia ceræ mixta, remedio, ſi Plinio credimus, Neroni ſatis familiari, breui ex toto euanuerunt. Nam & ceruſa raphani ſucco excepta ad eadem multum valet, vt albumen oui per ſe aut conſtringentibus pulueribus mixtum, vt cetera alia varia prætercam remedia, ſecundum varia tempora morbi adhibenda. Huius morbi curationem proſequitur Galenus *lib. 5. de compoſ. medicam. ſecundum loca cap. primo:* ex quo paucula hic ſubiiciam verba, vt neoterici noſcant (*inquit Amatus*) quanto errore detineantur in curandis vibicibus ii, qui ilico morbi initio *balauſtiis, corticibus granatorum, myrto* & aliis conſtringentibus remediis, & potentioribus vtuntur: quod quam a Galeno alienum ſit, & a vera curandi methodo, hæc ipſa Galeni verba ex loco citato teſtantur, quæ ita habent: *Dictum etiam antea a me eſt, quod ex diſcuſſoriis medicamentis in principio præſtantiora ſunt, quæ modicam aſtringendi vim complectantur, qualia ſunt roſa & melilotum & crocus: non tamen ex euiuſmodi pharmacorum numero eſt myrtus, vtpote vehementer adſtringens: quapropter ego numquam ea vti (inquit Amatus) auderem, præſertim ſi iam liuidus ſit color ſugillatorum.* Hactenus Galenus: qui myrtum pro iis curandis vibicibus vituperare videtur. Sed de vibicibus videnda ſunt ea, quæ diximus *libr. 5. de tumoribus præter naturam ſcholio obſ. 4.* Huc ſpectant ea quæ conueniunt verberatis & percuſſis cũ virga, & vbi verbera vel percuſſiones cadunt ſupra membrum aliquod: ℞. *ſulphuris, ſalis ana p. 8.* terãtur, & miſceantur cum duplo mellis, & decoquantur ad ſpiſſitudinem, & ſupponatur locis
affectis, confert attritionib. neruorũ & lacerto- 141
rum, propter caſum vel obuiationem venientibus. Alii vero inungũt loca percuſſa flagellis cum *oleo roſ.* mixto cum puluere *boli arm.* & *myrrhæ:* nam mitigat dolorem, & locum affectum ab inflammatione arcet. Tranſactis tribus diebus aut quatuor, inungantur *oleo irino*, vel *ſambucino calido*, & poſtea in proceſſu cum ſequenti: ℞. *reſinæ* ʒ iij. *ceræ* ʒ j. ß. pone ad ignem, & liquefactis adde *terebinthinæ* ʒ ß. *olei communis lib.* j. *fœnugraci, tiniris ana* ʒ ij. bulliat aliquantulum, deinde cola, & cum eo mane & veſperi ante cibum inunge. Decoctio contra caſum & hæc experta habetur: ℞. *nepitæ, agrimoniæ, piloſellæ, calaminthæ, pentaphylli, pim-*

Amati hiſtoria, de cuiuſdam pueri caſu.

Alia Amati hiſtoria, de caſu.

Ad vibices.

De verberatis & percuſſis virga.

Ad attritionem neruorum, & muſculorum, ex caſu.

Ad flagellatos, & verberatos.

Decoctio contra caſum experta.

li, pimpinellæ, melissæ ana m. ß. rad. valerianæ, consolidæ maioris ana ℥ j. sem. anisi, fœniculi, rubiæ tinctorum, nucis muscatæ ana ʒ ij ß. folior. senæ ℥ j. ß. mumiæ ʒ j. rhapontici ʒ ij. fiat decoctio in s. q. aqu. pro. lib. j. ß. dulcoretur cum *melle rosato.* capiat mane *cyathum vnum.*

Observatio XXXII.

De iis qui ex nimio pondere leuato aliquid mali in corpore senserunt.

QVIDAM ob leuationem lignorum crassorum ac ponderosorũ incurrit pectoris conquassationem, vnde & dolorem ingentem patiebatur in pectore iuxta axillam, prope mamillam dextram, vt ægre tussire ac anhelitum trahere posset. Cum autem iste dolor perduraret per quindecim dies, tandem vocatus est ad eum Laurentius Bruninck chirurgiæ doctor insignis: qui cum metueret ex vena aliqua rupta ex pondere leuando sanguinem concretum esse, phlebotomiam adhibuit in manu dextra ex saluatella eiusdem lateris dolentis. Postea vsus est continuando hac decoctione: ℞. *calamenthi, hyssopi, absynthij, nepitæ, sanamundæ ana m. ij. melissæ m. iiij* fiat decoct. in aqua communi, & cum melle fiat syr. longus. Loco vero dolenti apposuit oxycroceum: & breui curatus fuit. Quemadmodum & in illo, qui ex Flandria adueniens, simili casu afficie-
142 batur, apposito *oxycroceo* circa mamillam, dolor qui durauerat per sex menses, euanuit. Ita & nuper alius, qui ex pondere leuando ingentem dorsi dolorem habebat, vt vix se mouere posset, qui me consultandi gratia accesserat cum lotio. Cui hanc potionem præscripsi: ℞. *melissæ, nepitæ, hederæ terrestris, viol. scabiosæ, pilosellæ ana m j. liquir. rasæ* ℥ ß. *sem. anisi, nigellæ ana* ʒ. j. *folior. senæ* ʒ vi. *rhab. selecti, agarici ximin. ana* ʒ j. *spicæ, squinanthi, zinz. alb. ana* ℈ ß. *vuar. pass. enuic.* ℥ ß. coquantur in aqua communi pro ℥ vi. & fortiss. expressioni adde *oxymellis simplicis* ℥ j. *vel syr. acetosi simpl. mumiæ, nucis moscatæ ana* ℈ ij misce. fiat potio pro duabus dosibus matutinis. Inunxit autem primo cum *oleo rosaceo* & *myrtino,* postea adiecto *oleo chamomill.* deinde appositum est *oxycroceum.* Hac etiam potione felicissime in conquassatis vti soleo: ℞. *folior. senæ* ʒ iij. *infunde in* ℥ v. decoct. communis: & fortiss. express. adde elect. de *succo ros.* ʒ *iij. mumiæ, nucis moscatæ ana* ℈ *j. oxymell. simpl.* ℥ ß. fiat potio, sumenda in diluculo.

Scholia.

IN omni corporis læsione, ex hastiludiis, casu, offensione, concussione, attritione, ex ponderum leuamine, percussione, aut quauis conquassatione interna, præstat aliquando phlebotomiam statim adhibere, si omnia iam sæpius a nobis dicta consentiant. Quidam, vti diximus, pelle ouina recens dilaniata, sale conspersa ægrum calide apud ignem inuoluunt, & dimittũt vt sudet quantum ferre potest: sed mox deposita pelle obliniunt *oleo rosaceo, myrtill.* & *chamomill.* & antequam pellem deponunt, dant hanc potionem: ℞. *rhabarb. electi* ʒ j. *mumiæ* ʒ ß. *rub. tinct. gr. iij. puluerizata ponantur in aq. end.* ℥ *iij. vini albi* ℥ j. addendo ℥ *j. vel* ß. *syr. acetosi simp. & fiat potus.* At si læsio sit inueterata, detur vinum decoct. *melissæ, calamenthi, nepitæ, valerianæ, sanamundæ.* Hic potus ad soluendum sanguinem congelatum ex casu egregie commendatur. ℞. *pul. carbonum vstorum, tiliæ arboris cochlear paruum, &* exhibeatur cum lacte ebutyrato, calide, ad quantitatem boni 143
haustus, mane & vespere: & post duos dies haustum ceruisiæ calidæ, cum paruo cochleari olei oliuarum mane & sero sumat: & ita continuando ad duos tresue dies, si quis sit sanguis congelatus, per secessum exibit, vt experientia probatum est. Dicitur & succus *hederæ,* si bibatur mane & sero, sanguinem congelatum e corpore educere. Alii quassatis, vt *Æmilius,* butyrum antiquum igni appositum cum radicibus *saluiæ* colatum per pannum, cum calida ceruisia commode exhibuerunt, quidam, ne apostema fieret post casum, modo non adesset magna caliditas, ʒ *j. pul. rubiæ tinctorum* dedere. Sed & hic potus egregie conferre traditur iis, qui ex nimio pondere leuãdo quid mali sentiunt in corpore: ℞. *butyri recentis* ℥ *ij. casei viridis ouilli* ℥ *j.* liquefiant simul supra ignem, & exprimantur per pannum, aut secacco excipiantur. tunc ℞. *ceruisiæ Gedanæ aut alterius optimæ lib. j. spermatis ceti, nucis moscatæ ana* ℥ *j. misce cum butyro* suprascripto, & fiat potus, capiat bis in die, deinde & hæc applicentur loco affecto: ℞. *folior. viol. m. ij. contundantur,* addendo *surfuris tritici macri m. j. axungiæ porcinæ* ℥ *ij.* ß. *aquæ vitæ,* ℥ ß. vel parum plus. misce, & appone. Verum & hoc conditum a quibusdam in forma opiatæ probatur: ℞. *mumiæ, capill. Ven. millefolij, hypericonis ana* ʒ *j. sem. ameos, cyperi longi, myrrhæ ana* ʒ ß. *nucis muscatæ, rubiæ tinctorum, spermatis ceti ana* ℈ *iiij. sem. nigellæ, trochis. de agar. costi dulcis & amari, boli arm. terræ sigill. ana* ℈ *j. oxyzac. compos. q. s.* fiat opiata, detur ad magnitudinem fabæ, vel ʒ j. cum vino calide, vel paulo plus, pro vice, & omnis sanguis coagulatus se ipsum diuidet, & expelletur, vti probatum est sæpissime, modo deinde detur semel decoctum senæ, cum pul. pas. sauant duplicato rhabarb. ʒ ß. vel ʒ j vtendo pro euacuatione. Ad contorsionem valet sequens: ℞. *olei ros. olei myrtini ana* ℥ ß. cum *albumine* oui conquassentur: & inungatur locus: & desuper aspergatur puluis *dactylorum, myrtill. & ros.* Sequens quoque probatur ad fluxum sanguinis ex vulnere vel conquassatione in interioribus: Radix *osmundæ* teratur, & cum ceruisia recenti detur vulnerato: statim facit sanguinem exire cum impetu, & istud fertur sæpe expertum. Idem præstat succus nepitæ, si bibatur, & sine mora sanguinem expellere dicitur. Quidam cum cecidisset ex equo, mansit sine loquela per magnum tempus: deinde post sanationem permansit diu stolidus:

Si læsio sit inueterata.

Potus soluens sanguinem congelatum ex casu.

Quassatis.

Potus conferens iis qui ex nimio pondere leuando quid mali sentiũt in corpore.

Opiata.

Ad contorsionem.

Ad fluxum sanguinis ex vulnere vel cõquassatione ad interiora.

Quidam ex equo cadens, manens deinde sine loquela, & postea stolidus.

144 dus: quem Petrus cum *syr. mellito* & decoct. *stæchad* curauit. Auicennæ auctoritate, seu prima, tertii.

OBSERVATIO XXXIII.

De submersione aqua.

CVM puer essem sex aut quinque annorum (vta parentibus postea accepi) cecidi in aq̃, & fere submersus fui. Sed astantes eum me ex aqua contraxissent, super cupam rotundam circumuoluerunt, vt ita aqua vomitu per os exiret, & ita liberatus fui. Attamen hoc ipsum non semper mihi probatur, cum aliqui hoc modo subito extincti sint, qui violentam illam motionem & capitis gyrationem, ac subsequẽtem inde vomitionem, totiusq; corporis interius perturbationem tolerare non poterant.

SCHOLIA.

De submersione aqua. DIXIMVS paulo ante ex Guidone *submersionem esse vel fumi vel aquæ præfocationem.* Si igitur immersus fuerit quispiam, consulit Halyabb. *sermone sexto partis secundæ*, vt pedibus suspendatur capite demisso, vt eo modo commodius aqua ab eo exeat. Post hoc iubet & Guido *cap. proprio*, vt acetum decoctionis piperis accipiatur, quo submersus sæpius gargarizet os suum, deinde aquam ciceris aliquibus diebus sorbeat. Huius quoque exemplum alibi posuimus, de infante, puellula circiter trium annorum, quæ in vasculum aqua saponis plenum demersa fuerat. *De submersione fumi.* Ceterum si fumo aliquis dissolutus fuerit, aut præfocatus, si spuma ad os feratur, nulla via superest ad eius salutem. Si autem non spumauerit (*ita enim Guido loquitur*) oleum *violarum* gargarizet, & aquam tepidam decoctionis frumenti sorbeat, & calida cibaria pinguia deglutiat. Sed nunc denuo ad vulnera redeamus, & de iis dicamus, quæ morsu fiunt, aut ictu animalium venenatorum.

145 OBSERVATIO XXXIV.

De ictu ac vulneribus illatis ab animalibus venenatis.

PLVRIMA animalia (*vt in Scholio sequẽti dicturi sumus latius*) ictu nocent. Sic ego anno 1539. cũ Louanii in initio studii mei artis medicæ, post solstitium æstiuale forte fortuna circa mœnia ciuitatis, gratia addiscendi & colligendi herbas deambularem, ex apum aculeo fortiter ictus in extrema & molli cute indicis, ad carnem penetrante, intolerabili cruciabar dolore; ita vt nec comedere, alioqui sanus, neque bibere, aut dormire possem: & aculeus cuti infixus ac latens, minime extrahi potuit. Quamobrem perlustratis quibusdam libris medicis (*quorum copia mihi tironi adhuc rara erat*) tandem incidi in cap. 90. Diosc. de lauro: idque primo per indicem curationum morborum in Dioscoride contentarum: quærens scilicet aculeatorum ictus remedia: & inueni, Laurum, maluam, sisymbrium, anisum, althæam, & similia conferre, & ad hunc casum vtilia esse. quare recurrens ad caput 90. citatum de Lauro, ita scriptum inueni. *Habet autem excalfactoriam naturam, & emollientem: unde decoctum eius baccarũ in muliebres insessus additũ, vuluæ, & vesicæ vitiis cõuenit. Virentia folia sensim substringunt, illita quoque ac trita vesparum apumque ictibus opitulantur*, &c. Hac auctoritate igitur inductus, altero die post puncturam accepi folia viridia ipsius lauri, & fortiter pistillo ligneo in mortario lapideo contudi, & emplastri modo hora nona ante meridiem loco affecto apposui, & sensi statim attractionem vehementem, ita vt ante prandium magna ex parte dolor ille ingens cessauerit: quare dolore sedato, & viribus recreatis ex cibo quem tunc prius sumere potui, post meridiem deinde nullum vestigium doloris in digito relictum est: 146
quare & hora tertia pomeridiana emplastrum cum amouerem, vidi aculeum prorsus extractum & radicitus ab emplastro euulsum, ita vt supra carnem digiti vulnerati seu icti iaceret: eoque aculeo amoto denuo emplastrum per totam noctem admoui: qua nocte etiam optime dormiui: & mane abiiciendo emplastrum, nullo alio medicamento vtens, sine dolore tum sanus euasi. Multa itaque, vti diximus, animalia ictu nocent. Ita memini quondam Iacobum Teyliogium (*a quo id ipse audiui, licet non interfuerim*) cum in mari nataret, ac in littore piscis ille acanthius marinus dictus (*a vulgaribus vero Pieterman*) clam iaceret, ad eius pinnas venenosas cum digitum pedis offendisset ac læsisset, tanto dolore affectus est, vt hominem ad insaniam conuerti dixisses. Adfuit tunc fortuito piscator marinus quidam, qui statim subligaculo ex brachialibus detracto digitum pedis ictum quam strictissime ligauit & constrinxit, vt digitus pœne stupidus fieret (*hoc enim vnicum remedium ad ictum huius piscis venenati ferunt*) & ilico liberatus fuit. Refert Galenus *3. de locis affect. cap. eodem*: *Cum nuper ictus esset a scorpione quidam, videor mihi videre*, inquit, *quod grandine percussus sim, & subinde omnino ri frigidatus est, sudore etiam frigido accedente: sed tandem debitis adhibitis remediis, non sine negotio seruatus est. Sæpenumero enim infigente aculeum scorpione in neruum, aut venam, aut arteriam, manifeste videmus percussos vehementissimis infestari accidentibus. Atqui scorpionis aculeus, totam cutem penetrando, ad profundum vsque potest peruenire. Expertus sum etenim, cum Alexandriæ essem: Rusticus quidam non longe ab vrbe in vno manus digitorum draconis ictu percussus est: eius radicem apud palmam validissimo vinculo ligauit, accurrensque in vrbem, ad familiarem sibi me-* 147
dicum totum digitum ab ipsa dispositione ad palmam vsque abscindendum præbuit, sperans se inde nihil amplius mali passurum. Neque frustratus est sua spe: quippe nihil aliud facters saluus euasit. Similiter alium noui, qui epoto e viperis medicamẽto, reciso prius digito, a periculo liberatus est. Vidi præterea rusticum, cuius totum digitum vipera momorderat, qui falce, quam tunc forte habebat (erat enim agricola) ab vltimo articulo istam partem resecant, deinde inducta in digito cicatrice, nullo sumto medicamento. sanatus est. Hæc Galenus. Sed & ego apud præceptorem meum

meum Elideum quoque vidi, cum aliquis ex nostris condiscipulis *(cum quo vna agrum quendam Iudaum inuisebamus)* a scorpione in loco humido supra pedem per caligam ictus esset *(habebat autem calceos in suprema parte excisos)* præceptor iussit, vt ipse palma audacter scorpionem eundem percutiendo enecaret, ac emortuum scorpionem vulneri adalligaret, quod & fecit *(nam hoc vnicum & præstantissimum remedium esse, præceptori suo & merito credebat)* & nihil deinde mali sensit. Eo autem tempore hæc vidimus Bononiæ, cum præceptorem in praxi sequeremur. Refert & Amatus *cent. 6. curat. 31.* histariam cuiusdam viri, qui a scorpione in manus digito punctus, cum & ibidem multum doleret & refrigeratus totus contremeret, per totum etiam corpus dolores, cute tota quasi acu puncta, formicantes patiebatur. Ceterum & hic scorpionem, a quo punctus fuerat, ilico interfecit, eumque contudit, & contusum puncto digito superposuit : & breui a dolore liber fuit. Ad aliquot tamen dies, digitus totus excoriatus fuit, & quasi ab igne exustus redditus, quamuis ex toto sanatus. Scorpius itaque qui læsit contritus & super locum positus, iuuat, vt testatur Dioscorides, sic dicens, libro sexto, suæ medi-
148 cinæ : *Remedio erit scorpionis punctura scorpio ipse, qui læsit, contritus, & super locum impositus, tamquam iniuria vindex, & perniciem quam intulit* corpore suo *luens* & subdit: *Prodest & scorpius quicumque, eritus, cum sale, ac lini semine, & althæa herba impositus.* Sed & Romæ puerum vidi apud Gissibertum Horstium medicum Xenodochii S. Mariæ Consolatricis Romæ, præceptorem meum carissimum, eiusque filium vnicum, qui cum luderet *(vt ipse præceptor mihi narrauit: nam antequam Romam accesseram hæc euenerunt, cum puer iam adoleuisset)* cum viperis, quas in horto in vase magno lapideo ipse Gisbertus alebat, valde alto & quadrato, vt inde exire non possent: verum cum torrida æstas esset, & canicula fulgeret *(quo tempore & atrociores, & agiliores sunt viperæ)* vna quædam ex viperis ex vase exsiliit, puerumque colludentem in manu momordit: quem repperit deinde mater, hortum intrans, semimortuum vipera non long a puero se conuolutante. Conuocantur medici quamplurimi, nam Gisbertus facile primarius medicus Romæ, pater ipsius pueri, in vla longius ad suos ægros diuerterat, vt reperiri non posset, quamuis tandem ad puerum & filium suum venerit, quem alii medici tractabant, eumque vtpote inuidi obiurgabant, quod necis occasionem filio dedisset, ob viperas in horto suo reseruatas. Ceterum cum auxilia eorum non proficerent, Gisbertus filium arripuit, & vsque ad brachium, locum veneno affectum ex morsu cum sentibus ac rubi spinis scarificauit : & in sperso aceto, ac aliis adhibitis alepipharmacis, filium præter opinionem aliorum medicorum a morte liberauit. Ex quibus etiam liquido constat viperæ virus diebus canicularibus magis incalescere ac inualescere, & vim suam maxime exerere. Hinc & Alanus inquit : *Vipera virus habet, quæ cum*
calet & excandescit, euomit illud, prohibe ne calefiat. 149
Ideo autem vipera dicitur, quasi *vi pariens*, quia non nisi ruptis visceribus parere dicitur, neque concipere sine maris interitu ; nam dum concipit, caput, quod coitura semper in os sumit, abrodit. Neque igitur patrem neque matrem viuentem vipera prospexit, benignitate forsan naturæ, ne tam sæua pestis nimium multiplicaretur. Porro venenosa sunt omnia illa animalia, quorum natura quam longissime distat ab humana temperie, aut opposita & inimica est speciei : qualia sunt *serpentes, tyri, dracones, lepus marinus, & carnes assatæ & statim suffocata, & pisces frigidi, & morticina carnes & putridæ,* & quæ a fulgure sunt percussa & mortua, & quæcunque patiuntur rabiem. Sed de his latius in Scholio sequenti. Refert autem Amatus Centuria 3. curation. 14. *quod veris tempore properante, æstate nempe ineunte, duo iuuenes Ancona Auximum ciuitatem proficiscebantur : quorum alter cum ab itinere meiendi gratia deuertisset, viperam prope arboris cauernam offendit, magno quidem applausu, sed infelici successu. Contendebat enim is cum socio, affirmans, se viperam illam manu sua, absque offensa aliqua capturum : gloriabaturque nonnullis murmuratis aut susurratis a se verbis serpentes omnes tamquam stupore affectas illi obedire. Alter vero hunc deridebat. Tandem ad sponsiones res deuenit ; sed vipera plus iusto audax, truculenta, immota semper mansit.*

Demum cum is manum porrexisset, vt illam caperet, illa rabido & venenoso furore percita, eleuato collo ipsum in manus digito momordit : qui cum sic commorsus doleret, citissime ori digitum admouit, forte vt sanguinem dentibus compresso digito sugeret, non vero vt mortem sibi consciceret ; sed breui infelix hic sua culpa mortuus fuit : neque medica auxilia illum quicquam iuuerunt : euasisset tamen, ni serpentis venenum ori admouisset.

Romæ autem tunc Anconam not recipiebamus.
Hactenus Amatus : apud quem etiam videre 150
poteris egregiam curationem cuiusdam puellæ a vipera morsæ, & sanatæ, *centuria prima, curatione prima*, de viro quoque Anconitano, qui serpentem interfecerat, & ilico de capitis dolore queri cepit, febricitauit; ac demum in dies grauiora omnia sensit symptomata; ac vndecimo die obiit. Vxor quoque Nicolai Secretarii Haghani, cum sæpe cum simia domestica colluderet, digitum ei momordit simia, vulnusque inflictum valde difficulter a chirurgo persanari potuit.

SCHOLIA.

De vulnere ex morsu vel ictu animalium venenatorum, tum aliorum non ita noxiorum illato, & de morsu canis rabiosi.

DE vulnere ex morsu vel ictu animaliũ, tum venenatorum, tum aliorum non ita noxiorum illato, & præsertim de morsu canis rabiosi, nunc scribamus, quamquam de morsu canis rabiosi, & hydrophobia seorsum exempla posuimus, nempe *lib. 10 obs. & curat. medic. nostrarum, obs. 27.* de monacho Augustiniano, ex morsu canis rabidi hydrophobia correpto, & miserabiliter deinde vitam finiente: ac etiã in Scholio eiusdem obs. de puero & puella a cane rabioso morsis, qui ad mare missi fuerunt, nostro consilio, vt aquæ immergerentur, & ita liberati sunt. Attamen nunc agendum nobis esse diximus, de *vulneribus* quæ ex morsu punctuve animalis inferũtur, & præsertim canis rabiosi, aut alicuius venenatæ feræ aut bestiæ: quamuis quidam de iis pauca memoriæ tradiderunt, quippe quæ non adeo frequenter accidant; & si aliquando inciderint, solent rustici ac plebeii homines, neglectis chirurgis (*vt & Guido dicebat capite proprio, & post eum Tagautius, singula eiusdem verba explicans*) ac medicis, medicamentum præsens ad hæc ipsa conficere, ex *alliis, cepis & oleo*, quod cataplasmatis modo vulneri imponunt. Adde quod exquisite de iis tractare, magis ad medicum (quem *physicum* appellant) quam chirurgicum, nisi quatenus ad vulnus spectat, pertinet. Itaque qui absolutam eorum cognitionem desiderat, ex Arabicæ familiæ scriptoribus, Auicennam, Rhasem & Rabbi Moisen, & ex recentioribus barbaris Henricum legat oportet; qui de omnibus fere venenis fusissime tractauerunt. Sed multo his doctius atque accuratius de eisdem morsibus & ictibus ve-

Qui præsertim auctores tũ recentes, tum veteres, de venenatis vulneribus scripserunt.

151 nenatorum animalium scripserunt, *Aetius Antiochenus, Paulus Ægineta, Cornelius Celsus, Actuarius, Oribasius*, & ante hos omnes adhuc *Dioscorides*. Quos omnes, si velis, hac in re poteris consulere, aut vnum saltem ex illis, quem placebit, deligere. Tãtum enim hoc loco vniuersalem vulnerum ex morsu pũctuve illatorum curationem referemus, atq; eam duntaxat adhuc, quam chirurgia maxime molitur: de aliis enim egimus satis in peculiari libro, in quo de Venenis ex proposito tractauimus. Itaque morsus animalium punctusve duplici constant differentia; alii enim sunt venenati, alii vero minime. *Venenati* dicuntur, qui a virulentis bestiis inferuntur; cuiusmodi sunt *rabiosus canis* (quidam volunt quemcunque morsum canis in diebus canicularibus venenatum esse, ac eodem modo vt venenatum debere curari) *serpentes, peregrina angues, scorpio, basiliscus, draco, vipera, coluber, mus, araneus, phalangium, aspis, & id genus aliæ virus eiaculantes feræ*. Cõtra vero non *venenati morsus* dicuntur, qui ab animantibus non ita virulentis imprimuntur, infiguntur ve: cuiusmodi sunt *canes domestici, simia, homo, equus, sues tam domestica quam syluestres*, felis in domibus oberrans (quem nominant *ælurum*) & similia. Ictu quoque hominum corpora lædunt, *vespæ, apes, musca, culices, pulices, & cimices*. Sed qui a vespis & apibus pũctus infiguntur, plus noxæ ac doloris inferunt (*vt ipse expertus sum, sicut & præcedente obseruatione ostendimus*) interdũque chirurgi operam desiderant. Omnis autem fere morsus (si Cornelio Celso credimus) habet quoddam virus. Paulus non addubitat ipsius etiam hominis morsus cum virulentis bestiis sociare. Si quidem (*inquit*) maligniores multo ceteris aliis vlceribus apparent; præsertim si qui morsum intulit, ieiunus fuerit, idemque bilioso temperamento, atque antea legumina pro cibo sumserit, atque inprimis lenticulam. Ea propter quæcumque communiter in aliis virulentis morsibus, vel ictibus, commemorantur ac prosunt, eadẽ quoque in his morsibus extrinsecus per initia adhibere conuenict: exceptis nimium acribus & causticis, id est, adurentibus. Ceterum morsus ipsi, ac punctus, in quibusdam, quod ad rationem curandi attinet, conspirant, & in quibusdam euariant. Conueniunt quidem in eo, quod neque desiccantia, neque repellentia, neque cicatricem inducentia (*quorum natura adstrictoria est & desiccatoria*) desiderant, quin potius attrahentia, dilatantia, relaxantia atque emollientia statim ab
initio ea postulant. Tam hi etiam quam illi sedu- 152
lo purgare appetunt, ac demum postquam vlcera probe fuerint repurgata, cicatrice obduci. In hoc autem differunt, quod morsui non venenato abunde satisfaciunt domestica (*vt vocant*) attrahẽtia, & maturantia: cuius generis sunt *cepe & allia* tam agrestia, quam satiua, cocta, trita & cum *fermento, oleo & sale mixta*. At vero, si vulnus morsu aut ictu virulentum aliquod animans homini intulit, quæ vehementer etiam trahunt, ne virus interna subeat, & ad cor serpat (cuius destructionẽ ex suapte natura semper appetit) statim erunt admouenda, vt *cucurbitula*, loco prius scalpello inciso, & emplastra quædam valide virus extrahentia, quæ statim coniungemus. Deinde candenti ferro (*si patitur locus*) vulnus adurendum est, aut caustico saltẽ aliquo medicamento, ac vehementer excedente vtendum. Eiusmodi enim vulnera omnia lethalia sunt, & præsentẽ sæpe perniciẽ (*si protinus nõ succurritur*) adferũt. Proinde & extrema illis (*iuxta Hippocratis consilium*) adhibenda sunt remedia, Vsque adeo vt membrum, quod sic a lethali ac virulenta fera, vel morsum vel ictum est, interdum præcidere seu amputare conueniat: vt vinitor ille apud Galenum fecit, de quo in præcedente obs. diximus. Porro venenatos morsus, aut ictus punctusve, iis sequentibus notis deprehendes. Vulnus insignum valide dolet: punctionis enim & mordicationis sensus vehemens in afflicta parte persentitur: vulneris item atque affecti loci color perit, ac mutatur; aut enim rubet atque inflammatur, aut liuet, vel nigricat; laborãs grauibus angitur molestiis, ac totus ardet: corpus totum eius ipsius, qui vel demorsus, vel ictus est, ita nonnumquam obstupescit, ac talem (*vt sic dicam*) obdormitionem sentit, vt tangentem non sentiat. Verum nihil fere in iis perpetuum est. Neque enim dolor semper adest vehemens, aut atrociter molestans in omnibus eiusmodi ferarum ac

Morsus ac punctus animalium duplices. Virulenti morsus, & nõ venenati.

Morsus omnis quoddam virus habet.

In quibus conspirẽt & inuicem dissideant virulenti morsus, & non venenati.

Venenum semper cor petit.

Cur aliquãdo membra icta vel morsa a venenatis feris sint amputanda.

Morsuum ac punctuum venenatorum notæ.

rum ac

Morsus canis rabiosi per initia nihil molestiæ adfert, præter quam ex vulnere dolorem.

tum ac bestiarum venenosarum tum ictibus tum morsibus: sed in quibusdam satis remissus est, vt in morsu canis rabiosi. Nec enim protinus infestum quicquam, vbi momorderit (*vt inquit Dioscorides*) infligit canis rabidus, nisi vt vulnus dolorem: hoc est statim quidem vbi morsu, excandescens rabie canis, in partem aliquam vulnus intulit, nihilo plus doloris aut molestiæ ab initio adferre videtur quam non rabiosus. Sed & quia

Scorpionis ictus, quæ symtomata inuehat.

153 scorpionis ictu dolor accidit, modo decrescit, modo intenditur, ac nunc feruor, nunc frigus, tum percussum locum, tum corpus totum vicissim inuadit, *vt Paulus annotauit*, &, vt breuiter dicam, sua cuiusq; animantis morsibus & ictibus propria ac peculiaria signa sunt, *vt videre est apud Dioscoridem, Paulum, Aetium, Cornelium Celsum, & alios, qui de venenatis hisce bestiis fusius & accuratius scripserunt*. Ceterum aliis venenatis bestiis (*quod apud nos rarissimæ sint*) prætermissis, operæ pretium non abreduximus, si vnius rabiosi canis particulatim meminerimus: siquidem hoc animal & fœcundum ptonentu, id est, frequens, & contubernale homini, ac domesticum esse consueuit: adde, quod & rabie sæpius corripitur, ac perit, vt ab eo difficile curari possit. Sed hæc omnia retulimus *lib. 10. obs. & curat. medic. nostrarum, obs. 29. de hydrophobia*, vbi illius mali non solum notas explicauimus, sed & curationem adiecimus: ideoq; ad illum locum lectorem relegamus: nam & ibidem ex Cornelii Celsi consilio curationem eius posuimus. Quare iam tempestiuũ esse arbitramur cõmunem virulentorum omnium vulnerum curationem his subiicere, tam ex Guidone, quam ex Tagautio, qui de hac re aliquid post Guidonẽ ex aliis adiecisse videtur.

Communis omniũ morsuũ & ictuũ virulentorũ curatio.

Virulentorũ itaq; omnium animantium morsus, aut ictus non nimium variam aut diuersam odam curationem desiderant, quamuis in ea multum antiqui variarũt, vt in singula genera bestiarum, siue animantium singula medendi genera præciperent, atq; aliis alia. Sed in omnibus eadem valde multa, maxime proficiunt. Itaq; quæ ad hanc communem medendi rationem attinent, primũ exponemus: deinde cursim perstringemus, quæ ad particularem peculiaremq; siue priuatam eorum curationem pertinent; quos rabiosi canes (*quod frequentiores apud nos sint, quam aliæ virulentæ bestiæ*) momorderint. Igitur in omni morsu, vel

Geminam esse curandi rationem, in omni morsu aut ictu venenato. Virus in corpus morsu, vel ictu eiaculatum, quibus auxiliis vacuetur.

ictu animalis, quod venenum vibrat, gemina est Galeno (*lib. 13. methodi medendi*) curandi indicatio: nempe virulenti ipsius liquoris vacuatio, & eius quod dolorem creat alteratio. *Sane* (inquit) *virus eiaculatum vacuant, tum excalfactoria medicamenta omnia, tum quæ citra calfactionem vehementer trahũt, veluti & cucurbitulæ, & cornua quædam, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtuntur. Sunt autem & qui ore suo virus extrahunt, ægra videlicet particula admota, ipsumq; vulnus labiis complexi. Huc sane pertinent & cauteria, & medicamẽ-*

Secunda, alteratio eius, quod dolorem creat.

154 *ta, quæ cauteriis similiter eschara efficiunt. Atque hæc omnia totam eius, quod infestat, substantiam exinaniunt. Alterum auxiliorum genus est eorum, quæ qualitatem per contrariam qualitatem alterant. Scilicet exhibentibus nobis, si vehementem calorem æger vel in ipso demorso loco, vel in toto corpore sentiat, auxilia refrigerantia, sin frigus sentiat, calefacientia.* Hactenus Galenus. Eius autem compendiosam dictionem & vniuersalem methodum sic interpretamur. Inter ea, quæ virus e profundo euocãt, primo medicamenta enumerat, quæ calfaciendi facultate prædita sũt, deinde cucurbitulas & cornua, postea vero oris suctionem, & postremo vstionem, quæ vel ferro vel medicamentis fiat. Itaq; de his singulatim nobis dicendum est, quo res peruia magis cuiq; euadat, ac modus vsus eorum neminem lateat. Id autem inprimis omnes scire volo, ea quæ modo ex Galeno retulimus auxilia, & id genus alia, quæ mox subiungemus, si primis diebus prætermissa fuerint, frustra postmodũ adhiberi: non enim virulentam illam materiam, quæ iam ad intima, neglecta curatione, pertransiit, satis euocare possent. Quare nulla vtique adiectionis eorum foret vtilitas, sed incassum corpora doloribus sternerentur. Inter ergo principia morsus aut ictus illati, hæc & similia adferenda erunt. Sed & priusquam hæc, quæ sic venenum extrahunt, atque eliciunt, admoueantur, supra vulnus membrum id, quod vel demorsum vel ictum est, deligandum erit, non tamen nimium vehementer, ne torpeat. Hac enim deligatura impedies ne tã subito virus interna subeat.

Membrum demorsum supra vulnus deligadum.

Oris suctio.

Itaque si lenior morsus, aut ictus est, oris suctio apprime conuenit. Homo igitur aliquis statim adhibendus est, qui vulnus exsugat. Sugentem vero oportet ieiunum non esse, sed & cibum sumsisse, & vino os colluisse: postea exiguum olei in ore continens, ictum exsugat, & exspuat venenum. Cauere etiam oportet, ne qui vulnus sic exsucturus est, internã aliquam oris partem exulceratam habeat: si quidem venenum (*vt supra retulimus ex Celso*) non gustu, sed in vulnere nocet. Attamen contrarium in illa Amati historia, *in obser præcedente* explicata apparuit.

Venena non gustu sed in vulnere nocent.

Sed & locus ipse, priusquam exsugatur, spongia in poscam calidam immersa, fouendus ac proluendus erit. Alii vulnus abluendum aqua censent, in qua decoctum sit chamæmelum & syluestris lapathi radix. Sunt, qui *gallinarum aut aliarum quarundam auiũ podicem* vulneri admouent, ad virus extegendum: & hunc magis laudarem, ob oris suctionẽ periculosam. Quod si quæ applicata fuerint volucres, moriantur, venenum 155 extractum esse suspicantur. Post hæc vero cinis aceto subactus, pro cataplasmate imponatur. Maxime autem ad hanc rem conducit, *cinis surmentaceus*, id est, ex lignis vitis, vel ficulneus, aut laurinus. Qui si non adsit, eo, qui haberi potest, vtendum est diligentia (*inquit Aetius*) id hoc potissimum adhibita, vt inflammatio in loco excitetur, & materiæ ad morsum prouocentur. Sal quoq; his vulneribus, præcipue (*si Celso credimus*) quod canis fecit, medicamentum est. si manus vulneri imponitur, superq; id duobus digitis verberatur: exaniat enim: ac salsamentum

Sal morsui canis rabidi optimum medicamentum.

quoq; recte super id vulnus deligatur. Porro in omni morsu tam venenato quam non venenato.

Vnguentum Dini.

Dinus hoc vng. vtebatur: ℞ *ceræ, picis nigræ, axungiæ vervecinæ, olei antiqui ana quart. j. galbani* ℥ j. fiat vnguentū. Morsibus vero aut ictibus venenaris magnis ac vehementioribus commode illinuntur, cæpe cum sale, & ruta, & sinapi quoq; & stercora: item iuglandes nuces, cum allio, sale & melle.

Auxilia aduersus magnos & vehementes morsus & ictus venenatos.

Emplastra quoque conferunt & cataplasmata ex dictamno & aliis medicamētis calfactoriis, quæ vehementem trahendi vim habent, apparata. Plurima enim ex iis non modo virus ipsum potenter eliciunt, sed & vulneris oras (*præsertim in rabidi canis morsu*) latas ac hiantes seruāt. Neq; enim permittendum, vt hæ cito coeant, aut committantur.

Aetius.

Præter opinionem autem facit Aetio ex viperis theriaca Andromachi, emplastri modo imposita. & impositum hoc sequens medicamentum, quod recipit *spumæ argenti, cerusæ, resinæ pinus ana lib. j. olei veteris lib. iij. ceræ* ℥ v i s. *ammoniaci thymiamatis* ℥ iij *galbani* ℥ iij. *cerusam, argenti spumam & oleum* coquito, donec non inquinēt manus: deinde liquefacta adiicito, vnito, & vtitor reposito ad omnem morsum, & ad abscessus & tubercula *mamillarum, panos sinus, fistulas, & parotidas, ad miraculum enim* (inquit) *conferentia ipsa.* Vtitor & ad carbūculos. Arcet vehemēter inflammationem, & raro citra magnā commoditatē & efficaciam adhibetur. Porro in magnis quoq; ac vehementioribus tum ictibus tum morsibus, potens est hoc subsequens emplastrū, quod acrioris est potentiæ:

Guidonis emplast. acrioris potentiæ.

℞. *galbani, sagapeni, opopanacis, assæ fœtidæ, myrrhæ, piperis sulphuris ana* ℥ ß. *calaminthi, menthastri* ℥ j *stercoris columbini,*
156 *anatis ana* ℥ ij. dissoluantur gummi ex vino, & in vnum misceantur omnia cum melle & oleo antiquo. & fiat emplastrum.

Cucurbitula.

At si vehementior morsus est, cucurbitulam cum largiori flamma adfigito. Sed ante circūmstantia loca altioribus vlcusculis (*si id membrū patitur*) scarificato, quo plus vitiati iam sanguinis illius corrupti extrahatur, & vacuatio obsistat, ne venenum membratim insinuetur. Attrahitur enim pluribus quasi canalibus, & foras euocabitur vna cum sanguine & spiritu, ij sius virulentæ bestiæ venenum. Si cucurbitula non adsit, quod tamen vix incidere potest, tū quodlibet simile vas, quod idem possit, vt caliculus vel pultarius (*vt inquit Celsus*) oris compressioris. Optime autem auxiliātur, si statim in principio post amotas cucurbitulas, super vulnus imponantur & cōuoluantur animalia parua discerpta, hoc est, per mediū diuisa, intus adhuc calentia, veluti sūt *gallinaceus pullus*, sed *mas* præsertim, hædus, *agnus, & porcellus.*

Animalia parua discerpta & virulento morsui admota.

Sic vero calida eorum caro statim percusso loco imponenda est, vt pars interior corpori iungatur: venenum enim exsugunt, & dolores leniunt. Fere autem inter cetera animantia magis placent *gallinarum pulli*, quia pe qui calidiore natura præditi sunt: argumento, quod deuoratū insigne virus eliquent, & aridissima quæq; semina consumant: item nonnunquam harenas, lapillosq; quos faucibus insinuauerint, dissoluunt itaq; animantis calore: spiritus ictæ partis impetum capessens, venenū exigit.

Abscedentes carnes amputandæ.

Porro a maioribus canis rabiosi morsibus, abscedentes carnes, hinc auferre, & labia acie scalpelli circumscribere, ac prehēsam hamo carnem amputare oportet: si modo tamen locus neque neruosus, neq; musculosus est. Hæc itaq; carnis circinatio, seu circumscriptio & sectio, scarificatione longe potentius opitulatur. Quod si locus carnis circumscriptionem & sectionem non admittat, cucurbitulæ (*vti diximus*) cum largiori flamma adfigendæ sunt.

Maiora vulnera in demorsis a cane rabioso inurenda, quam minora.

Nec vero maiora hæc vulnera in demorsis a rabioso animante, ita vereri oportet, vti minora, & vlcusculis cutis similia: maiori namq; vulnere copiosus sanguis emanās, potest nōnihil virulenti liquoris exhaurire: quod in minoribus non accidit.

Vstio expeditissimum est auxiliū.

At vero & vstio, contra ipsos virulentos morsus aut ictus, cum locus neruosus non est, & tuto inuri potest, expeditissimum censetur auxilium, vtpote cum ignis cetera viribus superet, ac simul virus domet, ipsiusq; vires hebetet, & penitius ferri, hoc est, ad intima illabi, non patiatur: simul quod pars ignē experta deinceps non vilem, nec indecoram loci instaurationem efficiat, manente diutius exulceratione. 157

Sanguinis missio.

Si vero vri non potest, *Cornelio Celso auctore*, sanguinem homini mitti non alienum est: tum vsti quidem vulneri superimponenda, quæ ceteris vstis conueniunt: ei vero, quod ignem expertum non est, ea medicamenta, quæ vehementer exedunt, & si laborans patitur, quæ adurunt, & crustas vlceribus inducunt. Ceterum animaduertendum, ex eo tempore cum crustæ (*seu igne, seu adurentibus medicamentis inductæ fuerint*) deciderint, ne vlceris oræ coalescant, & cicatrice obducantur. Sed, si fieri potest ad longum præfinitum tēpus vlcerationes, & sordidas adhuc, & inflammationes minantes, prorogari conuenit, quo virulenta materies semper effluat: non autem intus cōtineatur & ad interiora se insinuet.

Vlcerationis ex morsu virulento in longū tempus prorogandæ esse.

Id autem optime præstabit, inurētis (*vlcerationibus inquam*) salsamentum, & sylvestre allium detritum. item cæpe, & id genus alia. Si vero (quod persæpe accidit) ante dies præfinitos cicatrices coirent, cōmitterenturq;, manum postulabunt: namq; eas diducere, carnemq; scalpello circinare, aut iterum inurere expedit. Vbi vero propositum tempus præterit, vlcus ad cicatricem perducendum erit.

Membri demorsi aut icti amputatio.

Quandoq; etiam, *vt supra diximus*, haud inopportunum fuerit, partem ictam, si commode sectionem non respuant, vt sunt extrema, amputare: præsertim si fera quæ momordit, aut ictu vulnus impressit, lethifera sit, & ineuitabile periculum adferat, cuiusmodi sunt serpētes omnes, vt aspis, cerastes, vipera & cōsimiles. Hæc de vulneribus, morsibus & ictibus virulentis. Nunc ad vulnera accedamus, quæ cum profusione sanguinis ex venis & arteriis fiunt.

OBSERVATIO XXXV.

De vulnere cum profusione sanguinis ex arteria.

BARTHOLOMAEVS Teylingius sororius meus, Alcmarianus, cum pinnā ligneam exstantem in

tem in cupa vini violentius cultro exſcinderet, ſe ipſum paulo ſub genu in ſura læſit, ac arteriam vulnerauit: cumque ſaliendo ſanguis impetu efflueret, digito vulneri iniecto ſanguinem cohibuit. & me, qui non procul tunc ab eius ædibus
158 habitabam, tum chirurgum vocari iuſſit: & niſi ita cohibuiſſet ſanguinem, procul dubio iam ex profuſione interiiſſet, vt & paucis ante diebus eodem tempore euenit Gualthero Renero fabro iuueni qui ſeipſum ita quoq; vulnerauerat: nam is ilico ex ſanguinis profuſione interiit, antequã chirurgus ad eum venire poſſet. Ceterum vbi coram ſororio meo ſic vulnerato veniſſemus, adhibitis ſanguinem reſtringentibus hic tandem aptis remediis per nos ſanatus eſt. Quod ſi ſanguis remediis reſtringi non potuiſſet, vſtionem adhibuiſſemus. Hoc enim modo arteria in coxa vulnerata in iuuene Delphenſi cum remediis conſtringi non poſſet, curatus is fuit cauterio actuali, & ita a morte liberatus eſt. Similem fere caſum refert doctiſſimus ille Beniuentus, *libro ſuo De abditis rerum cauſſis, cap. 49.* ita ſcribens: *Orta, vt aſſolet, inter commenſales lite, cum quidam e conuiuis arreptum calicem in Alphonſi Hiſpani familiaris noſtri faciem proieciſſet, & inciſa arteria, ac cute dilacerata ſanguis copioſior erumperet, multa quidem, ſed fruſtra, adhibita ſunt medicamenta, cum ea ſit arteria ipſius conditio, vt inciſa coire aut ſaneſcere citra vſtionem non poſſit. Quare cum ſanguis ipſe eo ſemper vehementius proflueret, quo plura aſtantes experirentur auxilia, & homo iam venis exhauſtus deficeret, ad me tandem mittunt, rogantes, vt ſi fieri poſſit, amicum morti eriperem. Venio igitur ad eum, vulnus inſpicio, virtutem exploro, nullum ſupereſſe præſidium iudico, præter vſtionem ſolam: quare ea qua potui diligentia inciſam arteriam candenti ferro inuro, & ſtatim ſuppreſſus eſt ſanguis, quo inhibito, reliquum curæ facilem ſatis & expeditum habuit ad ſanitatem regreſſum.*

SCHOLIA.

De vulnere cum profuſione ſanguinis ex venis & arteriis.

POSTEAQVAM de vulneribus, quæ carnoſis partibus incidunt, abunde ſatis determinatum eſt, nunc tempeſtiuũ videtur, vt Galeni doctrinam, atque inſtitutum ſequentes, de iis vulneri-
159 bus dicamus, quæ in arteriis & venis fiunt. Ergo ſi cui arteria venaue magna vulnerata eſt, & copioſum ſanguinis profluuium cõtinuo ſuperuenit. glutinari id vulnus difficile quidem etiam in vena eſt, in arteria vero non ſolum difficile, ſed etiam, quod fieri (ſicut nonnullis medicorum eſt viſum) omnino fortaſſe non poſſit. Dicendum ergo de vtriſq; eſt, vulnere inquam, in arteria aut vena accepto, & hæmorrhagia: ac prius quidem de ſanguinis profluuio, quippe quod magis vrgeat: ſecundo vero loco de ipſius vulneris agglutinatione ac curatione. Sane profluit ex vena, vel arteria ſanguis, aut tunica earum diuiſa, aut reſerato earum ore (Græci *ἀναστόμωσιν vocant, vt etiam alibi diximus*) aut (*vt ſic quis dicat*) tranſcolatus, ſiue tranſmiſſus, vt in diapedeſi. Verum quoniam in duabus poſterioribus cauſſis ſolent magis medici, quos phyſicos appellant, accerſiri, hic duntaxat agemus de ſanguinis effuſione, quæ ex prima cauſſa ortum habet, & vulnera conſequitur, hæc namque ad chirurgum magis videtur pertinere. Ceterum ſanguis profunditur interdum ex arteria, interdum ex vena: atque ex earum quidem aliquando vna duntaxat, nonnunquam vero ex pluribus, iiſdemque, vel maioribus, vel minoribus. Sed & ſanguinis eruptio accidit ex eo interdum vulnere, quod cum amiſſione fit ſubſtãtiæ, aliquando vero ex eo, in quo nihil ſubſtantiæ deperditũ eſt: interdum etiam cum eroſione, interdum vero citra eroſionem, quæ Græcis διάβρωσις dicitur. Item quandoq; iam profluit ſanguis, & quandoque poſtea fluxurus eſt. Interdum quoque cauſſa huius profluuii ſanguinis apparens eſt, quæ in vena aut arteria diuortium facit, cuiuſmodi eſt ſagitta, telumve aliquod, aut eroſio præſens, & non ex vulnere excitata. Hæ itaque ſunt differẽtiæ præcipuæ profuſionis ſanguinis in vulneribus, a quibus curandi indicationes deſumuntur. Porro cauſſæ ſanguinis fluoris, ex diuiſione tunicæ venarum, aut arteriarum ſunt, vulneratio, contuſio, ruptio, eroſio. Quæ autem vulnerant, ea ſunt acuta, atque ad ſecandũ habilia: cuiuſmodi ſunt ſagittæ & gladii. Quæ contundendo ſoluunt, ea grauia, duraq; ſunt, vt ſunt lapides, aut quæpiam grauis moles. Quæ rumpunt omnia, id tenſionis interuentu faciũt. Tenſionem autem efficiunt, intentior actionis vehementia, ſucci abundantia, non vtique virium reſpectu, ſed quæ cum a vaſe ſuo non continetur, etiam caſus ab alto, & graue quippiam, du-
rumque incidens. Eroſio autem venis & arteriis 160
intrinſecus ſaltem accidit, ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit, vt eſt bilis flaua vel atra ſuperaſſata. Ex iis itaq; manifeſtum euadet, quod venæ vel arteriæ vulnerari non poſſunt, quin cutis & caro vulnerentur. Proinde ſuppreſſo iam ſanguine, glutinandi, ſeu (vt dicunt) incarnandi indicationes, ab ipſis (carne, inquam, & cute) ſumendæ ſunt, vt in ſequẽtibus dicetur. Signum venæ atque arteriæ inciſæ, eſt ſanguinis profuſio. Quod ſi ſanguis cum impetu, ac ſaliendo profluat, & tenuis ac flauus feruensque appareat, arteriam diuiſam eſſe ſignificatur. Si vero craſſior & nigrior conſpiciatur, ac quiete ſine pulſu & citra ſaltum effundatur, indicium eſt, ipſum a vena effluere. Hæmorrhagia, id eſt, ſanguinis profluuium, omnium calculo, ac iudicio periculoſa eſt. Niſi enim conſtiterit ac ſupprimatur, mortem adfert ineuitabilem: Quippe quod ſanguis (*vt dici ſolet*) naturæ ſit theſaurus. Ad hoc syncope, conuulſio, delirium, ſingultus, in hæmorrhagiis malum portendunt, *vt Auicennas poſt Hippoc. annotauit.* Porro ſubit admirari quod arteria per tranſuerſum diſſecta (*quod Arnoldus ſcriptis prodidit*) promtius coaleſcit & agglutinatur, quam ſi ſecundum longitudinem eſſet diuiſa. At nunc curationem profuſionis ſanguinis ex vulnere ponamus, hoc exemplo ſequenti rem ipſam prius ob oculos ponendo.

Gal. lib. 5. method. medendi.

Profuſionis ex vena vel arteria cauſſa.

Differentia.

Diabroſis.

Cauſſa.

Eroſionis cauſſa interna.

Diſcretio, quando ſanguis ab arteria, & quando a vena reiicitur.

Prognoſtica.

Aph. 3. lib. 5.

OBSERVATIO XXXVI.

De sanguinis profusione ex vulnere.

HENRICVS Spiers chirurgus suo tempore insignis in Haga-Comitis, qui multas mammillas cancro laborantes abscindebat, ad sanguinem profluentem restringẽdum, etiam in membris quæ serra auferebantur, commode hoc restrictiuo vtebatur: ℞. *Vitrioli Romani lib j acetivini lib ij boli* ℥ *j. adde.* si velis, *croci Martis*, & minua fallet, ℥ j. misce. Quidam hoc tempore solo croco Martis contenti sunt. Sed hoc quod sequitur, vt a quodam accepi, numquam fefellit: ℞. *argenti sublimati* ℥ *j probe* misce cum *vng. popul.* & vtere vt nosti. Alius hoc restrictiuo in vulne-
161 ribus nimium sanguinem effundentibus vtebatur: Vsneam seu muscum arboris sambuci in vulnere ponebat, & non extrahebat prius quã vulnus pallesceret: sanguinem enim in vulnere restringit: quemadmodum vasa spermarica vituli cum *didymo* si comburantur, & in pulnerem redigantur, mirabiliter sanguinem stringit, hoc puluere vtuntur Iudæi dum puellos circumcidunt. *Galla perforata* ignitæ & exstinctæ in aceto in puluerem redactæ sanguinem e vulnere fluentem aut ex vena compescunt. Sequenti vero puluere restrictiuo sanguinis M. Iodocus chirurgus insignis vtebatur ℞. *calcis viuæ, vitrioli albi. aloes ana. q. s.* Sed & hic pul. valet ad restringendum sanguinem: ℞. *aluminis combusti, corticum granat. aloes ana* ʒ *j. vitrioli Romani* ʒ *ß. sang. drac. balaust. ana* ℈ *j. acaciæ* ℈ *j fiat pul.*

SCHOLIA.

Curatio profusionis sanguinis ex vulnere. Modi tres sistendæ hæmorrhagiæ. CAPITA methodi, qua sanguinis profluuia ex vulnere, quæ ad manum sunt, curantur, duo traduntur a Galeno, quibus Auicennas tertium addidit. Vt igitur omnium fiat mentio, hæmorrhagia trifariam sistitur, *primo* iis quæ fluxionem auertunt, tum deriuando, tum reuellendo: *secundo* infrenantibus, atq; intercipientibus fluxionem: & *tertio* topicis, id est, localibus auxiliis.

Auertentia. Porro ea iis, quæ sanguinis profluuium auertunt, tam a venis quam arteriis sanguinem fundentibus (*huic enim hæmorrhagiæ proprie debentur auertentia eiusmodi auxilia*) quædam id efficiunt citra vllam extra corpus vacuationem: alia vero cum euacuatione. Citra vacuationem, fluentem e vasis, sanguinem auertunt & alio trahunt, *cucurbitulæ siccæ*, seu *leues*, & cum flamma admotæ, frictiones, ligaturæ, primum in propinquioribus partibus factæ, deinde in remotioribus. Auertitur autem sanguis cum euacuatione, atque ad alia membra conuertitur, tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulsus, vena in ea parte incisa, quæ profusioni e directo respondet, quæq; ipsis membris sanguinem fundentibus coniuncta est. Itaque hæc (*inquit Galenus lib. 5. Methodi medendi*) Hippocratis inuenta sunt: omnis scilicet immodica vacuationis cõmunis remedia.
162 Deriuatio ad latus & ad vicina fit: reuulsio ad contraria, non tamen semper ad remotissima, vt *Parochetensis. Antispasis.* falso quidam putauerunt. Illam *parochetensin*, hanc *antispasin*, Græci vocant. *Antispasis* igitur, id est, reuulsio, in iis quæ supra sunt, omnibus deorsum semper agitur, sursum in iis quæ sunt infra, præterea a dextria ad sinistra, sicut ab iis rursus ad illa: similiter ab iis, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris sunt, contraq; ab his ad illa. Itaque si resolutus adhuc æger non sit, vena (*vt diximus*) in eo loco secanda erit, qui profusioni sanguinis e directo respondet (*vt in illo, cui apud Mosam ex casu in capite arteria sanguinem profundebat, fecimus, in quo sanguis, vt alias diximus, restrictus fuit absque topicis remediis: sed non continuo effluebat, at per internalla, alioqui & in hoc vstione opus fuisset*) & vulneratæ parti coniuncta est, siue deriuare, siue reuellere studueris. Vbi autem paululum detraxeris, mox vnam horam intermittens, rursus modicum quid detrahes, post iterum atque iterum, pro laborantis viribus, *vt Galenus consulit lib. 5. Therapeutices.* Sed de hac sanguinis in vulneribus detractione latius alibi superius diximus, & in multis præcedentibus obseruationibus id liquido constat. Caussæ sanguinem infrenantes, atque eius fluxum intercipientes, quædam sunt incrassantes, ac inspissantes, *vt lentes, oryza, sumba, cotonea mala*, & in vniuersum fructus omnes styptici, hoc est, austeri, in hunc vsum offerri solent in omnibus sanguinia profusionibus. *Quæ sanguinem sistant incrassando.* Aliæ vero sunt stupefacientes, veluti aqua frigida, tum epota, tum circa locum, ex quo profluit sanguis, proiecta, non autem supra vulnus ipsum: vlceribus enim frigidum mordax. *Quæ supprimant sanguinem stupefaciendo.* Item res omnes, quæ insigniter refrigerant, sicuti & syncope, seu animi deliquium, in quo propter sanguinis ad interiora reuocationem, totus corporis habitus refrigeratur, & sanguis sistitur, vt loco nuper citato Galenus annotauit, ad hunc modum scribens: *Quæ refrigerando sanguinem fluere cohibent.* *Porro confluere prohibetur sanguis & propter animi deliquium, & cum ad contraria reuellitur, & cum ad vicina deriuatur, & per refrigerationem, tum corporis totius, tum vero præcipue ipsius partis affectæ. Hac enim ratione, etiam frigida pota, sæpe hæmorrhagias suppressit, idem facit & frigida foris infusa.* Sed & quinto aphorismis *frigido vtendum esse* præcipit Hippocrates, *vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non autem ipsa* (inquit) *sed circa ipsa vnde influit.* Topica, hoc est, localia remedia, quibus sanguis cohibetur, tametsi numero octo ponantur ab Auicenna, ea tamen nunc ad quinque cum Guidone *Topica auxilia.* reduximus. *Primũ* genus auxilii fit per suturam, 163
secundum, per linamenta, quos *μότους* Græce vocant, vel per penicillum siue turundam, quod aiunt: *tertium* remedium est totius vasis sanguinem fundentis præcisio: *quartum* deligatura & vinculum: *quintum* est adustio per candentia ferramenta, vel per caustica medicamenta. *Quinque auxiliorum genera localia, quibus hæmorrhagia supprimuntur in vulneribus.* *Primus* modus coercendi sanguinem, qui per suturam fit, his maxime vulneribus competit, in quibus nulla facta est substantiæ deperditio. Tunc autem cõmode fit sutura, cum vulnus ipsum a sanguine concreto, qui *thrombos* Græce dicitur, integre est repurgatum. *Sutura sanguinem coercens.* Itaque hoc peracto ipsius vulneris labra in idem adducenda sunt, nostrarum manuum opera, vbi sic ad manum vulnus

exhibet

exhibet sese: postea consuantur, sutura quidem communi, vel ea, quam pelliones facere solẽt, præsertim si magno impetu sanguis prorumpat. Dum autem ita suitur vulnus, satis alte acus in carnem demittenda est. Post hæc *puluis astrictorius* superponendus erit. Deinde stupæ oui candido liquore & puluere illo adstringente, cuius in sequentibus fiet mentio, imbutæ superimponendæ erunt His rite peractis, membrum affectum deligandum erit, & situ apposito collocandum. Appositus enim vulneratæ partis situs, inter hæmorrhagiæ remedia Galeno censetur.

Situs partis ad hæmorrhagiam sistendam.

Quod autem modus is supprimendi sanguinem, vtilis sit, ex eo manifestum euadit, quod labra vulneris prius hiantia & ad inuicem distantia in vnum adducuntur, & inter se committuntur, locus affectus refrigeratur, & adstringitur. Quæ omnia in hoc affectu Galenus desiderat *lib. 5. sua method. medend.* Sed & multoties adserit Auicenna *in 4.* necessarium esse, vt carnis vulnera consuantur. In quo etiam Theodoricus & Henricus consentiunt. Dicunt tamen plurimi, Galenum non præcipere venarum, arteriarum & intestinorũ vulnera suenda esse, quippe quod dura nimis & exsanguia sint, atque ideo agglutinari & in pristinam vnionem coire non possint. Verum pace illorum (*inquit Guido*) dixerim non inhibuit Galenus suenda esse venarum & arteriarum vulnera: quod si id tacuit, certe adfirmasse videtur. Quin imo & litera ipsiua Galeni, quod dicimus, plane innuere videtur, quæ sic habet: *Neque enim suere fas est arteria vena ve vulnus: veluti dixerint, qui nullam a vulnerata partis substantia, naturaque sumi indicationem aiunt.* Sed tum (subaudi) per regulam oppositorum, nos qui sumimus indicationem a substantia & natura partis vulneratæ suemus eas. Quod si nõ seorsum, ac separatim, cõiunctim saltem cum carne, ad modum peritonæi, id est. vt peritonæum consuere cõsueuimus. Atq; ita si non iuxta primam intentionem coeant atq; adglutinentur, saltem iuxta secũdam (*vti superius in sermone cõmuni diximus*) coibunt.

An venarũ & arteriarũ vulnera suenda? Lib. 5. meth.

164

Secundus modus supprimendi sanguinem.

Secundus modus supprimendi sanguinem, qui fit per linamenta, & vulneribus, in quibus aliqua est substantiæ perditio potissimum accõmodatur, ita perficitur. Inprimis vulnus ipsum puluere aliquo, qui adstringendi facultatem habeat, respergito, deinde linamentis vel stuppis hiantem plagam oppleto: siccis quidem primum, deinde, si hæc parum proficiunt, aceto, vel iis medicamentis, quæ sanguinem supprimendi facultatem habent, madefactis, supraq; spongiam ex aqua frigida expressã impenito, ac manu superposita, eam comprimito vel alligato: & post hoc membrũ apposite (*vt superius dictum est*) collocato. Qui sane modus sistendi sanguinem apprime vtilis est, vt loco paulo ante citato testatur Galenus, sic inquiens: *Obstruetur vasis (sanguinem fundentis) osculum, & sanguine ipso concreto, quos thrombos Græce dicunt, & iis, quæ foris illi imponuntur, cuiusmodi sunt linamenta quos μοτὸ Græce vocant, & medicamenta ea, quæ idcirco quod ex lenta crassaque substantia consistant, meatus obstruunt, Græci emplastica vocant.* Horum autem optima sunt eidem. quæ ex frixa resina, & farinæ triticeæ tenuissimo polline, & gypso aliisque id genus, sunt confecta, oui candido macerata, & cum leporinis pilis imposita.

Quomodo obstruatur os vasis.

Tertius modus sistendi sanguinem.

Tertius modus sistendi sanguinem, qui fit totum vas sanguinem fundẽs per transuersum præcidendo, competit maxime venis & arteriis quæ in profundo sitæ sunt, vt idem Galenus est auctor lib. 6. Therap. *Cogimur* (inquit) *non modo arterias, sed etiam interdum venas totas præcidere, vtique transuersas.* Incidet autem huius necessitas in iis, quæ ex profundo loco recte assurgunt, præsertimque per angustas vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraq; parte, pars vtraq;, celaturq; ac integitur, superiacentibus corporibus vulnus. Post hæc puluis aliquis sanguinem cohibẽs, super vulnus imponendus, & stuppæ vel spongia medicamentis facultatem supprimendi sanguinem habentibus, imbuta, superalliganda erit, & figura particulæ vulneratæ accommoda, adhibenda.

Quartus modus supprimendæ hæmorrhagiæ.

Quartus modus supprimendæ profusionis sanguinis, qui fit funiculo vasi sanguinem fundẽti circumposito, competit præsertim arteriis, quæ in penitioribus 165
delitescunt. Itaque si alia auxilia profluuio vincuntur, arteriæ nudandæ sunt, *vt Auicenna præcepit*, & hamo apprehẽsæ, mox vinculo aliquo gracili, vt filoserico, excipiendæ, ac fortiter stringendæ sunt. Post hæc medicamentum adglutinans siue incarnatiuum, vulneri apponendum erit, & membrum fasciis, vt oportet, deligandum, situq; apposito collocandum. Porro vinculum ipsum radici vasis erit iniiciendum, *vt lib. 5. method. Galen. nos admonuit.* Tutius autem est, iuxta eiusdem Galeni sententiam, vtrumq; facere, funem quidem radici vasis circumdare, & quod deinceps habetur, id est, inde procedit, præcidere. Radicem vasis vocat hic Galenus, priorẽ eius partem, quæ vel iocinori propior est, vel etiam cordi. Hæc (*inquit*) in collo ab inferiore est parte, in brachiis & cruribus a superiore, in singulisq; reliquarum partiũ, prout ex dissectione intelligere licet. His sic peractis, implendum carne vulnus quamprimum est, priusquam funiculus a vase decidat. Nisi enim producta caro prius locum, qui circa præcisam arteriam est, impleuerit, si locus aliquis vacuus superfuerit, vtiq; quod Græci *aneurisma* dicunt, sequitur.

Radix vasis quæ.

Quintus modus sistendi sanguinem.

Quintus modus, excretionis sanguinis sistendæ, qui per adustionem fit, qua crusta (*quam Græci eschara am vocant*) inducitur, maxime competit venis, suæ vnionis diuortiũ perpessis, Galeno ipso auctore, sic ad verbum inquiente lib. 5. Therapeut. *Maximam autem necessitatem vel crustificis, id est, crustam inducẽtibus medicamentis, vel igneis ferramentis vtendi animaduertis, vbi ex erosione putrescentis alicuius profluuium sanguinis concitatum erat.* Quæ quamquam ita se habeant, fieri etiam solent in incisionibus, vt istis diebus labium carcinomate affectum a Guilhelmo Daleno chirurgo eum abscinderetur, ex venis & arteriis sanguis profluens sisti non potuit,

nisi ferramẽtis ignitis, ægro iam fere ad mortem
(*vt nos conspeximus*) deducto. Hic itaque modus
sistendi sanguinem perficitur, tum candentibus
ferramentis, tum medicaminibus crustam indu-
centibus, quibus cum calore adstringendi facul-
tas sit coniuncta. Cuius generis sunt, *chalcan-*
thos, id est, *atramentum sutorium*, *mysi*, *chalcitis*,
seu quod *vitriolum* vulgo appellatur, iisque tam
vstis quam non vstis. Quæ autem ex calce viua,
id est, non extincta conficiuntur, valentiora qui-
dem his sunt: ceterum quia adstringendi vim
non habent, crustæ, quæ ab ipsis fiunt, citius ex-
166 cidunt: hærent autem diutius, quæ ab adstrin-
gentibus, quod vtique longe est vtilius. Quippe
ita prius in basi, seu in imo earum caro supernas-
citur, efficiturque vasis profluentibus veluti o-
perculum, donec venæ agglutinatio facta sit. Vn-
de nec nosmet (*inquit Galenus*) præcipites esse,
veluti nonnulli sunt, ad crustas detrahẽdas opor-
Cautio.
tet, vbi hæmorrhagiæ periculum imminet. Si e-
nim properes illas resoluere, ac deiicere, tantum
inde accidit interdum sanguinis profluuium, vt
vix cohiberi possit. Quocirca præcipiebat Aui-
cennas, *adustionem faciendam esse, ferramentis ve-*
hementer ignitis, & valenter in profundum adactis,
quo crassa ac profunda eschara fiant, quæ nec facile se-
parẽtur, atque excidant. Hinc Theodoricus crusti-
Arsenicum sublimatum optimum ad hæmorrhagias præsidium.
ficis seu causticis omnibus medicamẽtis præfere-
bat arsenicum, quod vocant sublimatũ: nec sane
immerito. Nam & protinus omnẽ sanguinis pro-
fusionem sistit, & altam ac diutius hærẽtem cru-
stam inducit. Horum autem medicamentorum
crustam inducentium vide amplum campum *lib.*
6. apud Tagautium. Porro ipsa ferramenta igne
flagrantia ex aceto aut vino (*vt recte quidam con-*
sulunt) restinguere oportet. Ceterum alius qui-
dam ab iis modus est peculiaris reprimendi san-
guinem, qui tametsi nondum adhuc profluat,
mox tamen fluxurus est: vt cum sagitta telumve
Modus alius supprimendi sanguinem, qui statim fluxurus est.
aliquod corpori infixum extrahendum est. Ita-
q; cum hæc occasio nobis occurrit, puluilli tres,
aut quatuor apparandi sunt, rotundi quidem, &
circa medium (*vt sic dicatur*) fenestrati perfora-
tiue, medicamine aliquo sanguinem coercente
delibuti. His ergo rite sic apparatis, ipsius teli
infixi stipitem seu hastile, per foramen immitti-
to, ipsosq; puluillos circa hastile stringendo mi-
nister aliquis supra vulnus comprimat. Medicus
vero ipse vulnerarius sagittam, vel aliud quoduis
telum infixum extrahat. Exemto telo puluilli
sunt adæquandi, ita vt nullum amplius foramen
in illis pateat, & supra vulnus comprimendi, de-
inde alii non pertusi supra illos sunt apponendi.
Præcepta quædam de supprimendo sanguine obseruanda.
Hi igitur sunt modi, quibus sanguis a venis & ar-
teriis vulneratis profluens cohibetur, qui vt arte
& ratione fiant, sequentia præcepta obseruanda
sunt. Primum est Galeni *lib. 5. method.* qui in
omni fluore sanguinis ex vulnere iubet *vt is, qui*
vulnerato adstiterit, ilico digitum super os vulneris
vasis imponat, blande innitens, ac sine dolore compri-
Digitus comprimens.
mens. Quippe simul (inquit) *tum sanguinem si-*
stet, tum eum concrescere in vulnere faciet. Thrōm-
bosenim, id est, sanguis concretus, ex iis auxiliis, quæ
hæmorrhagiam sistunt, sicuti & linamenta, quos μοτοὺς
167 *Græci appellant, & medicamenta ea, quæ iidem em-*
plastica dicuntur. Ideo autẽ thrombus sanguinem
supprimit, quia vasis sanguinem fundẽtis osculũ
obstruit, vt paulo ante diximus. *Secundum* docu-
mentũ est, quod *in omni sanguinis ex vulnere profu-*
sione, post admotionẽ pulueris adstrictorij, tres aut plu-
res, vt videbitur, panni linei, aut ex stuppis puluilli, ox-
Puluilli.
ycrato primũ madefacti, & postea expressi medica-
mẽto sanguinem supprimente imbuantur, vulneri ad-
glutinẽtur, & supra ipsum adalligentur. Tertius ca-
Deligatura.
non est eiusdem Galeni, qui per deligaturã docet
supprimere sanguinem, sic inquiens: *Alligan-*
dum autem extrinsecus fascia est, ex tenui linteo, cu-
ius fasciæ primi quatuor quinqueve amplexus ipsi
sanguinem vasi iniicientur. Ab hinc vasis radicem
versus ducentur, in quibus videlicet partibus radicẽ
versus ducere licet. Licet autem fere in omnibus, præ-
terquam cerebri membranis. Hac quidem deliga-
tura (vt inquit Auicenna) quod confluit repri-
mitur, & vena sanguinem fundens constringi-
tur. Quartus canon in supprimendo sanguine
Appositus vulneratæ partis situs.
obseruandus est, *vt membrum, a quo sanguis pro-*
fluit, situ apposito collocetur. Vnde Galenus *lib. 5.*
method. ad hunc modum ait: *Præter omnia iam*
dicta, inter hæmorrhagiæ, id est, profusionis sanguinis
remedia censeatur & appositus vulneratæ partis situs.
Porro appositus fuerit eidem Galeno vulneratæ
particulæ situs, si ad geminum hunc finem sit di-
rectus: nempe vt & dolore pars careat, & sursum
spectet: custodito tamen in hac situs figura mo-
do, ne dolor incidat. Si vero vel prona spectet,
vel doleat, non solum profluuium non sistetur,
sed etiam si non sit, prouocabitur, & inflamma-
tio augebitur, præsertim si pars dolore infestetur:
cum nihil quidem æque sanguinis profluuium
excitet, inflammationesque augeat, ac dolor.
Deligatura ante diem tertium minime soluenda.
Quintum documentum ab eodem Galeno præ-
scriptum est, quo cauetur, *ne ante diem tertium*
deligatura soluatur: vbi autem illam tertio solue-
ris die, si tuto adhuc medicamentum emplasti-
cum & sistens sanguinem vlceri adhæreat, aliud
rursus super ipsum accommodabis, ac veluti li-
namentum id, quod ex pilis factum inhæsit, ma-
defaciens, deligabis ita, vt initio deligasti. Sin pri-
us sua sponte reiecerit linamentum, radicem va-
sis digito blande comprimens, ne videlicet quip-
piam confluat, hoc quidem suspensa manu, ac 168
sensim adimes: atque alterum impones. Quod
etiam eodem, quo & primum (*si necessitas exigat*)
imbues medicamento: vel oui candido liquore,
cum rosaceo subacto, vel vino crassiore & sty-
ptico. Ad hunc modum, quoad carne obdu-
cetur ac munietur vas, curare debebis: vtique a
principio ad finem vsque (*vt supra dictum est*)
particulam supinam seruans. Sextum præce-
Laborans oculos claudat, aut loco obscuriore contineatur.
ptũ in larga sanguinis profusione obseruandum
est, *vt laborans oculos clausos contineat, aut loco*
obscuriore reponatur: ne vel proprium sanguinem,
vel rubrum quidpiam videre possit. Atque illi asse-
ueratione affirmetur, quod sanguinis profluui-

um constitit: & si adhuc sanguis fluat, magno ipsius commodo id fieri: atque ita contraria imaginatione, virtus naturalis ipsius roboratur. Hinc dicebat Auicenna, *quod grauissimum accidentium animalium, mouentium imaginationem, est motus sanguinis, & consecutio eius, qui paratus est ad eum, cum multum intentus fuerit homo ad considerandum res rubras.* Ceterum tempestiuum est, vt subiiciamus medicamenta, quæ sistendi sanguinem vim habent: statutum enim erat nobis postremo de iis dicere. Itaque primum atque omnium optimum est, quod a Galeno describitur *lib. 5. methodi:* quo etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias vti securissimum est: item ad colli vulnera, ipsarumque venarum iugularium, quas sphagitidas vocant: etenim & harũ sanguinem citra vinculum prohibet. Verba autem Galeni hæc sunt. *Thuris pars vna, aloes media parte miscetur. Mox cum vtendi tempus instat, tantum huius pulueris cum oui candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem. Hoc dehinc leporis mollissimo pilo excipitur. deinde tum vlceri toti liberaliter imponitur.* Alligandum autem id foriosecus fascia, ex tenui linteo, modo quo in tertio canone supra dictum est. Hoc autem medicamento *(inquit paulo post Galenus)* multifariam vtor, alias *(vt dictum est)* duplum thuris aloæ admiscens, alias pari modo ambobus vtens, alias paulo superante aloen thure, aut etiam plusculo, sed nondum duplo: etiam mannam pro thure aliquando iniiciens. Porro constat in duris corporibus, plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Secundum medicamentum sumitur ex dictis Auicennæ, quod & ab omnibus chirurgis approbatur: habet autem ad hunc modum: *℞. boli arm. sang. drac. thuris, aloes succotrinæ pares portiones, terantur in puluerem*, qui apponatur vt dictum est.

Auicenna. | *Medicamẽta sanguinem supprimẽtia.* | *Galeni medicamentum sanguinem supprimens.* | *Auicennæ puluis.*

169 Tertium medicamenti genus est Bruni, qui ipsum desumpsit ex libro Diuisionum Rhazis, & ex Albucasi. Recipit autem *calcis viuæ* quæ sola, (vt supra diximus) sanguinem cohibet & sistit, *sang. drac. gypsi, aloes, thuris, vitrioli singulorum æquas portiones:* rediguntur in puluerem *&* cum oui candido liquore & tela aranearum miscentur, donec in corpus vnum coeant, & superponuntur. Est qui plurimum commendat *gallam combustam, maceratam in vino & aceto*, tritamque, & super arteriam aut venam admotam. Alii in huiusmodi pulueribus *symphyton* addunt, quod posteriores *consolidam* vocant. His adiicies ea, quæ in obseruatione præcedenti diximus. Ceterum suppresso sanguine, qui ex vulnere profluebat, ad propriam ipsius vulneris curationem mox accedendum est, *vt superius est annotatum.* Porro tametsi *(vt Galenus ait lib. 5. methodi)* sanatu difficilior sit arteria quam vena, non tamen est medicamentorum admodum diuersus in vtraque vsus: imo specie plane idem, maioris minorisque ratione euarians. Quippe tanto siccioribus medicamẽtis eget arteria, quam vena, quanto ipsa est suapte natura siccioris temperamenti quam vena. Ergo quod venæ insedit vulnus, vbi ad manum est, & citra substantiæ deperditionem, eandem desiderat curationem iis, quæ in carne accidunt. Nam siue ex recenti ictu factum est, id agendum est, vt medicamentis iis, quæ *enchyma* vocant, coeat, siue ex erosione, quæcunque dicta de rebellium vlcerum curatione sunt, ea prius ratione discernenda, mox vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam vbi vinculo vas sis complexus, aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut ferramentis ignitis vsus, ita, vt facta fuerit substantiæ deperditio: illudque tibi curationis propositum restet, vt quæ circa vulneris, vlcerisve labra sunt, carne impleas: iisdem omnino medicamẽtis vtendum erit, quæ in methodo sinuosorum ac cauorum vlcerum sunt descripta. Ceterum Galenus *lib. 5. method. cap. 7.* refert de chirurgo, qui arteriam pro vena vulnerauerat, & arterias posse consolidari. *Vidimus* (inquit) *in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndique circundantas, idque in fronte, malleolo, & articulo brachij, ac summa manus medio.* Simile quiddam & agresti contigit iuueni, dum sanguinem sibi mittendum veris tempore curaret, (quod nostratibus maxime est in vsu.) Cum enim medicus, qui venam inci-
surus erat, brachium hominis deligasset, conti- 170
git attolli velut in gibbum arteriam: hanc pro vena medicus diuisit, exigua sane incisio erat: sanguis autem flauus & tenuis & feruidus statim eiaculabatur, idque cum quodam veluti saltu. Ac medicus quidem, vt erat admodum iuuenis, & operum artis parum peritus, venam se incidisse putabat. Ego vero cum quodam alio ex iis qui aderant medicis, vtique seniore, vbi quod accidit aduerti, præparato ex emplastrorum genere quod sanguinem supprimit medicamento, tum incisionem curiose coniunxi, tum medicamen ilico imposui, ac spongiam mollissimam extrinsecus super hoc deligaui. Mirante vero qui arteriam inciderat, insolitam nostram in hoc casu prouidentiam, indicauimus homini rem factam: sed postea quam hominis incisi diuersorium exiissemus, iussimus ne vel solueret nobis absentibus, vel ante quartum diem id aggrederetur, sed ita vt erat deligatam, linqueret, spongiam duntaxat desuper madefaciens. Postea vero quam in quarto soluentes, plane conglutinatam incisuram inuenimus, rursus idem medicamen imponere iussimus, tum simili modo deligare, nec multis postea diebus soluere. Atque ita percurata est huius hominis arteria, sola omnium quas in cubito incisas vidi. Nam reliquis omnibus aneurisma, aliis magis, aliis minus, superuenit. Hæc de venarum, arteriarumque vulneribus dicta sufficiant. Nunc ad vulnera neruorum, tendonum & syndesmorum, id est, ligamentorum, accedamus.

Bruni medicamentum. | *Curatio vulneris in vena & arteria.* | *Curatio vulneris venarum.* | *Arterias posse consolidari.* | *Historia Galeni de chirurgo arteriam pro vena incidẽte.* | *Arteria cõsolidata per Galenum.*

OBSERVATIO XXXVII.

De vulnere in manu per transuersum facto, tendonibus ac neruis transcissis.

NICOLAVS Iohannis, qui ad templum Diui Geor-

sum cicatrizatiuum tum desiccans apposuit: & ita in parte conuexa procedebat, donec curatum
174 fuit vulnus. At in parte concaua manus, seu in vola ipsius adhuc processit cum digestiuo & mundificatiuo, & *oleo hypericonis* infuso, desuper ponendo emplastrum incarnatiuum. Decimo nono Maii ad maiorem exsiccationem tendonum & neruorum, & consolidationem, vulneri in parte concaua manus puluerem aristolochiæ chirurgus (*quod & mihi vtile videbatur*) insperſit, & reliqua more solito applicabat. Vigesimo Maii in vola manus, quia caro iterum in vulnere plus iusto excrescebat & attollebatur, demum pul. aluminis vsti ad tres dies insperſus est, reliqua deinde admota. Vigesimo primo Maii pars conuexa erat inflata, vsque ad carpum ipsius manus: sed hoc contigit quod coitu vsus esset, vt ipsemet fatebatur, & motu corporeo, & videbatur inflatio œdematosa. Postea igitur inungi mandauimus oleo chamomillino partem conuexam. At chirurgus me nesciente inunxerat oleo chamomillino, cōfecto ex floribus chamomillæ Romanæ: quod cum paulo calidius sit altero, caliditas sentiebatur, ita vt inflammationem manus metueremus, quare iterum inunximus oleo rosato. At in vola manus, quo ad vuln' ipsum, vt prius procedebat chirurgus. Die 25. Maii cum inflatio illa œdematosa increſceret in parte conuexa, & digitos similiter occuparet, tum carpum ipsum, panno lineo intincto in decoct. *rof. bellidis, maiorana, rorismarini, agrimonia, centaurij*, in vino Pictauiensi scilicet,) & expresso souere mandauimus, ad discutiēdam inflationem œdematosam, tū ad membrum exsiccandum & roborandum, vt eo minus humores ad membrum vulneratum & debile confluerent. Postea cum vulnus in vola manus intus sordidum esset, ac cuniculatum, ita vt tendo putrefactus tandem exiret, digestiuum & mundificatiuum, quo adhuc vtebatur
175 chirurgus, visum fuit relinquere, & vt prius abluto vulnere cum decocto fomenti suprascripti supradicta linamenta seu tentæ vnguento apostolorum oblinitæ, & in oleo hypericonis immersæ imponerentur, ne ex tendonibus putrefactis fieret vlcus malignum vel fistula: digiti enim erant maxime inflati, & circa vulnus in parte concaua manus inflatio quoque spectabatur, & aderat dolor, & ita eiusmodi tentæ vnguento apostolorū oblinitæ putridos tendones iam consumtos tandem extrahebant, natura etiam adiuuante. Vnguentum enim *apostolicon* dictum ad vulnera & vlcera difficilia & fistulas efficax est: consumit enim carnem mortuam, & cōsumtam restaurat, duram mollit, plagasque sanat. Et sic processit chirurgus, donec vulnus optime a sorditie intus latente repurgatum esset, ac turundæ illæ *vng. apostolorum* linitæ, & *oleo hypericonis* immersæ tam diu imponebantur, donec loca excauata & cuniculata mundificata erant, & carne impleta. Postea filamenta seu linamenta tantum vnguento linita, & oleo hypericonis immersa apponebantur: ac demum emplastrum *incarnatiuum* suprascriptum. Vigesimo septimo Maii, quia tendo digiti secundi multum eminebat, nudatus a carne & putrefactus, prius loto vulnere, penna excauata puluere centaurii minoris repleta, ipsum puluerem supra tendonem & neruum inspergi iussimus: hoc enim medicamen valde exsiccatorium est, & mordacitatis expers: quodque, si glutinatoriis & desiccatoriis misceatur, vulnera tum vlcera maligna sanat: de cuius stirpis facultatibus plura vide apud Galenum 7. *simpl. medic.* & libellum Galeni ad Papiam scriptum de viribus centaurii, & *lib. 3. historiarum Campegij historia 12.* Puluere itaque centaurii insperſo, deinde inditis linamentis cum *vnguento apostolorum*, & apposito emplastro, ita ad tres dies procedebamus. Sed tunc putrefacto tendone per se exeunte, puluerem prædictum reliquimus, & in locum vacuum tendonis iam ablati tentas vng. *basilicons* oblinitas imposuimus, superimponendo emplastrum incarnatiuum, additis puluillis in cauitate manus, & adhibita decenti semper ligatura. Interim semper loca circumstātia *oleo hypericonis* inunximus. Postea omissis puluillis, cum linamentis vnguento apostolorum oblinitis, & in *oleo hypericonis* immersis vulneris cauitati impositis, super iniecto semper emplastro superius dicto vsque ad septimum diem Iunii chirurgus progressus est: donec vulnere iam carne impleto prius satis deterso, linamentis deinde relictis sola vulneris ora parum hiantia inungens vnguento apostolico, postremo pro cicatrice inducenda apponēs emplastrum griseum cum pecia, tandem perfecte sanatus est. 176

SCHOLIA.

De vulneribus neruorum, tendonum & syndesmorum, id est, ligamentorum dicturi iam sumus. Sciendum autem quod vulnera neruosarum partium Auicennæ *lib. 4. fue medicina*, & Galeno *lib. 6. methodi medendi*, quandoque punctim, quandoque cæsim fiant. Eadem interdum sine contusione, interdum vero cum contusione accepta fiunt. Ex puncturis autem, quædam hiant, atque apertæ sunt, quædam cææ atque occlusæ manent, adeo vt rarum ora sic conniueant, ac inter se coeant, vt conspectum effugiant. Porro ex dissectionibus, hoc est, iis quæ in neruosis partibus cæsim fiunt vulneribus, aliæ per transuersum, aliæ per longitudinem inflictæ sunt. Atque ex harum vtrisque, quædam fiunt fine amissione substantiæ carnosæ, quædam vero cum deperditione ipsius substantiæ carneæ, cute etiam quæ interueniebat, diuisa, adeo vt neruus nudus appareat. At hæc nerui transuersim vulnerati, quandoque non ex toto, sed duntaxat ex parte dissecti, quandoque vero toti præcisi sunt (*vt hic erant.*) Atque in omnibus iis vulnerationibus, quandoque dolor ingens & inflammatio & conuulsio accidūt, quandoq; vero non. Itaq; ab iis nuper cōmemoratis vulnerum differentiis,

Differentia vulnerum partium neruosarum.

177 rentiis, curationis indicationes sumuntur. Omnium eiusmodi vulnerationum caussæ sunt ea quæ incidunt, pungũt ac penetrant, & contundunt vt in superioribus (*vbi scilicet de caussis vulnerum in vniuersum disseruimus*) ostensum est. Ceterum ex præcedentibus conspicuũ euadit, quod neruus vulnerari non potest, quin cutis & caro solutionem cõtinui, & vulnerationem etiam patiantur. Neruum conuulneratum esse testantur, *dolor ingens, læsio sensus & motus*, & si in loco neruoso vulnus acceptũ est. Sed ab hoc postremo, coniecturalis solum nota desumitur. Neruis vulneratis, aut punctis, ex sentiendi, quod obtinent, acumine, inflammatio & dolor immodicus accidit. Quare & febres & conuulsiones his oboriuntur, quibusdam & deliriũ, ob neruorum cum cerebro cõmercium. Interim vero in aliis quoque particulæ affectæ locis, inflãmationes, & abscessus super ipsum neruum conuulneratũ, quod cohæreant, solent accidere. Ita quidem indicatur Galeno *lib. 3. art. parua, vt in superioribus annotauimus:* Si in vulneribus neruorum tumor apparuerit, & postea disparuerit, conuulsionis ac delirii periculũ imminet. Hinc de tumoribus, qui vulneribus superueniunt, loquens Hippocrates *lib. 5. aphor.* in vniuersum omnes illos tumores damnat, qui derepente detumescunt. Sed & ingens malum portendi ibidem asserit, cum vulneribus prauis (*qualia sunt quæ in capitibus aut finibus musculorum & maxime neruosorum fiunt*) tumores omnino non adueniunt. *Si in vulneribus* (*inquit*) *fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malũ.* Sequenti quoque aphorismo, qui pars est antecedentis docet Hipocrates, tumores omnes, prauis maxime vulneribus, cuiusmodi sunt ea, quæ neruosis partibus illata sunt, superuenientes, quicunque molles sunt, optimos esse. contrarios vero prauos. *Molles* (inquit) *boni, crudi vero mali.* Vbi crudum tumorem vocat durum atque renitentem, qui opponitur molli. Ad hæc, neruo per trãsuersum vulnerato, sed non omnino dissecto, maior conuulsionis metus impendet, quam si totus præcisus esset: phlegmone scilicet a dissectis fibris, ad non sectas, communicata, ceterum conuulsione ab ipsis non sectis excitata. At si totus quidem neruus præcisus sit, metus præterea nullus instat, nec periculũ vllum inde sequetur: debilis tamen particula manebit, *vt prius dictum est*, cum de spasmo ageremus. Meminisse præterea oportet, quod frigidum partium neruusarum vulneribus magis est mordax, quam iis quæ carnes occupant.

Caussæ.

Signa & indicia.

Quæ symptomata quique affectus ex neruorũ vulnere oboriantur.

Tumor in vulnere neruorum.

Crudus tumor qui dicatur Hippocrati.

178 *Neruea ligamenta*, siue copulæ, quos *syndesmos* vocant, cum similimam habeant tendonibus speciem, valentissimorum remediorum. *Galeno 6. Therap.* vim tolerãt, quippe quod nec ad cerebrum pertingant, & sensu careant. Nam nerui omnes alii quidem ex ipso plane cerebro ortum habent, alii spinali interueniente medulla. Tendones quoque quoniam compositam ex neruo ligamentoq; substantiam habent, quatenus neruis participes sunt, catenus ex cerebro oriuntur: ceterum nunus saltem, quam ipsi nerui, conuulsionem accersunt. *Syndesmus* vero vulneratus, si is est, qui ab osse ad os permeat, ac duorum ossium coniunctio est, & maxime sine periculo est, & ipsum quibuslibet siccãtibus medicamentis curatur, nihil hominem offendens. Sin is fuerit, qui in musculum se inserit, quanto est neruo & tendone minus periculo oportunus, tanto vtique, nisi rite, hoc est, caute & diligenter curetur, reliquis syndesmis magis terrere debet.

Ligamenta vulnerata valẽtissima tolerant remedia.

Curatio vulnerum eiusmodi partium neruosarum cõmunis est cum ea, quæ & vulneribus partium carnosarum accõmodatur, hoc vno tamen excepto, quod symptoma illis superueniẽs, nempe dolor, primo medici sollicitudinẽ (*cum enim contristat*) ad se conuertit: ita tamen, vt vniuersales ac communes illæ intentiones supra memoratæ, haud prorsus interim negligantur. Hæ autem numero erant quatuor. *Prima* quidem, extranea, quæ vulneris labris intercidunt, remouere. *Secunda*, vulneris labra diffidentia cõmittere. *Tertia*, commissa atque in vnum coniuncta, seruare. *Quarta*, particulæ læsæ substantiam conseruare. Ceterum quomodo has intentiones assequamur, ex differentiis iam supra enumeratis plane cognoscemus. Ergo a simpliciori exordium sumentes, de nerui punctura primum dicemus. In nerui puncti curatione, neque vnitionem moliri statim oportet, neq; coacta, seu in vnũ coniuncta conseruare: quin potius cutis quidem vulnus apertum, inglutinatumq; custodire. Itaque infixa duntaxat (*si qua neruus inhæserint*) extrahenda, & particulæ oblæsæ substantia seruanda. Porro qua ratione defixa euellenda sint, abunde in præcedentibus ostẽdimus. Reliquum est igitur, vt quomodo læsæ particulæ substantia seruanda sit, & ab ingruentibus iniuriis vindicãda, aperiamus. Ceterum partis ipsius laborantis, hoc est, puncti nerui substantiam optime seruabis, si & dolori (*qui ob exactum atque excellentem partis affectæ sensum vehementissimus excitari solet*) sedulo ac mature occurreris, phlegmonem fieri 179
prohibueris. Quæ duo ex necessitate (*nisi obstiteris*) nerui puncturam consequuntur, & conuulsionem subinde accersunt, vt in præcedentibus iam annotauimus. Vt autem geminũ hunc scopum assequaris, hoc est, dolorem, ac inflammationem prohibere possis, quatuor intentiones rursus tibi erunt diligenter obseruandæ. *Prima* erit, recta vitæ institutio. *Secunda*, materiæ antecedentis subtractio, ne scilicet ratione doloris confertim ad locum affectum confluat. *Tertia*, corpus a cõuulsionis noxa vindicare. *Quarta* dolorem sedare, & æruginosam saniem educere. Et hæc quidem puncturæ nerui propria est & maxime peculiaris. Aliæ vero tres, omnibus neruorũ vulneribus sunt cõmunes. Quod ad primã intẽtionẽ attinet, præcipit Auicẽna, vt cui neruus punctus est, victũ in extremo tenuissimũ seruet, iuxta eam formã, quam superius expressimus, dũ in vniuersũ de vulneribus tractarem. Locus in quo cubabit æger, tepidus esse debebit, *vt (ei) nos ac monuit.* Lectulus vero mollis, *vt Gul. & Auic. placuit*, esse

Curatio vulnerum partium neruosarum.

Ingenti dolori primum succurrendum.

[...]cti nerui curatio.

In nerui punctura vulnus diu apertum seruandum est.

Symptomata nerui puncturam consequentia.

Quatuor intentiones in curanda neruorum punctura obseruanda.

Viuendi ratio.

debet. Sed & collocari quoque membrũ. quod i-
ctũ est, ratione certa debet. Optimũ etiã medica-
mẽtũ laboranti quies est: moueri enim & ambu-
lare, nisi sanis alienũ est. In quiete igitur ac lectu-
Materia antecedentis subtractio.
lo molli hominẽ continere oportet. Vt autem se-
cundam intentionem assequi possis, sequendum
omnino est tibi Galeni consilium, qui *lib. 6. meth.*
medendi iubet in nerui punctura corpus totũ san-
Sanguinis missio.
guinis missione inaniendum esse, vtique si virtus
robusta fuerit, & nihil aliud obstiterit: & quamuis
etiam nulla adsit in corpore laborante sanguinis
redundantia, corpore etiam plethorico non exsi-
stente, hoc genus auxilii (*vt antea diximus*) ple-
rumque desiderat. Ceterum in hac per sanguinis
missionem vacuatione, seruanda semper erit lo-
Purgatio Frictio.
corum affinitas, vt frequenter admonuimus. Si
vero vitiosis succis repletum corpus sit, protinus
congruo medicamẽto illud purgabis. Lenis quo-
que frictio recte adhibetur, sed his partibus, quæ
longius absunt a vulnere. De tertia indicatione
abunde satis dictum est in præcedentibus, vbi de
conuulsione vulneribus superueniente tractaui-
Conuulsionis præcautio.
mus. Itaque si puncto neruo, vel quouis modo
vulnerato, aut etiam contuso spasmus acciderit,
aut eius metus ingruat, protinus caput, collum
atque vniuersam dorsi spinam oleo liliorum vel
cõmuni calente fouebis. Porro si in partibus su-
180 perioribus, vt manu vel brachio, id genus vulne-
ris neruus acceperit, præter iam commemoratas
partes axillas quoq; vbertim olei calenti delinies.
Si vero pũctus aut quouis modo vulneratus ner-
uus ex iis sit, qui in crure habentur, bubones, si-
ue inguina, pubes & loca vicina, largo oleo statim
erunt imbuenda. Tum per totam spinam ad col-
lum & caput vsque ascendendum. Sed & tendo-
nes & ligamenta ac loca ipsa vulneri vbiuis illato
propinqua eodem modo fouenda sunt, *vt sexto*
lib. method. med. Galenus facere nos edocuit. Cete-
rum neruorum vulneribus, sed maxime punctim
inflictis, perperam a principio curatis, maxima o-
Si nerui vulnerati phlegmone occupentur, aut putrescant.
mnino inflammatio & putredo superuenit. Ergo
cum nerui vulnerati sic iam inflammatione ten-
tãtur, & putrefiunt, farinam hordeaceam aut fa-
baceam, aut potius eruinam in aqua lixiua aut o-
xymelite vel syrupo acetoso decoctã, loco phleg-
mone occupato, & putrescenti statim illinire o-
portet: non autem triticeam farinã, aut eius ge-
neris cataplasmata, quæ particulam putrem effi-
Aqua calida vulneratis neruis infestissima.
ciunt: imo vero neq; aquam calidam adhibebis.
Hæc enim tametsi reliquis inflammationibus,
quas *phlegmonas* appellamus, sit accõmodatissima
(*vt quæcãs valde mitiget*) vulneratis tamen neruis
est infestissima. Ab humectantibus namque & a
calefaciẽtibus medicinis putredo huiusmodi af-
fectibus comparatur. Quod si vehemens inflam-
matio cum maximo dolore infestauerit, *eruinam*
farinam aut *fabaceã* cum optima sapa, addito pau-
cissimo aceto, decoctam illinito, prius tamẽ par-
te affecta, *oleo calido* affatim perfusa. Tanta inter-
dum ex eiusmodi puncturis & neruorum vulne-
ribus oboritur putrefactio, vt ferro candenti, vel
Empl. ex
caustico aliquo medicamento (*cuiusmodi est æ-*
gyptiacum) eam adurere cogamur. Halyabbas &
metallicis ad gangrænas & putredines.
Auicẽna ad eiusmodi phlegmones & gangrænas
seu putredines emplastro ex metallicis, & aceto
præparato vtebantur, cuius composito *lib. 3. de*
compos. medic. κατὰ γένη, a Galeno sub hac verborũ
serie descripta est: *Ceræ pondo vnciæ sex, olei* ℥ IX.
mysi ℥ VI. *chalcitidis denarij pondo vnius, squamæ æ-*
ris ℥ ij. ß. *thuris* ℥ ß. *galbani* ℥ j. quæ liquari possunt,
hoc est, cera & galbanum, liquefacta, metallicis
in aceto acri prius accurate tritis, superfundũtur.
At recentiores eo quod ex farina hordei, fabarũ,
orobi in lixiuio stillaticio (*vt prius diximus*) con-
stat, vtebãtur. Auicenna addit *mel & acetũ.* Quod
vero ad quartam intentionem consequendam
attinet, quæ neruorum quidem puncturæ magis 181
Doloris sedatio. & saniei eductio.
propria est, Galenus *lib. 6. Methodi* valde multa
pharmaca recensetab ipso excogitata, & deorum
quadam prouidentia (*vt alibi testatur*) inuenta.
Quæ vulneri imposita ad vtrunq; mire sunt cõ-
parata, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum
saniei patefaciant. Tutius vero fuerit in neruis a-
cu, aut paxillo, aut quopiam tali compũctis, præ-
Punctura dilatatio.
sertim si in altum recessum vulnus, hoc est, pun-
ctura descenderit, & conspectum effugiat, cutim
etiam in vulneris orificio aperire ac latius incide-
re, quo melius sanies effluat, & cõmodius ad pro-
funditatem loci, medicamentorum vires perue-
niant. Porro aliis cultro rasorio, aliis vero caute-
rio cutem ipsam aperiendam esse, magis placet.
Galenus in id genus puncturis orificium duabus
in cutem sectionibus recte diuidere iubet *lib 3. de*
compos. medic. secundum genera. Itaq; nisi oræ an-
gustiorum eiusmodi punctuum aperiantur, con-
uulsionis periculũ magis imminet: quippe quod
obcœcato ita cutis vulnere nihil a profundo ex-
trorsum exspiret. Facta autẽ cutis apertione, ex-
siccandum mox vulnus est, substantia aliqua te-
nui, quæ vsq; ad ima nerui offensi possit penetra-
re, *vt lib. artis medicinalis Galenus nos admonuit.*
Oleum Sabinum.
Cuius generis est oleum sabinum, præsertim ve-
tus, quod tanquam vtilissimũ ad præsentem cu-
rationem, *lib. 6. method. & 3. de compos. med. secũ-*
dum genera, idem author deligit. Vitandum au-
Olea adstringentia vitanda.
tem (*consilio eiusdem*) omnino est oleum crudum,
quod ὠμοτριβὲς vel ὀμφάκινον duplici nomine Græce
dicitur, & quod deniq; vim habet adstringendi,
cuiusmodi est *oleum myrtinum*, tribus saltem pri-
mis diebus. Hoc enim per halitũ non digerit, sed
obstruit, & perspiratum prohibet. Præstat igitur
neruos punctim ictos oleo tenui, adstrictione
prorsus carente, perfundere, quale dulcissimum
est, quod longe melius erit, si duo aut tres annos
transegerit. Sed neque *Sabinum* etiam ipsum
oleum, quamuis sit tenuissimum, aut aliud quod-
uis simile, vt est *Iasminum* (quod vocant)
Frigidum punctis neruis aduersatur.
frigidum admouendum est, sed calens: frigi-
dum namque præter quam quod neruis aduer-
satur (*vt quinto aphorism. expressit Hippocrates*)
tenues quoque meatus obstruit, & ipsos an-
Si dolor vehemẽs adsit.
gustiores efficit: calidum vero digerit ac dilatat,
doloresque magis demulcet. Si vehemens do-
lor laborantem excruciat, oleum ex vitellis ouo-

rum commode administratur. Ad eandem quoque intentionem in neruis punctim vulneratis, Galenus sæpe vsus est *terebinthina resina*, medica-
182 mento sane inprimis idoneo per se quidem pueris & mulieribus, & generaliter iis, qui molli sunt carne, cum euphorbio vero emollita, in duris corporibus. Non secus autem & propoli, non per se modo, verum etiam cum euphorbio molliens, vsus est, & si nonnunquam duriora contigerint, cum oleo quodam tenuiore. Quin (*subiungit*) & sapageno in duris corporibus sum vsus, vtique cum *oleo* & *terebinthina* id miscens. Sed & opopanace ad eundem modũ, quo & sagapeno. Mihi vero & *lachryma Cyrenaica* non inutilis fore videtur, si quis emplastrum ex ea faciat: cuiusmodi est, quod nos ex euphorbio composuimus. *Verum* (inquit) *nondum id experientia, quemadmodum reliqua omnia, comprobauimus.* Quippe præcedere oportet eã, quæ a vera methodo proficiscitur, remediorum inuentionem, hinc vero experientiam ad certiorem etiam fidem subscribere. Si quidem ex tali methodo etiam sulphur, quod neque ignem expertum, neque lapidosum sit, sed omnino tenuium partium, ei, cui neruus vulneratus est, conducturũ sperauimus, tantum eius (*sulphuris inquam*) tenui oleo miscentes, dum quod ex vtrisque mixtum erat, sordium haberet crassitudinem. In valentioribus vero durioribusque corporibus etiam, si ad mellis crassitudinem redigas, sic quoque iuueris. Nam id quoq; comprobatum experientia est. *Hactenus Galenus.* Cuius sententiam approbat Auenzoar, huiusq; rei periculum se aliquando fecisse testatur. Quæ autem de lota calce subdit Galenus neruis denudatis magis conuenire videntur. Quare in sequentia ea reseruamus. Ceterum paucis quibusdam interiectis, refert Galenus se composuisse emplastrum ex *cera, resina terebinthina, pice, & euphorbio*, ad hanc intentionem longe optimũ, quo & plurimi sua ætate felici successu vterentur. Recipiebat autem ex *cera partem vnam*, ex *terebinthina & pice* vtriusque partis vnius dimidium (*sic vt quod ex vtrisque conflaretur, ceræ par esset*) ex *euphorbio* vero, *ceræ partem duodecimã*, etiam plus aliquando, vbi scilicet valentius est efficere in animo. licet quoque interim & plus sit, quod ex *terebinthina & pice* consit, quam cera. Licet rursus & alterum eorũ tantum ceræ admiscere. Quin etiam in penuria terebinthinæ resinæ (*quæ vix apud nos reperitur*) abietinam, *Galeno etiam auctore*, commode admiscebis. Emplastro vero aliquo ex prius memoratis apposito, lanam mollem oleo calente madefactam supra decenter alligabis. Igitur vt summatim atque vniuersim dicamus, quæ in
183 puncti nerui curatione obseruanda sunt, Galenum *ita 6. lib. Therap.* scribẽtem audiamus. *Vulnerati nerui curatio, medicamenta postulat, quæ & tepidum calorem excitent, & valenter (sine molestia tamen) desiccent: tum quæ ex substantia sua natura & trahendi vim habeant, & tenuium sint partium. Et rursus ibidem: In pharmacis autem huc omne cõsilium direxi, vt esset eorum facultas tum tenuis, tum modice excalfaciens, & quæ admodum siccare citra dolorem posset: cum sola hæc trahere ex profundo saniem, neque contracta, neque demersa particula possit.* Porro cum permagna humanorum corporum (*vt alibi Galenus ait*) sit differentia, tum in temperamentis, tum ætatum mutationibus, insuper vitæ studiis nulla ratione quodque medicamentum omnibus conuenire potest. Quamobrem duo in promptu habeto, alterum valentius, ex similibus genere confectum, alterũ mitius, quæ inuicem mista, dum vsus postulat, permulta inter hæc iuxta misturæ quantitatem constitues. Vide reliqua apud Galenum. Nunc exemplum vnum atq; alterũ adferamus, vt clarior euadat curatio.

Medicamẽta quibus vsus Galenus in neruis punctim vulneratis, lib. 6. meth.

Remediorũ per methodũ inuẽtionem præcedere debere, deinde hac experiẽtia confirmari.

Auenzoar.

Emplastrum Galeni.

Gal. lib. 6. method.

Lib. 9. πολιᾳ... [marginal note partly illegible]

Observatio XXXVIII.

De nerui punctura.

PAVPERCVLA quædam mulier cum acu digitum minimum pupugisset, in manu, forte ex nerui punctura, quarto die ingens superuenit tumor, adeo, vt tota manus phlegmone afficeretur (*ob intensum dolorem*) seu apostemate: sed non peruenit ad saniem, quia calor naturalis erat diminutus: & ideo mansit inflammatio quædam œdematosa. Puncturæ autem Laurentius Bruninck doctor chirurgiæ, qui tunc accitus fuit, applicuit vng. *de euphorbio* ex descript. Guidonis, etiam digitos inungendo: & inflationi apposuit vng. *de cineribus solitum.* quibus cessauit fluxus humorum. Interim apposuit emplastrum ex resoluentibus & roborantibus. deinde vinum stypticum, cum *sale*: & bene habuit: sed multo melius postea, cum in decoctione vini coquerentur *absynth. camomilla & sal*: ac sic tandem inflatio diminuta est: & tunc inunxit digitos cũ vng.
dialthea, balneando manum cum iure intestino- 184
rum. & eam ponẽdo in bobus aut similibus animalibus recens mactatis: & ita restituta fuit sanitati. Refert Amatus similem fere historiam *cent. 1. curat. 38. de punctura acus in digito*, sic scribens: *Anselmi illustris Comitis mater sexagenaria quum fueret, pollicem acu prope vnguem pupugit. a punctura multum doluit, febricitabat, non quiescebat, adeo, vt per duodecim dies parum aut nihil dormiuerit quieueritue. Dolor in vniuerso hoc tempore continuo perdurauit, ita intensus, vt parum abfuerit, quin ex eo moreretur: ad quam cum accessissem, penitius locum animaduertens, inueni in ipso pollice inter vtrũque articulum saniem genitam esse, quam quum inuenissem, illico in loco secari iussi, saniemque pro membri quãtitate fluere permisi. A sectione vero optime manu oleo rosaceo completo inuncta, in ipsoque vulnere immisso linamento illito ex albo & luteo oui optime contusit, & splenis debite applicatis, inter duas horas a doloribus libera fuit: & postea intra paucos dies sanitati restituta.*

Scholia.

PERICVLOSE admodũ sunt eiusmodi puncturæ, vt *Scholiis præcedentibus quoque diximus*, ob quas multi aliquando digitũ, aliquando manum, aliquando vero & ipsam vitam amiserunt. Vnde Galenus hæc sciens (*vt patet lib. Artis medicinalis*

dicinalis cap. 92.) docte admodum & prudenter ad apertionem confugit, ne spasmus obturato vulnere, dum nihil exspirat, subsequatur. Quomodo autem punctura nerui curetur, iam longius ex Gal. *lib. 6.* declaratur & scholio præcedente prosequuti sumus. Nam inprimis necesse est extrahere illud, quod neruum læsit, siue id fuerit frustum acus, aculeus, vel spina, siue sagitta vel telum: deinde apponere linamentum inunctum cum vng. de *euphorbio*, cuius hæc est descriptio: ℞. *olei communis ad libitum, & impone lanam succi-*
185 *dam, & modicum salis communis, ita vt in lib. j. olei* ponantur ℥ ij. *salis, lumbricorum terrest. ad libitum, succi urticæ* ℥ vi. hæc omnia bulliant vsq; ad spissitudinem vel consumtionem succi, deinde cola, & vsui serua. Postea ℞. *olei prædicti* ℥ iij *terebinth. lotæ, picis naualis, resinæ pini, ceræ nouæ ana* ℥ iij. *omnia misce*, & fiat vng. deinde deponatur ab igne, & imponatur *euphorbij puluerizati* ℥ j. ß. *sulphuris puluerizati* ʒ vi. fiat vng. semper miscendo, donec frigescat. Si autem metus sit spasmi, dissoluatur modicum illius vnguenti in aqua calida, & adde exiguum *olei sinapis*. erit præstantissimum. hoc vnguēto cum plagello vel linamento superposito immediate adhibeatur paruum ferrum, calidum mediocriter, vt virtus vnguenti penetret in profundum: ita vt vulneratus quasi conqueratur de aliqua vstione, & hoc vnguento aperietur vulnus, & punctura, & per cōsequens humiditas æruginosa poterit exire, & super illud linamentum vel plagellam *(vt barbari vocant)* aliud emplastrum paulo maius cum prædicto vng. applicetur, & locus circumferentialis inungatur *oleo rosaceo calido*, aut *oleo lumbricorum*: & pars superior potest defendi aliquo defensiuo. Si autem post tertiū vel quartum æger peius se habeat, malo tendente ad apostema, tunc vti possemus emplastro ex *farina fabarum, cineribus cribratis, melle exiguo, & aceto incorporatis*, & calide super totum membrum apposito, prius tamen emplastro de Euphorbio adhibito, tū vnctionib⁹ prius peractis. Alind vng. de Euphorbio, quod a Guidone ponitur. ℞. *ceræ, resinæ, picis ana quart. j. Euphorbij* ℥ *j. terebinth. olei cōmunis ana* ℥ ß. misce, & secundum artem fiat vnguentum. *Alind vng. de Euphorbio, ex Guidone.*

OBSERVATIO XXXIX.

De vulnere in iunctura & loco neruoso facto, phlegmone accedente, unde humidum quid exstillabat.

VVLNVS quod in iunctura erat perperam curatum ab imperito quodam tonsore potius quam chirurgo, humidum quid (quod *Glaram* vocant, & falso *aquam iuncturarum*, vt alibi diximus) exstillabat: quod cū curari non posset, tandem hoc vnguentum contulit: ℞. *terebinthinæ lotæ in aqua saluiæ* ℥ ß. *mellis communis vel rosacei, vt libet*, ʒ iij. *farinæ hordei* ʒ ij. *aloes Succotrinæ* ʒ iij. fiat vnguentum. Sed & M. Iohannes Candetus chirurgus hoc sequenti vtebatur vnguento in similibus accidentibus. ℞. *farinæ seminis li-*
186 *ni, farinæ hordei, orobi ana p. æ. mellis q. s.* ad incorporandas prædictas farinas supra ignem ad spissitudinem pultis: deinde cum frigidum euaserit, adde pul. *thuris, myrrhæ ana* ℥ ß. confice ad modum vnguenti.

SCHOLIA.

LIQVOREM hunc, quem alias ἰχῶρα appellauimus, a nostratibus chirurgis ineptissimo vocabulo *aquam articulorum* vocari, olim diximus *lib. 4. obs. & curat. medic. nostrarum, obs. 4.* in qua & tonsorum nostrorum errorem ostendimus. Sed iis omissis, nunc ad neruos vulneratos accedamus, qui cum punctim, ac cæsim, & deinde per transuersum vulnerari possint, de punctura paulo ante tum neruis punctis diximus, nunc de neruis cæsim vulneratis agamus, deinde de iis, qui per transuersum cæsi sunt, cuius quoque exemplum superius posuimus. *De neruis cæsim vulneratis.* Si igitur neruus non punctim, sed plane cæsim vulneratus fuerit, diligenter considerandum est, quo pacto vulneratio facta sit: vtrum ne per transuersum neruum, an secundū longitudinem eius: tum vero quantum interuenientis seu præiacentis cutis diuisum sit. Adhæc spectandum etiam est, num totus neruus dissectus sit, an non ex toto præcisus. Eiusmodi namque vulnerum differentiæ, curandi rationem non parum euariant, *vt ex sequentibus euadet manifestum.* Itaque si cutis, quæ interueniebat sectio, non satis pateat, ampliori diuisione aperienda est, *vt iam in præcedentibus admonuimus.* Proponatur igitur primum satis esse cutis apertum, non ita tamen hiare vulnus, vt neruus ipse incisus sensui nudus adhuc appareat. *Hypothesis.* Sane huiusmodi nerui scissura, siue per directum, siue per transuersum facta diuisio sit, vltra communes tres iam dictas intentiones in punctura qualicumque obseruandas, tres adhuc alios scopos, siue intentiones habet. *Tres intentiones particulares.* *Prima* est, vt in loco vulneris magis decliui turunda aliqua mollis & suauis blande imponatur. *Secunda*, vt aliquod medicamentum anodynum seu mitigatorium, & *(vt vocant)* incarnatiuum neruis dicatum, vulneri superponatur. *Tertia*, vt lana mollis succida, vel oleo calente delibuta, desuper blande alli- 187
getur. Ergo non ita exacte vulneris oræ cōmittendæ sunt, & glutinandæ, quin omissarium aliquod relinquatur, quo collecta sanies effluere possit. Hæc enim si in profundo retineatur, neruis putrefactionem ac corruptionem inducet, atque ita etiam conuulsionem inuehet. Eam ob rem profuerit *(primis saltem diebus)* turundam aliquam mollem, digestiuo ex terebinthina, oui luteo & croci momento illitam, loco vulneris *(vt dictum est)* decliuiori molliter immittere, donec nullum amplius phlegmones aut conuulsionis periculum timeatur. *Turunda.* Medicamentis autem his neruorum, ac etiam tendinum vulneribus, cæsim nō punctim acceptis, expeditissimum apprimeq; idoneum esse creditur, quod vnguentum ex vermibus vulgo nuncupatur. *Vnguentum ex vermibus.* Recipit autem *centaureæ minoris, linguæ canis, lanceolatæ (quæ plantago est maior) pilosellæ, consolidæ maioris & minoris ana m. j. vermium terrestriū* (quos *lumbricos* appellamus) *lib. ß. olei communis lib. j. vini lib. j. ß.* subigantur simul, & ita septem diebus nutriantur, seu *(vt lo-*

quuntur) fermẽtentur. Deinde illis addantur seui arietis a pelliculis emũdati *lib. 1. picis nigra, resina ana quart. j. gũmi ammoniaci, galbani, opopanacis in aceto dissolutorum ana* ʒ v. simul omnia moderato igne decoquantur vsque ad vini & aceti cõsumptionem, & colentur. Vbi vero hæc pene refrixerint, adde *terebinth. quart. ß thuris, mastiches, sarcocolla ana* ʒ *iij. croci* ʒ *ij.* spatula agitentur in mortario, & fiat vnguentum. Porro longe alia multa medicamenta, paratu etiam faciliora, hisce neruorum diuisionibus valde accommoda, referuntur a Galeno *lib. 3. de compos. medic. secundum genera, & 6 methodi medendi.* Cuiusmodi est, quod ex *oxymelite & fabarum farina,* vel *eruorum,* vel *lolij,* vel *ciceris,* vel *lupinorum amaror.* vel *hordeacea farina* cataplasma cõficitur: item *pix liquida,* fermento temperata, atq; vulneri imposita. *Eruorum* quoque aut alia ex prædictis *farina, fermento permixta.* Imo & interim fermentum ipsum solum. Quin etiam *oxelaon solum* quod caleat, modo acetum abunde acre & vetustum sit. *Propolis* queq; recens liquida & pinguis vulneri imposita sæpe præsidio fuit, interim quidem per se, interim fermento commixta. His itaque præsidiis ad neruorum vulnera, tam in agris quam in vrbibus felici successu Galenus sæpe vsus est, non solum in his, quos iam phlegmone prehenderat,

Cataplasma. *Pix liquida.* *Oxelaon.* *Propolis.*

188 sed etiam, vt refert, protinus ab initio. In summa, oportet medicamẽta omnia, quæ neruorum vulnerib⁹ tam cæsim quam punctim inflictis, ex vsu futura sunt, ea pollere facultate, quæ & modice calfacere, id est, tepidum calorem, & veluti ex sole suauem excitare, & valẽter, citra dolorem tamen, siccare possit: tum ea quoq; esse substantiæ natura, quæ ex alto saniem atque humores educere, ac digerere valeant. Atque ex iis minus molesta esse consueuerunt, quæ liquida sunt, *vt Galenus etiam annotauit lib. 3. de compos. med. secundum genera.* Super eiusmodi vero medicamenta lana mollis succida, vel oleo calente respersa, apponenda est, & leniter obstringenda. Ceterum quoniam frigus tum omnibus, tum vero maxime neruorum vulneribus infestissimum est, plurimum conferet, lanam ipsam superpositam permanere calidam, siue oleo tantum, siue oxelæo quoq; imbuta fuerit: fiet hoc, si aliæ lanæ siccæ vellera, aut panni calidi subinde mutati, extrinsecus circumponantur, & æger intra tectũ, si modo hyems fuerit, ad quintum vsque vel septimum morbi diem sese cõtineat. Nam si eo vsq; phlegmone non tentetur, vacetque prorsus dolore, & nullam sentiat tensionem, in posterum inquit Galenus *lib. 3* κατὰ γένη) tutus erit. Atque hæc de neruo cæsim vulnerato in vniuersum ac generaliter dicta sunt, siue per transuersum, siue per directum vel per longitudinem neruus diuisus sit.

Qualia in vniuersum medicamenta esse debeant, neruorum vulneribus accommoda. *Lana mollis succida.*

Quæ vero sequuntur, peculiariter de neruo per transuersum vulnerato dicuntur. Si itaque neruus per transuersum vulneratus sit, nõ tamen ex toto præcisus, maior conuulsionis metus impendet, inflammatione scilicet *(vt supra diximus)* a dissectis fibris ad integras, & non sectas succedẽte: ceterum conuulsione ab ipsis non sectis excitata. Huic itaq; memoratis prius auxiliis quam citissime occurendum est. Ergo in quiete omnino & strato mollissimo cõtinendus æger est, plurimoq; *oleo* affatim, & assidue inguina, spina, axillæ, collum & caput perfundendum. Ceterum in hoc vulnere largius sanguis mittendus est, & victus tenuior adhibendus, quam in neruo per directum inciso. Quod si conuulsio iam superuenerit, & nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, reliquæ fibræ, quæ integræ remanserant, præcidi debent. Si enim totus neruus præcisus sit, nullum quidem præterea *(vt Gal. inquit 6. Methodi)* cõuulsionis periculum sequetur, debilis tamen particula manebit. Verum læsio, quam mors, potius optanda, *vt idem inquit 12. Therap.* Hoc pacto quibusdam in priore infernaque femoris parte per transuersum percussis, 189
reliquum tendonis amputauit Galenus *(lib. 3.* κατὰ γένη*)* vt tuta illi esset curatio. Porro si transuersa hæc diuisio, tam insigniter alta in musculo facta sit, vt deligatura nihil prodesse possit, non dubitabis musculi distantes inuicem partes *(præsertim si vulnus recens fuerit)* suturis altioribus contrahere: cura tamen semper adhibita, ne ab acu neruus, vel tendo compungatur. Carnosa namque ipsa musculorum pars, dum acu suitur, periculo vacat: nerui vero aut tẽdines, non mediocri periculo consuuntur. Horum quidem omniũ Galenus nobis auctor fuit *lib. 3. de compos. medic. secundum genera* ad hunc modum scribẽs: *Contemplatus (inquit) gladiatorem quemdam ex his quos equites nominant, transversam diuisionem in priore ac inferiore femoris parte habentem, eamq; satis altam, tum vulneris labrum intuitus, sursum alterum reuulsum, infra alterum quasi ad patellam detractum, non dubitans distantes inuicem musculorum partes suturis contrahere, curatione illa, qua Græce a latitudine* κατὰ πλάτος *dicitur, neglecta. Itaque veritus tendines ipsos consuere, denudatis primo illis, sic altioribus suturis vsus sum, haud ignarus carnosam ipsam musculorum partem periculo vacare, tẽdines vero non item, quamquam hoc nullum ex meis præceptoribus facientem viderim.* Has autem suturas in eiusmodi vulnere, ideo non superficietenus, sed altius moliri cõuenit, ne quæ in imo sunt, incõglutinata dehiscant. Reliqua vero, quæ ad vulneris curationem attinẽt, hic quoq; sunt eadem, etiam si totus neruus præcisus sit. In solo itaque per transuersum accepto vulnere eodemq; insigniter alto, cũ deligatura nihil prodesse possit, ex sola sutura curatio absoluitur. Etenim in vulneribus iuxta membri longitudinem factis, deligatura vulnerati musculi partibus inuicem contrahendis sufficit Galeno. Ceterum sutura decenter facta, consutum vulnus fouendum erit rosaceo, in quo lumbrici terrestres prius decocti fuerint: ac supra puluis aliquis, qui futuram contineat, aspergendus erit, cui partem ipsorum lumbricorum desiccatorum & contritorum portionem, si lubet, adiicies. Quidam enim memoriæ prodiderunt, eiusmodi terræ intestina (seu *lumbricos*) contrita, neruisq; diuisis imposita, protinus mirum in modum prodesse: *vt lib. de simplic. med.*

De neruo per transuersum caso. *Historia de gladiatore in femore vulnerato.* *Cur sutura alta esse debeant.* *Lumbrici in rosaceo decocti.*

Centaurium. *med. facult. 11. Galenus refert.* Sunt qui & centaurium arefactum & contritum etiam inspergunt,
190 *vt in Nicolao Ioanne vulnerato superius nos fieri mandauimus.* Medicamen enim est admodũ deficcatorium, mordacitatis expers: & si glutinatoriis & deficcatoriis miscteatur, vlcera maligna & cacoethe sanare creditur. Quin & ipsius herbæ recentis illitu magna vlcera glutinantur, vetusta quoque & quæ ad cicatricem ægre perducuntur, eodem modo cicatrice obducuntur, *Galeno lib. 7. de simplic. med. facultatibus.* Refert Dioscorides, & quodam in loco Auicennas, quod carnes minutim incisæ coalescant, si cum cētaurio maiori decoquantur. *Radix centaurij minoris.* Eidem quoq; *centaurij minoris* radix recens, aut arida, ante madefacta, vulnera conglutinat & coniungit. Sed iam tempestiuum est, *Nerui cæsim vulnerati curatio.* vt de nudato neruo dicamus. Nudato neruo, omnis curationis consilium huc tibi dirigendum est: proinde si neruus non punctim, sed plane cæsim vulnerat' fuerit, cute etiam quæ interueniebat diuisa, adeo vt nudus appareat, nullum iam supra cōmemoratorum, quæ ex euphorbio, ac similiter acribus emplastri specie fiunt, applicabis: *Nudatus neruus vehementem vim medicamentorum ferre non potest.* neruus namque nudatus vehementem ipsorum vim ferre nequit, ita vt cũ interposita cutis erat, eam ferre poterat. Optime igitur eo casu feceris, si calcem & pompholygem ac metallica omnia, resinas quoq; olea, mel, & ceram, quæ eiusmodi medicamentis, nudato neruo, ac diuiso apprime idoneis, miscenda sunt, elueris, quo scilicet citra rosionem vllam sint siccatura. Quippe medicamentis omnibus (*vt Galenus inquit*) quæ laueris, acris, mordensque humor eluendo detrahitur. Tunc igitur præstantissimum erit, calcem æstatis tēpore 10 diebus canicularibus sub sole, aqua salubri & dulcissima sæpius elotam, & exsiccatam, plurimo optimoq; rosaceo admixtam apponere. *Medicamētum ex pompholyge.* Congruit & hoc casu medicamentum quod ex pompholyge (*vt dictum est*) elota fit, largiore itidē, ac probatissimo rosaceo salis omnino expertे, solutum liquatumve. Salubre quoq; medicamentum est, & quod ex melle optimo sub emplastri specie componitur. *Emplastrum ex melle.* Solui vero & id rosaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus sit optimum, tum salis omnino expers, vt scilicet minima cum rosione siccet. Nihil enim acre (*vt diximus*) nudato neruo (quæ pars est suapte natura sensu v:getissima) vnquam admouendum est. *Neruo denudato nihil acre admouendum.* Si vero robustus sit, qui vulnus accepit, & cui corpus sit a superuacuis humoribus mundũ, in hoc fas est, etiam valentioribus remediis nonnullis vti, vt *pastillis* seu *trochiscis* a Polyida auctore nominatis, sapa calida solutis, & in linamentum illitis.
191 Id autē vel imprimis (inquit Galenus *lib. 6. Methodi*) semper habendum curæ est, ne quid ex iis, *Nihil frigidum nudato neruo admouendum.* quæ vulnus cōtingent, frigidum sit: quandoquidem ipsa laborās particula & sensilis maxime est, & principum corporis partium primati (*nempe cerebro*) continua, & temperamento suo frigida. Quorum omnium occasione & ex facili a frigido offenditur, & suam offensam cerebro impertit. Ad tam dicti vero pastilli vsum prope etiam accedit & vsus medicamēti illi' quod ἀλεξανδρινὸν, Galeno nominatur, vulgo autem *diapalma.* *Diapalma.* Hoc ergo medicamine, si trochiscos Polyidæ ad manum nō habemus, vti tuto poterimus. Polyidæ autem *5. lib. de compos. medic.* miscella requitenda, cuius si copia non est, *Andronis* vel *Pasionis* sumendus erit pastillus. Cæterum vuln' eiusmodi oleo perfundendũ non est, præsertim cum nunc memoratis pastillis curatio suscipitur. *Oleum nudato neruo & vulnerato non esse admouendum.* Nam oleum illorum viribus aduersatur, & sordidũ vlcus reddit. Neq; enim parum interest (*inquit Galenus*) nudo neruo oleum, an per interpositam cutem admoueas. Abluenda igitur a vulnere sanies est, molli lana specillo circumuoluta, in sapa tepida intincta, & mox expressa. *Sanies quibus abluenda.* Quod si omnia bene atque ex animi sententia succedant, etiam vino dulci non acri & mordaci, vulnus commode poteris madefacere. Eo autem iam pene ad cicatricem ducto, etiam vtile fuerit album, tenue, & quod Græci *oligophorum* vocant. Aquæ vero vsum, & causam superius adductam, sicuti & *relaxans cataplasma*, semper in neruo nudato deuitabis. *Aqua nuda to neruo aduersatur.* Blāde etiam ac suauiter vulnus (*si necessitas vrget*) detergebis, vnguento ex vermibus facto, vel aliquo alio deteriore medicamento, quod recipiat mel probatissimum, *terebinthinam* & *farinam hordei*, aut *fabarum*, vel alio ex iis quæ in antidotario habentur *apud Guidonem.* Nonnulli pro comperto habēt, quod si dissecti nerui capita, seu extremitates candente ferro, carne vitata, leniter attingantur, optime postea conglutinari. *Candens ferrum.* Postquam autem neruum denudatum cōtexeris, linamenta extrinsecus circumducere oportet, ex medicamento (*inquit Paulus*) quod angustiis vulneribus faciat: nempe eo, quod ex euphorbio præparatur, aut *fimo columbarum*, sed ita vt etiam sanas partes ampliter comprehendat.

OBSERVATIO XI. 192

De nerui contusione.

QVIDAM, cui neruus contritus erat ac attritus, cum leui contusione carnis, cataplasma quod ex *fabarum farina*, tum melle ac aceto constabat, egregie profuit, quemadmodum etiam illi, qui fuste, & alii quoque qui stipite læsus erat, vtrisq; pix cum *oleo lumbricorum* profuit, quemadmodum & alteri sulphur cum *oleo lumbricorum* auxilio fuit. At in punctura nerui obcæcata, muscus qui crescit supra lapides, cum sulphure mixtus, vino & aceto supra tegulā ignitam irroratis & appositis, mirabiliter dolorem sedauit, ac etiam materiā in neruo collectam resoluit, quemadmodum *oleum terebinthina* cum *sale* aliqualiter bullitum, puncturæ cum tumefactione profuit. At alio istis diebus, cui neruus contusus erat, citra cutis læsionem, *oleum myrtinum* solum inunctum profuit.

SCHOLIA.

DE neruorum contusione hæc pauca adiiciamus. Neruorum cōtusionem promiscuam habet cum ecchymosi, seu carnium contusione habere generationem, facile nobis insinuat similis vtriusque affectus curatio. *Neruorum contusio promiscuam habet cum ecchymosi tam generationis tum curationis rationem.* Itaq; illic & digerentibus

& adſtringentibus medicamentis vtebamur: hic
vero etiam ſiccantibus & adſtringentibus nobis
vtendum eſt, præſertim dum cutis vna cum ner-
uo contuſa exulcerataq; eſt. Si vero abſque cutis
ſimili affectu neruus quidem contuſus eſt, huic
auxilia, quibus euocandi, ac digerendi facultas
inſit, adferenda ſunt. Contuſo igitur neruo, ſi

Si cum neruo cutis contuſa ſit.

cutis ſimul cõtundatur, & vlceretur, *fabarum lomentum oxymelite* dilutũ, aut ſi magis ſiccare vo-
les, *eruinam farinam* cum *ſapa & modico aceto* illi-
nes. Quod ſi amplius adhuc ſiccare deſideras, iri-
dem quoq; *Illyricam*, vel eam quam vulgo *Florentinam* vocant, immittes. Recentiores in hoc affe-
ctu per initia roſaceum cum oui candido liquore
193 admouent, & mitigato dolore laborantem parti-
culam fouẽt vino tepefacto, quod craſſæ ſit ſub-
ſtantiæ, & adſtrictionis particeps. At ſi vna cum

Si dolor vna cum contuſione infeſtet.

contuſione dolor infeſtat, picem liquidam cata-
plaſmati e farina fabarum adiicies, & vbi ſimul
bene decoxeris, calens medicamentum applica-
bis. Vniuerſi autem corporis curatio eadem eſt
cum ea, quam paulo ante docuimus. Verum ſi
neruus quidem cõtuſus ſit, cutis vero nihil, quod

Si neruus contuſus eſt, cutis vero nequaquã.

ſenſui appareat, a natura receſſerit, oleo calente
diſcuſſorio, quale *anethinum* eſt & *rutaceum*, *irinum* quoq; & *amaracinum*, continue locum irri-
gabis, perfundesve, & lana oleo madefacto fouc-
bis, ac totius corporis curam prædictis ſimilem
adhibebis. Porro ſi neruus totus ſit præciſus, me-

Si neruus totus ſit præciſus.

tus præterea nullus (*vt paulo ante diximus*) inſtat,
nullum enim inde periculũ ſequi poteſt. Mem-
brum tamen ea parte debile efficietur, præſer-
tim ſi diſſectus neru⁹ inſignis magnitudinis fue-
rit. Curatio vero eius communis eſt cum ea quæ
aliorum eſt vulnerum.

OBSERVATIO XLI.

De crure ſerra ablato.

CVM cuidam viro crus ſerra in Noſocomio
Delphenſi auferretur, ſanguine cõſtricto vt
decet, primo apparatu cum reſtrictiua amouerẽ-
tur, caro cum oſſe ſerra ablata coæqualis exſiſte-
bat, idque ſignum fuit, illum euaſurum, atq; ita
huic quoq; euenit. Hoc enim a chirurgis in No-
ſocomio Delphenſi obſeruatum eſt experientia,
tales plerumque a morte euadere. At vbi caro
ſurſum attracta fuerit, oſſe denudato, tales plerĩ-
que non ita poſt cõmoriuntur. Theodorus chi-
rurgus in eodem Noſocomio Delphẽſi ſeſe quo-
que ſæpius experimentum feciſſe, oleum cam-
phoræ per ſe oſſa corrupta eximere, dicebat, quod
ego non ſũ expertus ſum. At authore Raſi, Aui-
cenna & Galeno, ſi *peucedani* radix ſubtiliter pul-
uerifata oſſis cortici ſuperimmiſſa fuerit, eandem
eicuat & incarnat. Sed & emplaſtrum ex radice
vitis albæ cum vino oſſi admotum, eiuſdem frag-
menta extrabit, Dioſcoride idem ſentiente.

194 SCHOLIA.

CVM hæc in parte ſana cruris fiunt, qua ſerra
ſubinde eſthiomeno affectum auferri cogi-
tur crus, aut aliud membrum, ad oſſium vulnera
pertinere videntur. Tradita igitur vulnerũ car-
noſa ſubſtantia, venarum, arteriarum, & neruo-
ſarum partium curandi ratione, nunc de vulne-
ribus oſſium nobis agendum ſupereſt. Ceterum
tametſi omnis cõtinuitatis ſeu vnionis ſolutio in
oſſe, Galeno *ſexto methodi medẽdi & paſſim* alibi,
Græce proprio nomine *catagma*, (quod Latinis
eſt *fractura*) dicatur: recentiores tamen tum me-

Fractura quid.

dici tum chirurgi fracturam vocare conſueue-
runt, ſolam oſſis diuiſionem, quæ ſine inciſione,
a violentia quadam, vt ruptura extrinſecus acci-
dente, fit, de qua in ſequentibus latius dicetur.
Vulnus vero oſſis appellare ſolent, præciſionem,

Vulnus oſſis.

enſe, aut quopiam alio ſimili incidente, vel in
profundum penetrante factam, de qua in præ-
ſentiarum dicere ſtatuimus. Huiuſmodi autem
præciſio quandoque (*vt nunc loquuntur*) eſt to-
talis, quandoque partialis. Ceterum cum os i-
pſum vulnerari non poſſit, quin caro & venæ &
aliæ ſuperiacẽtes particulæ etiam vulnerẽtur, ſæ-
penumero ex oſſium vulnere peſſima quædam
ſymptomata excitantur: nempe *profuſio ſanguinis*,
dolor vehemens, *conuulſio & ſyncope*, a quibus agen-
dorum etiam indicationes ſumendæ ſunt. Porro

Ex oſſium vulnere praua oboriuntur ſymptomata.

cum notæ vulnerum oſſium, ſenſui ſiot ſatis con-
ſpicuæ, his prætermiſſis indicia ſeu præſagia ſub-
iiciemⁿ, quæ tam ab ipſis veteribus quam recen-
tioribus ſcriptis mandata ſunt. Itaq; iudicat Ga-

Indicia.

lenus *lib. artis medic. & rurſum 3 & 6. method. medendi*, quod oſſis ſoluta ſemel partium continui-
tas nunquam poſtea ad amuſſim & per ſe inſtau-
rari poteſt, præſertim vero in iuuenibus & ado-
leſcentibus & viris, multoq; minus adhuc in ſe-
nibus. Poteſt namque os illud tantũ vnitionem

Puerorum oſſa dimiſſa per ſe coaleſcunt.

per ſe & ſine alterius ope recipere, atque in idem
ad amuſſim coaleſcere, quod abunde molle eſt,
cuiuſmodi conſpicitur in pueris. Aliorum tamen
ope, vt ſubſtantiæ cuiuſdam interuentu, ceu glu-
tino quodam, oſſa ipſa quantumuis etiam dura
ſiccaque ſint, concreſcunt glutinanturue. Vo-
cant autem glutinum hoc, ſeu ſubſtantiam illam
interuenientem, cuius beneficio ſeparatæ oſſis
particulæ inter ſeſe agglutinantur colligunturq;
Græco vocabulo poron ſarcoiden, id eſt, *callum carnoſum*. Huius prognoſtici ratio ſuperius ad-
ducta eſt, vbi de iudiciis vulnerum in vniuerſum
agebatur. Hippocratis oraculum eſt *lib. 7. aphoriſmorum*, malum prauũ eſſe, oſſe nudato, carnem 195
circũſtantem videri ab eryſipelate apprehenſam.
In oſſis, inquit, *exutione*, *hoc eſt*, *nudatione*, *eryſipelas malum*. Sed hic caſus (*vt ait Galenus in Commentario*) oſſibus ita patientibus raro ſuperuenit. Ad

Eryſipelas in oſſis nudatione.

hoc frigidum nudatis oſſibus, *eiuſdem Hippocratis teſtimonio*, eſt infeſtiſſimum, partes enim ſiunt
exangues, ac a natura ſua frigidiores. Quæcunq;
autẽ tales in animalibus partes ſunt, citius ac ma-
gis a frigido offenduntur, *vt lib. 5. aphoriſmorum*

Nudata oſſa, a frigido maxime offendũtur.

Gal. annotauit, commentario decimo octauo. Si ma-
gna oſſa, veluti eſt os quod proprie *brachiũ & humerus* dicitur, vulgo autẽ *os adiutoris*, & vtrumq;
focile, ſiue *os tibiæ*, maius inquam, & minus (illud
cneme, hoc *perone* Græcis dicitur) tota præciſa
ſint, adeo vt medulla egrediatur, vulnus tale pe-
riculoſum admodũ eſt, & magna ex parte mem-

Magnorum oſſium præciſio, cum exitu medullæ, periculoſa admodum eſt.

brum,

brum, quod ita præcisum est, emoritur. In tam
insigni namque incisione. nerui, venæ & arteriæ
maiores, quæ vitam, sensum, atq; alimentum par-
ticulæ iam sic affectæ prius ministrabãt, omnino
præscinduntur. Quamquam non defuerint ali-
qui, qui Auicennam perperam intelligentes, ausi
sint oppositum plane asserere. Inquit autem ad
hunc modum Auicennas lib. 4. *Et quod dicitur de
incisione medullæ, quod interficit, est intentio, in qua
nulla est vtilitas. Habet enim medulla lenitatem &
viscositatem, & non inciditur.* Quod dictum sic ac-
cipiendum est, quod nullus vnquam interiit ob
præcisionem medullæ ossium, quamquam mem-
brum sic percussum tandem contabescat & emo-
riatur, ob eam scilicet quam nuper adduximua
caussam. Cum vero dicit, medullam non incidi,
hoc intelligendum, cum os frangitur. non autem
cum totũ exscinditur. Quis enim addubitat, cum
os totum præciditur, & medullam quoque simul
præscindi posse: Ceterũ summopere cauendum

Ossis vulnerati frustula nec subito, nec magna vi euellenda.

est, ne aliquid ossis vulnerati subito, ac magna vi
extrahatur. Nam si ita fit, vix a fistula, conuulsio-
ne, delirio, & febre laborans tutus erit, *vt Aui-
cenna nos commonuit lib. 4. sua medicina.* Proinde
satius est, extrahẽda ad tempus relinquere, & me-
dicamẽto aliquo attractoriam facultatem habẽ-
te, naturam adiuuare, quam sic ea subito & ma-
gna violentia eximere, *vt supra etiam monuimus,*
cum de telis e corpore extrahendis ageremus. At
nunc ad curationem vulneratorum ossium acce-

Curatio vulneratorum ossium.

196 damus. In curandis ossium vulneribus, sicuti &
in fracturis, atq; aliarum partiũ soluta continui-
tate, finis seu scopus saltem primus ac generalis,
vnus est, nempe vnitio. Quod si is per affectarum
partium siccitatem *(vt paulo ante diximus)* perfi-
ci non possit, restat alter, vt alterius scilicet cuius-
dam interuentu dissidentes ossis vulnerati partes

Quatuor scopi in curatione vulnerum ossium obseruandi.

glutinentur. Vt autem finem hunc secundum
possis assequi, quatuor alii scopi tibi proponun-
tur obseruandi, suo ordine exsequendi. Primus
est, vt iis quæ infixa sunt, & ossium frustulis *(si qua
sint)* exemtis, partes inuicem distantea in vnum
adducantur, & vt commissæ iam seu coniunctæ
maneant, vulnus in carne acceptum, futuris al-
tioribus, ac validioribus contrahendum est.
Secundus est, vt præsidia, quibus huic affectui rite
mederi possis, prudenter deligas. *Tertius*, vt deli-
gaturæ modus decens adhibeatur, nempe talis, vt
cõmode vulnus tractari ac curari possit, citra o-
mnimodam eius ipsius deligaturæ remissionem
& ademtionem. *Quartus*, vt postquam a phleg-
mone iam tuta esse videbitur laborans particula,

Primus scopus.

victus poro gignẽdo aptissimus instituatur. Ce-
terũ, quomodo primus scopus attingi possit, iam
in sermone vniuersali de vulneribua superius di-
ctum est. Quod autem eiusmodi futuræ in car-
nosis partibus factæ, in proposito affectu sint ex
vsu, biue manifestum euadit, quoniam disiun-
ctas vulneris partes in vnum adducunt, adductas
vero coniunctasque haud amplius dissidere pati-
untur, ac præter hæc partis substantiam tuentur:
vires enim deligaturæ & ferularum tenent, pro-
hibẽtq; ne circumfluus aer plagam tenuem sub-
intret, & os ipsum alteret, ipsique noxam inferat,
quod magnopere vitandum est. Atq; hæc omnia
in proposito casu sunt vtilissima. Promittendum
igitur, vt vulnus mox carne impleatur: atq; caro
ipsa medicamẽtis exsiccatoria facultate præditis,
ita obduranda est vt tandem callosa fiat, & poros
gignatur. Itaque si aliquid ex ipsius ossis substan-
tia deperierit, eiusmodi cauitas ad vnguẽ imple-
ri non potest, sed insanabilis remanebit, *vt lib. 3.
method. medendi Galenus nobis est auctor.* Secun-

Secundus scopus.

dum autem scopum hoc modo assequeris. Sutu-
ra decenter facta, turundam in locũ vulneris de-
cliuiorem imponito, vt per hoc emissarium ossis
frustula *(si adsint)* vel sanies aut purulenta collu-
uies educi & expurgari possit. Sed & puluerem *su-
turarum (vt vocant) conseruatiuum*, superponito,
quem primis diebus cum *oui candido* liquore re-
miscebis. Postea vero *agglutinatorium commune* 197
ex puluere illo, quo omnes passim vtũtur, *terebin-
thina* permixtum, ita vt in vnum corpus coeant,
superaccommodato, vel aliquod aliud simile, ex
iis quæ incarnatiua vocant, prout res expostula-
bit. Ergo turundulam melle rosaceo, quod *pul-

Myrrha.

uerem glutinatorium* ex myrrha acceperit, illitam,
indito. Myrrha enim, Auicennæ, carne nudata
ossa vestit, & operit. Itaq; si os exutum nudatum-
ve appareat, prædicto puluere, & linamẽtis ex op-
timis pannorum laciniis cõfectis, ipsum operito
munitove. Deinde emplastrũ vel stupas aut pan-
nos lineos vino calẽte delibutos superapplicato.

Tertius scopus.

Ceterum, tertius scopus in curando ossium vul-
nere propositus, ita absoluetur. Cum os totum
præcisum est, facta inprimis *(vt dictum est)* sutura,
totum membrũ, *vt Rhazes præcipit*, excepto vul-
nere, duplici panno obuoluito. Pannos autem
eiusmodi, primis quidem diebus oui albore, se-
quentibus vero vino calido, tum austero, tum ni-
gro, imbuito: & fascia longa ac lata iuxta mem-
bri magnitudinem & figuram deligato. Ea enim
longitudine fascia ipsa esse debet, quam vulne-
ratæ partis conformatio desiderat. Vt autem

Deligaturæ modus in vulnerato osse.

cõueniens sit eiusmodi deligatura, eius principiũ
iuxta finem laborantis particulæ incipiat. Post
hæc, facta ad superiorem partem circumuolu-
tione, vbi prope vulnus ventum erit, fasciam ex
aduerso plagæ circumducito, atque eam versus
corpus, non comprehenso vulnere, quousque
satiaerit, dispensato. Mox fasciam vertendo, e-
am superne deorsum ducito. Atque vbi iam ad
locum vulneris eam deduxeris, in partem vul-
neri oppositam, supra priorem aliam circumuo-
lutionem, circumductus inicito, eosque ita di-
spensato, vt ibi vnde initium accepit deligatura,
terminetur, & vulnus minime coopertum rema-
neat. *Porro*, fasciæ sic reuolutæ, extrema acu i-
bidem erunt assuenda. *Deinde* ferulæ duæ vel
tres *(si vulnus in artubus acceptum est)* lenes ac
politæ, membri læsi figuræ ac magnitudini ac-
commodæ, iniicientur, quæ læsam partem ita
fulcient, vt vulnus minime contegant. Has au-
tem fascias deligabis, nec prius solues, quam vul-

lib. 6. de cranij fractura constat. Galenus autem
fecit mentionem solius simplicis fracturæ ma-
gnæ in summitate capitis & lateribus factæ, pe-
netrantis & non penetrantis. De paruis autem
fracturis nihil scripsit: vt pote quæ ipsi vix vlla
mentione dignæ esse videbantur. Albucasis præ-
ter has dictas differentias addit & illam, in qua os-
sis laminæ ad interiora ingrediuntur, & fit in lo-
co concauitas, vt in lebete æneo percusso euenit.
Hæc maxime contingit in pueris. Auicenna tum
alii faciunt mentionem fracturæ, non in qua fit
percussio, sed in apposita eius parte, hanc Pau-
lus reprobauit. Sed de his latius vide quæ dixi-
mus Scholio *obs. 15.* superius citatæ, in qua egi-
mus quoque de Amati historia *centur. 3. cur. 42.*
vtrum percussa vna parte capitis, altera affici pos-
sit. Auicenna tantum posuit vulnera carnis cum
incisione, contusione, egitque de fractura cum
201 incisione & contusione, cum vulnere carnis &
sine ipso: nam per diuisiones communium fra-

Caussa vulnerum capitis.

cturarum intellexit dictas differentias. Caussæ
vero vulnerum capitis eadem sunt cum iis, quas
diximus superius de caussis vniuersalibus omni-
um vulnerum. At signa & indicia fracturarum
capitis, alia significant fracturam cranii, alia in-
cisionem cerebri & membranarũ, alia inflamma-
tionem, alia ex materia defluente & grauante ce-
rebrum & membranas eius, læsionem inductam.

Signa & indicia fracturarum capitis.

de his egimus locis iam citatis. Habes & exem-
plum de cranii fractura lethali *lib. 10. obs. & curat.
medic. nostrarum, obs. 13.* & de meningum punctu-
ra vide *lib. 11. obs. 13.* in scholiis eiusdem: & de con-
uulsione a casu ab alto *obs. 24. & lib. 11. obs. 29.* de eo
qui ex tactu teli in caput obmutuit, & postea cu-
ratus fuit: aliaque ibidem exempla posita sunt,

Signa fracturæ cranii sumuntur a septem rebus.

quæ ad hæc signa tũ iudicia faciunt. Ceterũ signa
fracturæ cranii sumuntur a septem rebus, a Gui-
done per ordinẽ positis. *Primo* a consideratione
caussæ frangentis, vt quia cecidit ab alto, vel per-
cussus fuit cum re forti. *Secundo* a consideratione
quantitatis & vehementia læsionis: vel quia ma-
gna contusio aut ingens vulnus. *Tertio* a qualita-
te loci, & sæpe ducit manũ ad locũ ipse æger, &
cum digitis & probis (*vt vocant*) percipitur tenu-
itas in cute, & separatio ab osse: & quando sufflat
vel anhelitũ retinet, videtur humiditas pullulari
per fissurã. *Quarto* ab accidentibus quę circa horã
cõcurrunt, vt apoplexia, vertigo, vocis destructio
vel ablatio, vomitus, & similia. *Quinto* a soni cõsi-
deratione, quia rauce sonat, dũ eius caput percu-
titur cũ virga, imo ego sæpius animaduerti, admo
ta aure, vulneratũ tanquã ex olla confracta locu-
tũ fuisse, vt in filio illi' nautæ, qui frontẽ ad pon-
tẽ illiserat, euenit, *vt alibi diximus.* *Sexto,* a den-
tium stridore: strident enim dum percutitur fi-
lum, quod tenent dentibus, & dum conantur
frangere nodũ paleæ, aut rem duriorẽ, læduntur.
Septimo, ex encauste aut linimento mastiches su-
per fissuram posito; quia nigritiem in fissura re-
linquunt, & siccitatem in linimento supra locum
fissuræ, & hoc signum certum esse volunt. Signa

Signa incisionis membranarum.

incisionis panniculorum ab his quatuor potissi-
mum sumuntur. Primo a dolore, quia statim ab
initio sequitur scotomia (*vt vocant*) & vertigo,
& similia. *Secundo,* a calore faciei & oculorum,
quia facies rubet, & pustulæ exsiccantur, oculi
quoq; rubent, eminent, & obscurãtur. *Tertio,* ab
exeuntibus, quia sanguis exit per nares, aures & 202
palatum. *Quarto,* a læsione virtutum, quia cum
difficultate mouetur, loquela turbatur, angustia-
tur, & totus prostratus & stupidus fit, febricitat,
riget, male dormit, nihil appetit, nauseam & vo-
mitum experitur, nec aluum exonerat, aut vri-
nam bene emittit. Signa læsionis cerebri ex duo-

Signa læsionis cerebri.

bus potissimũ inquiruntur: *Primo* ab exeunti-
bus, quia exit substantia crassa, globosa, medul-
laris, non saniosa: *deinde* a læsione virtutũ, quia
perit ratio, si vulnus est in anterioribus partibus
capitis, memoria, si in posterioribus, & cũ prædi-
ctis symptomatibus accidit stupor & desipientia
maior. Signa vero inflãmationis vel apostema-

Signa inflammationis aut apostematis superuenientis.

tis superuenientis primo sumuntur a tumore,
quia inflantur membranæ seu panniculi, & emi-
nent extra vulnus, & rubent, & non mouentur.
Secundo ab oculis, quia rubent & inflammantur,
& e capite egredi videntur, mobilitantur, & ob-
liquantur ac contorquentur. *Tertio* a calore:
quia febricitant & inquiete se habent. *Quarto* a
virtutibus, quia alienatio subsequitur, conuul-
sio, febris, phrenitis. Signa quod materia de-
scendat, lædat & grauet panniculos & cerebrum,
sunt prædicta signa incisionis panniculorum ve-

Indicia.

nientia paulatim post principium. Nunc ad pro-
gnostica veniamus, fractura cranii apud omnes
periculosa habetur: sed & cerebri incisio, mem-
branarumque eius corruptio ac læsio, lethalis se-
cundum Hippocratem, nisi fuerit parua (*vt ex-
ponit Galenus, & superius de vniuersalibus iudiciis
vulnerum dictum est.* Quare & hæc symptomata
mala in iis reputantur, vt febris *acuta, tremor, spa-
smus, alienatio, syncope, vocis abscissio, oculorum e-
gressus, eminentia, tenebrositas, rubedo, strabismus,*
talia periculi plena sunt & lethalia, potissimum si
adhæreant, & non remittantur, vt *Auicen. 3. de
plagis & capitis incisionibus inquit.* & in vulneribus
peruenientib' ad pãniculũ cerebri, accidit laxitas
in latere vulneris, & spasmus in opposito: & ideo
inquit Guilhelm' de Salyceto, *Si vulnus fit in dex-
tra, paralysis fit in sinistra, & e conuerso.* Ex Ro-
gerii mente in fractura capitis pericula & sym-
ptomata mala exspectantur vsque ad centum di-
es: secundum iurisperitos & iudices ad qua-
draginta sex, quia talis est vltimus terminus a-
cutarum: & secundum quatuor famosos ma-
gistros, ad quindecim, qui terminus commu-
nis est acutarum ægritudinum. Præterea deni-
gratio duræ matris, quæ non mundificatur
cum melle. *Paulo auctore,* mortem signifi-
cat. Fractura quoque cranii in pleniluuio,
teste Rogerio, magis verenda. Sed & in solida- 303
tione cranii apparitio carnis rubeæ, bonum, &
in vulneribus capitis tumor paruus, & saniei
optima coctio, bonum. Magnus autem tumor,
præcipue si cito delitescat sine ratione mani-

dam habeo (*inquit idem*) omitto. Sed hic aduertendum, quod possunt esse aliquando aliqui casus (*vt nos antea exēplis ostendimus*) in quibus emplastra sola sufficere possunt ad perfectam curationem, sine ossis amotione aut eleuatione. & tales sunt, *vt Dinus quoque refert*, in quibus hæc omnia concurrunt: nempe vt æger sit boni habitus ac euchymus in quanto & in quali (*vt a enim loquuntur*) deinde vt orificium vulneris in cute & carne sit bene amplum, & fractura similiter ampla, deinde vt os ipsum non sit attritum, nec pungens, nec comprimens panniculos: nec ipse panniculus sit contusus, attritus: & vt virtus expulsiua sit fortis, & medicamēta quæ exterius applicantur sint mundificantia, attrahentia, exsiccantia, & dolorem sedantia. Sed quia hæc omnia raro simul contingunt, præstat sectam rationalem præ ceteris eligere. Ceterum ne in curatione cuiuslibet differentiæ communia resumamus, præstat his adiūgere nouem præcepta, quæ ipsi Guidoni admodū necessaria in vulnere capitis sunt.

Nouem præcepta in capitis vulnerum curatione obseruanda.

206 *Primum* est, quod vulnus capitis maxime cum ossis fractura multas sibi proprias differētias habeat, præter aliorum membrorum vulnera, tum ob propinquitatem & nobilitatem medullæ cerebralis, tum etiam ob eius formam sphæricam seu rotundam non potest vniri, neq; seruari cum ligatura, vt alia membra. *Secundum*: in vulneribus capitis præcipue effatu dignis oportet seruare intentiones cōmunes dictas superius de phlebotomia, purgatione, solutione ventris cum glandibus, clysteribus aut aliquo lenitiuo, si aluus non probe respondeat, de victus ratione, quæ tenuis esse debet: de extractione infixorum, minus molesta: de sanguinis fluxu, & de accidentium correctione & præseruatione, *vt dictum fuit prius, & dicetur*. Tertium est, quod in vulneribus capitis ante omnia abradendi sunt crines, humectando caput cum aqua & oleo, *vt Guilhelmus annotauit*, præcauendo tamen ne pilus, aqua & oleum vulnus subintrēt, qnia cōsolidationem impedirent, vt superius dictum fuit: & in principio materia tum dolor refrenentur, supra & infra vulnus ponendo oui albumen, & post principiū cetera persequemur, *vt in propriis locis dicetur*. Ad detergendum, mundificandum, incarnandū ea, qua vtilia videbuntur, adhibeantur, & loca circumstantia inungantur semper vng. *de bolo* aut *oleo rosaceo*, vt dolor & intemperies, si quæ sit, inhibeantur, & inflammatio prohibeatur. *Quartum* est, vt caueant sibi a frigore, nam, vt iam sæpe audiuisti ex Hippocrate seniore, frigidum neruis inimicum est, tū ossibus & medullis, & præter hoc aer quoque offendit, & alterat membra principalia. Hinc & Guilhelmus consulebat vt tempore hyberno, cum hæc vulnera tractantur, id ipsum apud incensos ignes fiat, fenestris occlusis, candela accensa, & vt post deligaturam caput cooperiatur cucufa ex pelle arietina. *Quintum*: quod si in iis est facta sanies, fiat apparatus semel in hyeme, bis in æstate, & dum fit emutatio seu apparatus, fiat mundificatio cum xylo seu cotone, vel deceptis linteis aut pānis mollibus: idq; suauiter, & quam potest diligētissime sine dolore fiat. *Sextum*, vt super turundas seu linamenta frustum spongiæ mollioris apponatur, vt per ipsum sugatur & attrahatur sanies, & recipiatur, ne ad cerebrum descendat. Septimum, ligatura conueniens adaptetur ligaturæ capitis, vt quando vulnus incarnare volumus, ligatura duorum capitum fiat, qua saltem est semi incarnatiua, & fit, si fascia plus quam vnius brachij longitudinem impleat, & si lata sit 207 quatuor digitos, & voluatur tota, exceptis duobus palmis, cum quibus incipiatur, secundum frontis lōgitudinem, trahendo versus aurem oppositam vulneris, & aliam partem circumuolutam versus aurem vulneris, aurem tamen nō cooperiendo, sed ducendo eam vsq; ad caput alterius fasciæ: & ibi iuxta aurem circumuoluatur stringendo, & caput palmorum ducatur versus inferius: caput volutum ducatur superius versus caput, reducendo ipsum per partem posteriorem capitis versus caput palmorū: & iterum vt primo eam cum illa circumuoluendo & reducendo super caput. Et toties illud fiat, donec totū sit coopertum & bene ligatum: deinde ligant Bononienses duo capita sub mento. Parisienses ea suunt in medio frontis. Si autem iis sit vtendum vt medicamenta tantum retineantur, faciemus ligaturam multorum capitum, in hunc modum: sumatur pannus lineus satis magnus, longitudine trium palmorum, & latitudine duorum: & incidatur in quolibet latere ad latitudinem trium digitorum, vt tantum remaneat palmus vnus in medio: & tunc vnū de illis capitibus cum alio stringendo secundum capitis circuitum ligetur retro a parte posteriori: aliud vero cum altero, transeundo per collū, ligetur a parte anteriori sub mento. Sed de his vide libellum Galeni *De fasciis*. Octauum: ad cautionem facit, vt si aliqua squama ossi remanserit, cum vino administretur audacter (*si non fuerit febris*) puluis capitalis ex *pimpinella, betonica, garyophyllata, valeriana, osmūda*, & quantum de omnibus, tantum de *pilosella* adiiciatur. Nonum est, vt situetur & decumbat vulneratus in principio supra partem, qua minus grauabitur, postea vero cum fiat colluuies ac sanies super locum vulneratum, vt sanies possit melius excolari. His præmissis, nunc procedamus ad curationem, iuxta vniuscuiusque differentiam, & primo incipiamus a simplicissima contusione, sine cutis disruptione.

OBSERVATIO XLIII.

De simplici contusione capitis, absque disruptione cutis.

CVM ad puerū, qui simplicem contusionem capitis habebat ex casu, vna cū chirurgo accitī essemus, licet leuis contusio esset, sine cutis 208 disruptione, eadem hora pilos abradi mandauimus, eos humectādo cum *oleo rosaceo* & *vino*. Potest & cum oleo communi fieri, & debet quoque abrasio maior esse ipso loco contuso. Deinde inunxit chirurgus *oleo rosaceo*, & adhibuit

cum

cum stuppa vitellum ovi, tum albumen conquassatum cũ *oleo rosaceo.* In secundo apparatu eisdem adiunximus aliquid *cimini*, ad emplastri formam, calide actu applicando, prius inuncto loco cum *oleo rosaceo* tepide. Quarto die ex *melle cocto & cimino* emplastrum appositum est. Atque ita continuatum est ad finem curationis, & puer bene habuit.

SCHOLIA.

Diversio.

PRÆTER hæc iam dicta in observatione, si in adultis cõtusio fiat, facienda quoq; est diversio per phlebotomiam & euacuationem, si æger iis opus habeat: potissimum in magnis contusionibus. Et ad eandem intentionem possunt fieri frictiones, & ventosæ poterũt applicari, *vt etiam antea dictum est.* Potest & a principio applicari *oleum ros.* vel *chamomillinũ*, vel ambo simul, infusis in eo tribus vel quatuor peciis, vnam super aliam capiti læso applicando, vel lana succida oleis iisdem imbuta. Deinde quarto die transacto, & dolore sedato, aliud emplastrum vel cerotum resolutivum vsq; ad finem curationis quis apponere potest. Et prædicta olea mutanda bis terve in die, secundũ necessitatem, nam præsente forti

Ad dolorem loci contus.

dolore requiritur frequens mutatio: & cum iisdem potest etiam fieri embrocha, vt facilius penetrent olea. Quod si dolor excedat, necesse est vt medicus seu chirurgus doloris caussam consideret, vt sic cõmodius eandem tollat, & huic succurrat: nam si materia in loco aggregata & coniuncta, multitudine sua dolorem inferat, præstat tunc emollictibus & anodynis vti, vtpote decoctione *althaæ, sem. lini, fœnugraeci*, tum huius fotu vti, & ex reliquiis cataplasma conficere, adiecto *oleo chamomill.* vel *anethino* vel aliqua *pingued. gallinæ* aut *anatis*, vel *oleo amygdalino dulc.* & similibus, pro emplastri impinguatione: & dum hæc fiant, non oportet omittere vniversalia, vt sunt *ventosæ. phlebotomia*, & similia. Seda-
209 to dolore, a debilioribus incipiendo, materia est

Sedato dolore quomodo materia contusionis sit resoluenda.

resoluenda hoc vel simili leui resolutiuo: ℞. *æsypi humida* ℥ iij. *olei chamomill.* ℥ ij. *pul. absynthij, betonicæ ana q. s.* fiat emplastrum, quod si non iuuat, sequens fortius potest admoueri: ℞. *terebinthinæ* ℥ iij. *æsypi humid.* ℥ ij. *betonica, matrisiluæ ana* ℥ [illegible]. *cymini* ℨ j. *misce. Item terebinthina* sola cum *cymino* est mirabilis: vel *terebinthina* cum pari quantitate *cera & cymino præstans est.* Vel *pul. saluia, maiorana, stœchad. arab. calami arom. ros. rub. absynth. ana part. æq. cum vino cocto, & pauco melle, &*

Cerotum de betonica.

modico terebinthina, fac emplastrum, & caput admoneto. Aliud valde conueniens: & dicitur cerotum de betonica. ℞. *terebinthina, resina pini, ceræ nouæ ana* ℥ iiij *pul. betonicæ* ℥ j. ß *masticis, thuris ana* ℥ ß. *mummia* ℨ iij. fiat massa secundum artem. Vel ℞. *terebinth. ceræ, resinæ pini, ana* ℥ iij. liquefiant simul: deinde adde *sandaraca, thuris, mastichet ana* ℥ ß. misce. Valet & ceratum humanum apud chirurgos dictum. Sed hic sciendum, quod dolur aliquando euenit a bile: & tunc in principio valde frigida, vt *oleum ros. cum succo semperuiua*, vel *solatri, lactuca, nymphæa, portulaca, psyllij, polygoni, sarmentorum vitis*, maxime in ætate iuuenili, macilenta & biliosa complexione, & in æstate, conducunt.

OBSERVATIO XLXIV.

De contusione capitis, cum ruptura cutis.

CVI caput contusum erat cum ruptura cutis, huic statim sanguinem ex cephalica detrahere iussimus, ne inflammatio aut dolor oborirentur. Chirurg' vero apposuit in primo apparatu *albumen oui* cum *stuppa*, deinde imposuit turũdas ad dilatationem disruptionis cutis, ne sanies retineretur, ipsasque infusas cum *oleo rosaceo omphacino*, eoq; totũ caput inunxit, vsq; ad tempus augmẽti. Postea rosaceum purũ imposuit: deinde ad detersionem *mel rosaceum*, cum *oleo hypericonis.* Dedimus autem post quartum lenem purgationem cum *cassia* dissoluta cũ *aqua betonica*: & cum videbatur vulnus securum ab apostemate, chirurgus lauabat cum vino mellito: & ad incarnationem apposuit vnguentum *basilicon.* Postea etiam ad consolidationem appositum est *ceratum de betonica.*

SCHOLIA. 210

De contusione capitis cum ruptura cutis.

CONVENIT valde in eiusmodi cõtusione *albumen oui* conquassatum: facit enim ad sanguinis restrictionem, & inhibet ne fiat affluxus humorum, aut inflammatio. In secundo autem apparatu ad alia localia transeunt, factis prius diuersionibus & euacuationibus, si opus est, quia localia triplici de caussa applicãtur, primo ob dolorem sedandũ, secundo ad cõfortandum membrum, tertio ad digerendum: & omnes istæ intẽtiones reperiuntur in oleo rosato omphacino aromatico & recenti, *teste Galeno 2. de compos. medic. secundum loca cap. 2. de cephalalgia ex adustione*, & tale oleum administratur purum, infundendo pecias in eo, & turũdas, & totum caput inungendo (*vt diximus*) per totum tempus augmenti apostematis. Non desunt tamen, qui a principio post sanguinis restrictionem vtuntur in istis vulneribus *oleo rosato & vitello oui*, & in forma vnguenti applicant: quod ego tamen non laudo, quia ouum facile putrescit, & quantum possibile est, debem' in vulneribus capitis putredinem declinare, & prohibere ne putrefiãt panniculi. Poterit tamen conuenire cum ouo in digerendo tantum labia vulneris, & in aliis vulneribus ac contusionibus exterioribus, sine cranij detectione, quamuis plus cõmendatur *oleum rosaceum* purum. Sunt etiam aliqui, qui vtuntur *terebinthina mixta cum vitello oui* a principio, qui modus similiter non est bon', quia in terebinthina est aliquid nitrosi & aperitriui, nec fit repercussio ab ea, quæ est necessaria in omnibus vulneribus capitis: & quamuis aliquibus hæc bene succedant, hoc fortuito euenit, quia etiam errore ducti interdum sanant. Cum vero prædicta vulnera sint secura ab apostemate, carne repleantur ea, lauando cum vino mellito, & applicentur vnguenta carnem generantia, sic vt vnguentum *basilicon* vel *citrinum vsuale*, vel *vnguentum de matrisylua*, & pulueres carnem generantes, vt pote *pul. ex sanguine drac. myrrha.*

rha, aloe, farina orobi, sarcocolla, thure, myrtillis, & similibus. Post generationem carnis debitam, administrentur medicinæ cicatrizatiuæ, sicut est *vnguentum de minio, de lithargyrio, de tutia, de cerussa simul cocta ad formam*
211 cerati. Sed magister meus loco illorum vtebatur aliquo cerato ex prædictis, vt *de betonica*, vel *cerato humano*, vel aliquo alio, & dimittit ea (*facta tamen sigillatione*) per octo dies super locum læsum, vt magis induretur & ingrossetur caro callosa. Sed quia interdum caro crescit superflua, tunc remouemus illã cum vnguẽto *apostolorum*, vel cum *alumine vsto*, quod longe melius est, nam alumen vstum leniter aspersum carnem superfluam exsiccat, & cicatrizat. Ceterum si vulnus capitis fiat cum deperditione carnis, & cutis, sine læsione cranij, præmissis vniuersalibus & restricto sanguine, & sedato dolore administratur medicina lenis mundificatiua, sicut est *oleũ rosaceum*, & *mel rosaceum* simul: minuendo assidue oleum, vsq; quo veniat ad *mel rosaceum* purum. Facta mundificatione, ponatur vnguentum generans carnem, vt est *vng. de matrisylua, basilicon maius & minus*, vel istud egregie conferens: ℞. *myrrham, sang. dracon, thus, orobi farinam*, & similia, mixta cum *terebinthina, cera*, & *oleo rosato*, vel *myrtino*, fiat vng. Et cum est proximum consolidationi siue cicatrizationi, adhibeãtur cicatrizantia supra dicta.

De vulnere capitis cum deperditione carnis & cutis, sine læsione cranii.

Guido vero de vulnere capitis facto per incisionem, absq; cranij fractura. *Si est simplex*, inquit, *absque deperditione substantiæ, suatur, & ligetur vt & alia vulnera: curetur, & incarnetur. Si autem fuerit cũ deperditione substantiæ, regeneretur caro, & cutis cicatrizetur cum suis linamentis, licinijs & proprijs pulueribus, vnguentis* & *emplastris, & vt cetera vulnera tractetur.* Quod autem sutura sit vtilis nõ solum in talibus simplicibus vulneribus capitis, sed in multis aliis non paruis, intellige, sed magnis: nam illud est vtile multis vulneribus capitis, quod facit permanere partes distantes in idem coniunctas, deinde prohibet & aeris alterationem, quæ valde nocet: & ideo sutura quoque *tertio Artis parua, & per totam Methodum medendi* commendatur. Et ista fuit intentio Auicennæ quarto dicentis: *In fissuris vero, in quibus non est nisi scissura, si est plurima, suatur, iam & in cranij fractura idem dicit, & addit, si est necessarium*, idq; non sine cautione: nam si talis fissura esset in summitate capitis, non sueretur, sed in lateribus bene sueretur, *vt inferius dicetur.* Et hanc talem suturam concedit Guilhelmus de Salicero, Lanfrancus, & Henricus: sed & Auicenna atque Paulus idem senserunt, & iubent vt vulneri infundatur *oleum ros.* ad sedandum dolorem, quando vulnera con-
212 tingunt vsque ad pelliculam neruosam cooperientem carnem, nempe pericranium, & ad mollificandum ossa adhærentia, vt lenius extrahantur: & ad reprimendum acuitatem, quando volumus panniculos interiores mundificare cum melle. Nec ratio eorum valet, quantum ad suturam, quia ligatura incarnatiua in capite est multum defectiua, vt dicetur. Nec quantum ad o*leum rosatum*, maculet vulnera simplicia: nihilominus composita cum dolore & aliis dispositionibus indicantibus oleum rectificat & emendat. Medicare enim semper iubet Galenus indicationes aduersantes.

De vulnere capitis cum fracto per incisionem absque cranii fractura: sine perditione substantia, & cum perditione substantia.

Sed de vulnere capitis facto per incisionem, cum cranii fractura, non penetrante, hæc addit idem Guido. *Vulnus tale aut est magnum, aut paruum. Si paruum, quod rimulam vocauerunt multi, eodem modo curatur sicut præcedens sine fractura cranij, quia in tali vulnere pauca generatur sanies, & propter eius crassitudinem per talem paruam fissuram descendere non potest. Si vero fuerit magnum, aut est in lateribus capitis, aut in superiori parte: si fuerit in lateribus, eadem etiam cura curatur vt primum simplex, nisi quod in inferiore parte ponitur tenta seu turunda, vt si aliqua materia retinebatur in illa fissura, per foramen tenta valeat expurgari. Si in superiori parte, non suatur, sed fiet ibi curatio*, secundum Galenum lib. 6. Therap. *Simplices*, inquit, *ruptura, quæ ad secundam vsque laminam, id est, διπλόην Græcis dictam, perueniunt, iis quos modo diximus angustis, scalpellis indigent.* Expedit autem hos, vt numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit quod operi sit commodissimum. Postea vero nudato, prout fieri solet, vitiato osse, vtendum primo quidem latiore: ac deinde eo quod illo est angustius: mox ita procedendo deinceps vsq; ad angustissimum. Hoc vero in ipsa diploe est vtendum. Deinde si dolor aliud non requirit, protinus tum ad finem vsque siccis medicamentis est medendum: quæ ob id ipsum κεφαλικὰ Græce, id est, *capitalia* sunt dicta, de quibus postea dicemus. Ideo autem istud vulnus non suitur, quia exsistens in medio capitis, non potest expurgari per se, & nisi imbiberetur sanies cum linamentis, turundis, & aliis auxiliis, desiccaretur, ac posset retineri aliqua materia in diploe seu medio tabularum, & ibi putrefieri, & putredinem in ossibus generare.

De vulnere capitis facto per incisionem, cum cranii fractura non penetrante.

De vulnere vero facto cum incisione, cum fractura cranij, sine deperditione substantiæ, vsque ad interiorem superficiem penetrante, ita scribit idem
213 Guido: *Tale vulnus aut habet squirlas (ita appellat officula inæqualia & comprimentia) aut non, sed est planum & æquale. Si squirlas, quæ possent pungere duram matrem, squirlis & asperitatibus planatis & æquatis cum lenticulari (Græci φακωτὸν vocant) aut aliis instrumentis, eodem modo curatur, vt immediate dictum est, & hoc est quod dicebat, Galenus consequenter. Ex fracturis vero, quæ ad cerebri vsque membranas peruenerunt, si simplex tantum fractura sit, iam dictis scalpellis angustis vtendum, & hoc quãtum ad illa quæ sunt in bregmate, id est, in superiori parte. In illis vero quæ sunt in latere, non multũ solliciti sunt de instrumentis, nisi quod suerentur, & cum turundis & linamentis mundificarentur, vt sub finem idem Galenus lib. citato subiicit. Nouimus aliquando syncipitis os fractũ, nec non et illud, quod huic ossi protinus succedit, temporis os vocatum, in quo ipsas squamatim cõpactas cõmissuras esse accidit: in eo luculenta fractura longissime pertinebat. quam ipsi equidem minime contingent, sed tantum syncipitis os exscindens,*

De vulnere facto cum incisione, cum fractura cranii.

scindens, hominem sanaui, ita vt nunc quoq; iam multos annos viuat. Quod si sincipitis quoque os dimisissem, putruisset citius quæ illi suberat cerebri membrana, quam in callum fractura indurauisset. Deinde addit huius rei caussam. *Nam si nulla ex læsis partibus sanies intro conflueret, superfluum esset os exscindere.* Deinde addit: *Ego vero in alia similiter se habente fractura cogitaram, supernum os dimittere, ac quod a lateribus erat, quo sanies deflueret, eximere: sed mox, cum & crassitudinem eius & duritiem æstimassem, vtilius fore iudicaui supernum os potius eximere, quam ob defluxus sollicitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitaui præterea accidere posse, vt si a latere magnum fieret in ossibus foramen, prominerel fortassis hac parte cerebrum.* Est porro in lateribus non vno in loco etiam neruorum, horumque non leuis momenti quidam exortus, cum in supernis partibus ne minimus quidem vsque oriatur neruus. In latere igitur erat locus, habilis ad expurgandũ saniem, in sincipite nequaquam: ideo opus erat locum ampliare, & cum turundis, linamentis, aliisque auxiliis oportunis ichorem prohibere, & generatum extrahere, & desiccare.

De vulnere cum contusione & parua fractura ossis.

At si vulnus sit cum contusione & parua fractura ossis, si eiusmodi fractura est cum squirlis pungentibus, tum lenticulari & aliis instrumentis applanabuntur, & postea supposita prima remutatione in præceptis superius dicta, pecia panni
214 delicati desuper apponatur, aut sindon mollis, infusa in *melle & oleo rosato*, desuper apponatur, ipsam aliqualiter cũ cauda probe inter os & duram matrem imponendo, vt defendat partem, & prohibeat ne suo motu panniculi lædantur in osse, & desuper licinia delicata, infusa saltem primo cum eadem mistura, imponantur, & supra ipsam & ipsum os peciam panni etiam infusam ponemus, vt inhibeat, ne sanies inferius descendat. Antiqui tamen ponebant peciam seu frustum vnius scyphi, & erat impostura, quia assistentes, qui non erant in secundo apparatu, seu in secunda remutatione, credebant quod ibidem loco ossis deperditi remaneret: & desuper in vulnere carnis ponãtur alij *licinij sicci*, vel *pecia spongiæ*, vt imbibat saniem, & desuper emplastrum capitale perforatiuum, vt non includat saniem: & vltimo stuppas balneatas in vino calido, & expressas, & vnam non infusam, & ligetur ita delicate, vt ligatura retineat & non comprimat. Et quando erit bene mundificatum, remoueatur pannus primus, & ponatur puluis capitalis: & continuetur ad incarnandum: & vltimo quando erit incarnatum, puluere cicatrizatiuo claudatur & consolidetur. Guido in hac operatione maxime cõmendat Henricum.

De vulnere cum contusione.

De vulnere cum contusione absq; fractura cranij, est consilium Auicennæ, vt materia refrenetur a principio cõmuni apparatu albuminis oui, & si vis addere *oleum ros.* quia mitigatiuum, bonum est. Postea vero resoluatur materia cum *vino salito*, & *melle*, aut cũ aliquo ex dictis in capite de cõtusione, ex sermone vniuersali. Et si fiat sanies, maturetur, & aperiatur, vt aliæ exituræ & abscessus. De vulnere cum contusione & parua fractura, est consilium Galeni, quod si fractura est parua, curanda est vt præfata cõtusio. nam tota curatio in eo cõsistit quod resoluatur, vt saniem saltem notabilem non efficiat. Auicenna vero *in 3 canone de foda* percussione, & de regimine eius cui accidit commotio cerebri, dicit quod oportet vt sit tota tua intentio in hoc casu, vt dolorem sedes quantum possis, & elonges materiam a loco læso, vt non succedat inflammatio aut apostema: & hoc euacuatione & attractione ad contrarium, cum phlebotomia, clysterib⁹ acutis & pillulis cochiis, modo non adsit febris: etiam emplastretur locus in principo cum eo quod confortet, sicut sunt emplastra, quæ fiunt ex *aqua myrti, & salicis, virga pastoris*, vel ex *oleis myrtino & liliaceo*, & *ros.* & ex puluerib. *ros. balaust. cupressi, calami arom. lentisci,*
chamomillæ, meliloti, boli arm. alum myrrha, 215
olibani, atque cydoniis confectis cum vino, & dare in potu stœchadem cum *aqua* aut *melle*, ipsi enim cum eo liberantur, vt dicit. Et cum egredietur propter percussionem sanguis ex cerebro, sumat in potu aquam granatorum cum cerebellis gallinarum assatis. Theodoricus vtitur emplastro ex *baccis lauri, cimino, aniso, sale, masticho, thure, atque cribratura furfuris, coctis cum vino*, quod Guidoni placet in fine. Et in ista fractura potiones possunt administrari conuenientes, quia parua est, ideoq; eam nullo aut exiguo auxilio natura potest per se rectificare.

De contusione cum fractura magna.

At magna fractura necessario indiget chirurgia & dilatatione, seu apertura, & non pigmentis, vt latius demonstratur a Guidone, auctoritate Galeni & Auicennæ, ac aliorum, vt etiam ipse Galenus demonstrat *lib. 6. methodi medendi*. Quo modo autem facienda sit apertura, & ossa amouenda, vide totum illum sextum *lib. Galeni, Therap.* in quo & de instrumentis omnibus agit, & Nicolum de tempore, in quo debeat fieri ossis amotio:

De tempore in quo debeat fieri ossis amotio.

nam alia subito vel quam breuissime fieri debet, nullis interpositis temporis induciis, altera tardius, prout cogunt accidentium signa, nam quæ pungunt membranas cerebri, vel cerebrum ipsum, in prima hora vel parum post amouenda sunt: & vbi est materia collecta inter meningas, tunc necesse est statim aperire, vt sanies effluere possit, vbi certi sumus de sanie collecta, cum est manifesta perforatio & incisio, tunc non est exspectandum vltra tertium diem. Sed vbi non sumus certi, an *sanies aggregetur supra panniculos*, id colligemus ex accidentibus seu symptomatibus: nam si sanies sit in loco nobili inter cranium & duram matrem, inferet mala accidentia, vt febrem, rigorem, intellectus permixtionem, seu perturbationem, & similia, cum ibi sanies sit clausa, sine euentatione. Sed si hæc non appareant, nec certi simus, poterimus exspectare vsque ad tertium diem, imo ad septimum in æstate, & ad decimumquartum in hyeme. Sed cum adsint accidentia dicta, statim aperiendum est os, vt sanies inde possit expurgari.

De loco eligendo.

Ad locum eligendum quod attinet, tres sunt, quæ hæc indicant, nempe in quo locu fieri debeat

bεat

beat apertio. *Primo*, situs loci: nam debet fieri in decliuiori loco, vt inde superflua commodius expurgentur. *Secundo* consideranda est ossis qualitas: nam quod durum & crassum est, non potest remoueri, vt iam paulo ante ex Galeni exemplo ostendimus. *Tertio* consideranda est origo ner-
216 uorum: nam nerui exsistētes a cranio, mutant locum incisionis, *vt Galenus ibidem annotauit*. Praeterea etiam sciendum, quod quamuis arteriae & venae, & etiam nerui reperiantur inter commissuras, non propter hoc (*licet aliqui illud volunt*) semper debemus commissuras fugere in operando. Nam possunt reperiri casus, in quibus ita necessaria est ossis amotio in commissura, quam in alio loco. Exempli gratia, si contingat caput laedi notabiliter in loco commissurarum, ob quod statim vel ad tempus contingat duram matrem ibidem esse separatam: tunc in commissuris operando nullum fiet nocumentum venis nec arteriis, quia iam sunt separatae & a cranio distantes. *Et hanc operationem* (inquit) *sepius compleuit praeceptor meus, & bene eidem successit.* De quantitate amotionis ossis dicit Auicenna: *Non oportet incidi quippiam ex osse, nisi illud quod est infirmum*, quam sententiam & ipse Galenus posuit 6. *method. medend. cap. 6.* sub his verbis: *Si vero os totum fractum sit, necesse est, vt totum auferatur, vsque ad locum sanum: si vero totum non sit fractum neque contusum, non totum auferatur, sed illud solum quod cognoscitur affectum esse, nec posse permanere: interim aduertendum, quod ista ossis quantitas mensuratur ab experto chirurgo secundum quantitatem & qualitatem saniei contenta sub osso vel collecta; quia vbi est maior sanies, requiritur maior via ad expurgandum, & ita si sit crassa vel subtilis, indiget magna via vel parua.* Mensuratur etiam secundum quantitatem panniculi alterati, vt possit fieri abstersio & mundificatio: actu etiam cum operatione manus & medicinis simul, mensuratur etiam secundum quantitatem alterius rei extrahendae: mensuratur etiam situs loci: quia in vertice maior pars ossis amouetur, quam ante seu retro, & a lateribus, quia situs iu-
217 uat ad expurgandam saniem. Quod in his igitur sit necessaria chirurgia, probatur ex Guidone, auctoritate Galeni, *vt diximus*, qui ita 6. *Therap.* per modum epilogi dicit: *In fracturis vero, quae ad cerebri vsque membranas peruenerunt, si simplex tantum fractura sit, iam dictis scalpellis angustis vtendum: sin cum contusione aliqua, quod contusum est, excidi debet, idque vel terebellis prius in circuitu perforatum, mox deinde scalpris, id est, excisoriis, vel, vt alii dicunt, abscissoriis: vel protinus ab initio cyclisci, quos Guido torcellos appellat.* Verum quia breues sermones (*inquit idem Guido*) in praxi non sufficiunt, hunc locum Galeni commentabimur: & ideo propono, *inquit*, octo documenta ad hanc operationem maxime necessaria: quibus deinde addam operationem, quam Galenus, Halyabbas & Paulus sequuntur. Primum documentum seu praeceptum est, *vt non exerceatur hac operatio in iis, in quibus virtus debilis est*: nam, vt dicebat Galenus *secundo aphorismorum*, vbi est inedia vel indi-

De quantitate amotionis ossis.

Octo documēta scitu necessaria ante chirurgiam facilendam in osse contuso cum fractura magna.

gentia, non oportet laborare. Vnde & Nicolus dicebat, *quod ossis incisio fieri non debet, nisi necessitas vrgeat, & virtus ossis amotionem ferre possit.* Secundum: *ob calumniam vitandam, ante omnia praemittendum est prognosticum, cum protestatione (vt aiūt) de periculo ipsius aegrotantis, vt sic chirurgus (auctore Auicenna quarto canone) sermones stolidorum declinet.* Tertium est, *vt in operatione fugiat commissuras, quantum poterit*; timendum enim esset de casu & laesione durae matris, vt constat ex anatomia, exceptis illis casibus, de quibus superius dictum est. Quartum est, *vt non fiat in pleniluniis, quia in eo cerebrum augmentatur, & ad cranium appropinquatur, vt habetur 3 de diebus criticis.* Quintum est, *vt fiat magis in loco decliuiori, quia talis est aptior ad expurgandum*, vt paulo ante diximus: quod & 14. Therap habetur. Sextum, *vt in dilatando non consequatur finis fissurarum*: sufficit enim, *secundum Galenum*, auferre tantum de osse, vt sanies possit expurgari. Septimum: *quod fiet, quod extrahi debet, repugnat extractioni, cum oleo rosar. infundatur, vt ita mundificetur, & cum minori dolore extrahatur.* Octauum est, *vt quam citissime poteris te ipsum expedias in operatione, maxime in compressione & punctione panniculorum: nam hac citissime sequitur inflammatio aut apostema, & consequuntur accidentia mala. neq, in descensu materiei de partibus supernis speres alias: neq, exspectes in aestate diem septimam, in hyeme quartam.* Sed textus hic videtur corruptus, cum in aestate ob facilem corruptionem potius ad quartam non sit expectādum, in hyeme ad septimam: quia si postea fiat, suspicio erit iam factam esse talem impressionem, neque operationem valere. Operatio vero secundum Auiccnnam talis est: imprimis radatur caput vulneratum, deinde duae fiant fissurae se secūdum figuram crucis vel literae X. (*vt dicit Paulus*) secantes, aut secundum figuram cifra 7. *vt dicit Lāfrancus*: deinde excorientur anguli, & os totum concussum denudatum, in quo debet fieri perforatio, seu concauatio, quod si accidat inde sanguinis fluxus, impleatur vulnus cum panis infusis in *aqua & aceto*, aut cum *albumine oui*, & si non
accidat fluxus impleatur linamentis siccis: dein- 218
de pone super ipsum puluillos in vino & oleo infusos; & conuenienti vinculo vtaris. Sequenti die mane, nisi recens aliquod symptoma prohibeat, perforare seu cauare os fractum seu vitiatum aggredere. Commode igitur collocato in lectuli aegroto, aut recumbente, prout vulneri conuenit, auribusque ipsius lana obturatis, vel xylo (*cotonem vocant*) propter sonitum, qui ex appulsu redditur, & solue ligamentum vulneris, linamentis omnibus, tum pannis exemtis, & spongia detersis sordibus. Iubebimus deinde ministris duobus, vt tenuibus fasciolis circumpositis, quatuor angulos corporum, quae fracturae incumbunt, attollant: & si quidem os fuerit imbecillum, aut natura aut fracturae vitio, id scalpris excisoriis, acie inter se aduersis, auferemus, primum cauis excisoriis scalpris, quos Graeci *cycliscos* vocant, a latiore incipientes, mox angustioribus, deinde spe-

Caluaria fracta curatio per chirurgiam.

cilli modo angustis, malleolo sensim adactis, ad capitis concussionem vtemur. Si autem validum os fuerit, prius eo terebellis (vulgo *trypanis* dictis) quæ mergi non possint, quas ab argumento abaptistos dicunt, perforato (*eiusmodi vero sunt, quæ paulo interius quam cuspis acuta est, eminentias habent, quæ ipsas ad cerebri membranā demergi prohibeāt*) per scalpra circumcisione vsi, id quod vitiatū est, auferemus, nō vniuersim, sed particulatim, si quidē fieri potest, digitis; si nō, forcipe, aut vulsella, qua vel ossa vel pili apprehendūtur, aut eiusmodi quodā instrumento. Post vero cū lenticulari & malleo omnes, vel (*vt Paulus docet*) osse iā ablato, asperitudinem (*squrias vocant Barbari*) quę ab incisione caluariæ prouenit, rasorio aut quodā scalpello excisorio adæquabimus, laminā quę mēbranę custos est, subiicientes, ac ossiculis quæ remanserāt, vt verisimile est, aut spiculis ingeniose ablatis linamēta inseremus, quem modum *diamotosin* Græci appellant. Auicenna hæc omnia ex Paulo desumsit, quem sequitur Guido, addens: *Iisq; peractis & vulnus carnis, & ossis curentur vt fuit dictum de fractura cum ossis deperditione.* Ceterum qui differentias fracturarum capitis, tum earum curationes ad vnguem docte dignoscere desideret, legat Paulum *lib. 6. cap. 90. de fracturis capitis, & de caluaria fracta curatione*, in qua & de cerebri inflammatione, & ea

Paulus lib. 6. cap. 90.

219 quomodo curetur, agit. Sed, vt ad Guidonem redeamus, & de correctione accidentiū agamus: *Si occurrerit*, inquit ille, *inflammatio seu apostema, quod vt plurimū euenit propter cōpressionem & puncturam ossis & tentarum seu tirundarum, linamentorum & ligamentorum, aut propter frigus, aut propter malam victus rationem, vel malum regimen* (vt vocant) *tunc festina ad separationem caussarum, & subtrahe materiam cū phlebotomia & aliis euacuationibus, & mitiga locum cum oleo rosar. calido, aut cum aqua calida decoct. althææ, fœnugr. sem. lini, chamomill. & similium, & emplastrum de maluis, illud enim plurimū cōmendatur. Si a. nigredo accesserit in menyngibus ex natura medicamentorū, abstergatur, & mundificetur cum melle & oleo rosato.* *Quod si acciderit sua sponte* (inquit Paulus) *idq; in tuo potissimū, cū aliis grauibus indiciis, attingi tunc nō debet, vt quæ natiuū calorē emortuū innuat.* Noui quēdam qui post annū quā affectu illo conflictaretur, caluaria perforata superuixerit. erat enim fractura in sincipite ex telo facta, emissariumq; habens, per quod etiam mēbrana ab affectu immunis conseruata est. & ideo ipse Guido addebat, *si nigrities ex seipsa veniat ad oculum cum signis aliis malis, non confidas de salute infirmi.* Ceterum de carne superflua, & aliis accidentibus dictum est in sermone vniuersali, quare, *iuxta eundē Guidonem*, ad medicinas capitales accēdamus. Medicinæ vulneris capitis, inquit, In principio, quousque æger ab apostemate fuerit securus, debent esse mitigatiuæ: qualis est mistura trium partium *olei rof.* & vna mellis: & tamen *6. Therap.* senex ille *oxymel* apponebat; & si dolor non infestabat, ad magis mundificandum debent esse e conuerso tres partes mellis, vna *olei rosacei.* Postquam autem fuerit securus ab apostemate, medicina sit desiccatiua sine mordicatione, qualis est *puluis capitalis*, qui secundum Galenum fit ex *iris Illyrica, orobi farina, manna* (quæ est *thus minutum*) *aristoloch. cort. rad. panaces.* Brunus vero addit *myrrham, sarcocollam, sang. drac.* Lanfrancus & Guilhelm. *myrtillos & nuces cypressi.* Emplastrum capitale de betonica positum ab Henrico, quod desuperponitur, ita se habet: ℞. *succi betonicæ, succi plantag. succi apii colatorum ana lib. j. resinæ, ceræ nouæ ana quart. j. terebinthinæ lib. j.* coquantur primo vsque ad succorum consumtionem: vltimo addatur *terebinthina*, & fiat emplastrum. Aliud *de centaurea*, quo Guido libenter vtebatur

De correctione accidentium.

De medicinis vulneris capitis.

Puluis capitalis.

Emplastrum capitale de betonica, ex Henrico.

in vulneribus capitis: ℞. *centaureæ minoris m. VI.* temperentur per noctem in vino albo, deinde coquantur ad consumtionem medietatis, postea colentur, & colatura bulliatur vsque ad spissitudinem mellis, de quo ℞. ℥ iij. *lactis mulieris* ℥ j. *terebinthinæ lib. j. ceræ nouæ quart. j. resinæ quart. ß. thuris, mastiches, gummi arabici ana* ℥ j. fiat emplastrum. Potio ad vulnera quæ in capite, dicta est in istiua capituli documentis. *Hæc Guido.* Ceterum multi hæsitant & dubitant, *an debeat poni medicina sicca, vel doloris sedatiua post amotionem ossis.* Cui adhærendum sit, breuiter dicam; quia melius est incipere post detectionem, in omnibus vulneribus penetrantibus intra cranium, cum medicina doloris mitigatiua, scilicet cum oleo ros. quam cum valde sicca medicina, maxime quousque sumus tuti ab apostemate, & a similibus accidentibus; & postmodum administrare ea, quæ valde exsiccant, & vulnus carne implent & consolidant. Cui opinioni adhærent Paulus, Serapio, Albucasis, Auicenna, & plurimi medici magni nominis. Interim notandū, quod licet tutius sit incipere cum *oleo rosato*, propter rationes optimo medico notas; tamē in processu, & quāto citius possibile est, vsus olei puri amouendus, quia vulneri, in quantū vulnus est, non cōuenit, nec cōplexioni membri est conueniēs, & ideo nimius eius vsus inducit putrefactionē. Sed cōmuniter Doctores Practici laudant ꝑ tres dies vel parū vltra, vsum *olei rosati*, deinde incipiunt addere *mel rosaceum*, & *vinū*, & aliqua exsiccantia magis minusve, secundum accidentia quę apparent, *vt Galen. 6. Therap. docet.* Secūdo quoque id notandum, quod in omnibus casib. post detectionem ossis, & etiam in qualibet læsione capitis, licet non auferatur os in principio, vbi non fuerit sanies, vel panniculus alteratus solo *oleo rosato*, est procedendum modo & via iam dicta & dicēda; & ita per gradus venire ab oleo rosato ad *mel rosatum.* Sed quia interdum post ossis amotionem reperitur panniculus alteratus, aut sanies in loco aperto, tunc procedendum est cū mundificantibus, & non cum putrefacientibus. Insuper & hoc adiiciendum, quod aliqui sunt casus in quib. debemus cauere a *melle rosato*, propter eiusdem caliditatem, & virtutem ipsius abstersiuam, maxime vbi est periculū de fluxu sanguinis

220

Emplast. de centaurea Guidonis.

De qualitate medicinæ capitis applicādæ post ossis detectionem.

guinis

guinis ab aliqua vena, vel in panniculis, vel labiis
vulneris, tūc aūt vtemur *oleo rof. cū vino*, vt dixi-
mus. Vel si dubitem° ne mel sua mordicatione in
221 capite paulo calidore bumores attrahat ad caput
& ita caussa futura inflāmationis foret, vel alte-
rius accidētis, tunc loco *mellis rosati* sumere pos-
sumus *iulep. rosatū*, q̄ minus mordet, & minus ca-
lidū est. Hæc a. prudēti chirurgotū medico relin-
quenda, cum & in capite calidiore & tēpore cali-
diore tardius deueniatur ad *melrosaceum*, quā in
his qui contrario modo se habent. Visa qualitate
medicinæ administrandæ, facta ossis amotione,
nunc pauca a præceptore meo experta addamus
quibus ipse visus est, quale est *ceratum humanum*
dictum, quod inter cetera medicamenta capita-
lia, quæ extrinsecus adhibentur, principatū ob-
tinet, & credit, si aliquo modo vulnera capitis si-
ne ossis amotione curari possent, hoc vnicū esse
remediū cerebro tū capiti valde amicum, cum &
mommia constet, quę cum cerebro ipso symbo-
lū habet. Fit autem hoc modo: ℞. *terebinthina lo-*
tæ ū vino malnatico, resinæ pini colata, cera albæ a- Ceratum humanum.
na ℥ iij. *mummiæ* ℥ j. ß. liquefiant simul liquefaci-
enda; postea adde *mummiam*, paulatim cū spatu-
la miscendo, vsq; quo omnia adquirant mixtio-
nem perfectam; circa ignem semper, ne coagu-
letur. facta conueniente mixtione, omnia pro-
iiciantur in *vase argenteo*, vel alio mundo, in quo
sint *lib.* iiij. *aceti rosati, ex vino malnatico*: & sic di-
mittatur per diē & noctē: deinde manib. in eodē
aceto bene malaxetur, vsq; quo cerotū totum ex-
pressum sit ab aceto. Postea pone ceratum in vase
vitreo vel terreo vitreato, sine aceto, & in tali vase
pone lactis mulieris ℥ vi. *succi tormētilla* ℥. *succi pē-*
taphylonis ℥ ß. *succi betonica* ℥ ij. *succi bryonia, succi*
plantag. ana ℥ j. ß. omnia lento igne bulliant vsq;
quo consumetur de p̄dictis liquoribus tāta quā-
titas quanta fuit lactis. Postea adde succi *verbena*
℥ j. *succi pimpinella* ℥ j. ß. & pone omnia in feruē-
ti sole, cum cautione ne a vento puluere externo
repleatur, cooperiendo aliquo panno raro, & ita
stet in sole per mensem, vt minimum: addendo
singulo die *lactis* ℥ ij. *succi betonica* ℥ j. (alii ponūt
ʒ j) & ita exsiccentur *succi & lac*, donec veniat
in formam cerati vel vnguenti. Sed si continge-
ret, quod Sol nō posset exsiccare tale lac vel suc-
cum, tum tempus minus fuerit calidum, tūc po-
natur tale ceratum in aliquo cacabo mundo &
terso, & lento igne bulliant, vsque ad cōsumtio-
nem succi & lactis. Et isto modo hoc vtitur, sci-
lic. parando peciam magnam circumdantē vul-
nus per 4. digitos, vel circa, pluribus foraminib.
222 perforatam, & in vulneribus supra os vel infra:
cum amotum erat, supra panniculum ponebat
peciam paruam dicti ceroti, extensam super sin-
done, & sic tenta aliqua vel turunda, aut licinio
ex panno lini subtilis (latiniores, *linamenta* ap-
pellant) replēbat vulnus, lenissime tamen. & hoc
ceratū circa septimū diem, nisi sanguinis fluxus
impediret, applicabat: lauando semper vulnus
cum *vino malnatico*, in quo bullierant *rosa rubea*:
& sic vsque in finem procedebat, semper po-
nendo duas vel tres guttas mellis rosati bene
cocti in vulneris fundo. Sed quia in dicto cera-
to ingreditur *pimpinella* & *tormentilla*, & aliæ
herbæ, ex quibus difficulter succus exprimitur,
seruabat hunc ordinem, quod semper pistan-
do tales herbas irrorabat cum vino optimo mal-
uatico, & postea cum torculari succum maxi-
mo labore extrahebat. Quod si deficeret hoc ce-
ratum, vtere vng. infra scripto de *matrisilua* vel
Capella dicto, cui Bononienses chirurgi maxi-
mā fidem adhibēt: ℞. *terebinthina, resinæ pini, cera*
noua ana ℥ iiij. *olei rof.* ℥ viii. *mastic is, thuris ana* Vnguentum de Matrisilua.
℥ j. *gummi elemi* ℥ ij. *matrisilua, betonica puluerisata*
ana ℥ iij. Matrisilua & betonica ponuntur in in-
fusione secundum artem *in lib. x. vini optimi* per
diem naturalem, postea adde omnia prædicta,
excepto *gummi elemi, thure, & mastiche*: & bulli-
ant omnia forti bullitione, vsque quo sit con-
sumta media pars vini, atque ita vt sic bulliendo
appareat hæc mixtura viridis coloris satis inten-
si: & tunc coletur & dimittatur coagulari. Dein-
de coagulatum a vino separa. & coagulatum to-
tum accipe, & pone iterum in cacabo. & bulliant
tantum quousque partes vinosæ quæ remanse-
runt, resoluantur: & hoc cognoscitur isto signo,
quod dum bullit non facit spumam seu strido-
rem. Hoc peracto iterum cola, in qua colatura
adde alia, scilicet gummi elemi, &c. subtiliter
puluerisata, & semper miscendo, vsque quo o-
ptime incorporetur. Et isto vtitur, conficiendo
peciam tam magnam quā potest: & in labiis vul-
nerum de eodem vnguento super linamenta vel
licinia cum melle rosato puro vel mixto vtitur,
ad fundum vulneris procedēdo. Sed etiam cum
isto vnguento aliquando vtitur & ipse puluere
capitali, descripto a Galeno, Haly & Auicenna
(*de quo superius dictum est*;) constante ex *farina o-*
robi, ireos, aristol. longa, cortic. opopanacis, cortic.
thuris ana p. a. fit pul. cui alii addunt, vt diximus,
myrrh. sarcocollam & *sang. drac.* vt Brunus facie-
bat: & Lanfrancus, vt diximus, addebat *myrti* 223
grana, & *nuces cupressi*, alii addunt *& centaur.* &
hermodact. Præceptor meus primo vtebatur, li-
cet & alia adiuncta ipsi quoque placerent. Præ-
dictum autem puluerem imponit 14. die trans-
acta, cum iam incipit caro generari, &c. lauando
cum *vino malnatico*, & *melle rosato* superposito:
deinde superasperso puluere, replendo semper
vulnus linamentis prædicto *vnguento* linitis, vs-
que ad tempus sigillationis procedebat. Interdū
tamen lauando fundum vulneris cum decoctio-
ne infra scripta, maxime si contingeret virulen-
tiam & saniem aggregari, etiam detergendo cum
syringa, si opus esset: ℞. *vini malnatici lib.* iiij. *rof.*
rubear. betonica, pimpinella, matrisilua, centaurea,
stœchad. ana m. ß. *aristoloch. ireos, corticum thuris*
ana ℥ ß. bulliant omnia simul vsque ad duarum
partium consumtionē, & coletur, cui adde mel-
lis rosati optime cocti ℥ iiij. Ista lotio est mirabi-
lis in vlceribus profundis in capite. Cum autem
caro superflueret, solis *hermodactylis* vtebatur,
cum magis exsiccent, & sic carnem aliqualiter

Ceratis.

minuant: & si illi non sufficiunt, apponit *medicum aluminis vsti*. Sed illud animaduersione dignum est, quod istis ceratis & vnguentis non est vtendum a priocipio, sed transacto apostematis tempore, tardius etiam in æstate. Quare solitus erat idem præceptor meus a principio, scilicet transacta quarta die, lauare vnguentum de *matrisilua cum lacte mulieris*, & eo vtebatur per tres aut quatuor dies sic loto, quia tunc non ita calidũ est, neque ita suspectum de attractione materiæ ad caput. Interdum quoque lauabat cũ *aqua rosacea*, maxime si tempus calidum esset, & in biliosis, qui caput calidũ habent, tum in iis, in quibus magis imminet periculũ de fluxu sanguinis, & vbi etiam est febris intensa, tũ magna inflammatio in capite: & sæpe etiam tali tempore idem lauabat vulnera tum vlcera lacte muliebri. De cu-

De curatione vulneris seu læsionis panniculorum & cerebri, et medicinis.

ratione læsionis panniculorum & cerebri cum medicinis, secundum vsum eiusdẽ, ita ab ipso aonotatum reperi. *Quod si*, inquit, *contingat vulnus esse in pãniculis aut cerebro, præter omnẽ aliã curatione omnib. modis medicus operã dabit, vt inhibeat omnem motum fortem tum animi tum corporis: neque debet fieri ab ipso chirurgo vlla agitatio, nec manibus nec ferris, aut instrumentis, nisi lenissima, in abstergẽdo, lauando & medicando, quia ex tactu & agitatione violenta in tã nobili & molli membro, quale est cerebrum & pia mater, fit dolor, & forte noua solutio,*
214 *vnde procidit medulla, & subsequitur mors.* Sed si nõ tangatur nisi modo dicto, natura succurrit medico tũ loco affecto, & consolidatur vulous. Sed tactus prædictus ita leuis ac lenis sit, ad minus tã diu donec trãsieriot quatuordecim dies; deinde paulo audacius potest chirurgus tractare ꝑdicta vulnera: quamuis & hoc leniter semper faciendum sit. In principio autem, coostricto sanguine cum ouo & aliis rebus conuenientibus, ponatur in fundo vulneris lac mulieris ab vbere recenter mulctum, & cum eo lauetur vulnus bis vel ter in omni medicatione mutando lac etiam sit actu calidum: vel lauetur tale vulnus cum vino maluatico, in quo rosæ bullierint rubeæ: deinde replcatur dictum vulnus liciniia seu linamẽtis intinctis prius (vno vel pluribus, secundum magnitudinem vulneris) in prædicto lacte. Et hæc tantum replcaot fundum: cetera vero licinia, quæ sunt tanta, vt repleant totum vulnus, sint intincta in oleo rosato omphacino. *Postea* supra vulnus ponantur duæ vel tres peciæ lineæ, magnitudinis vnius palmi, imbibitę in ꝑdicto oleo. *Deinde* pãnis debitis & stuppa & fascia conuenienti lenissime ligetur. Et iste modus curationis fiat per quatuor dies vsq; ad sex, & non vltra. *Deinde* capiatur aliq; vng. ex prædictis capitale, & ponatur sup licioia cum voguento, quę imbibantur in *oleo rosato omphacino* & *melle rosato* partib. æqualib. & sic repleatut vulnus, prius vngendo caput totum prædicto *oleo rosato*. Et vnguentum a præceptore meo repertum & expertum, quo sæpe vtebatur, erat de *matrisilua*, prius a nobis descriptum: quod quidem voguentum ipse lauare solebat cum lacte mulieris ter vel quater: quo sic vtitur ad minus transacta 9. vel 10. die. Deinde vtitur eodem vngueoto non loto, quia tunc requiritur medicina magis calida & sicca: & sic procedit. Verum ipse paulatim minuit copiam *olei rosati*, & auget quantitatem mellis; ita vt circa 14. diem vtatur solo *melle rosato*: & sic deinde cum lotionibus & suo cerato supra vulnus imposito, procedens, replet illud carne. Quo vulnere tandem carne repleto, adhibet consolidationem & sigillationem. Sed quia raro reperitur *oleum rosatum omphacinum* optimum, loco eius capit *oleum myrtinum*, & *oleum rosatum* partibus æqualibus, & iisdem vtitur maximo cum successu. Ceterum antequam de vulneribus capitis sermonem finiamus, historiam illam egregiam, ab Amato 245
positam Ceoturia 2. *Curat. 89.* in qua agitur de vulnere inter vtrosq; cerebri ventriculos penetrante, his adiiciamus. Cum in duello duo robostissimi iuuenes extra vrbem Romã digladiarentur, alter alteri per frontem ensem immisit: ex quo vulnere illico læsus in terram concidit, & eum humi prostratum tamquam mortuũ, vincens dereliquit: accurrentibus tandem iudicibus, & spectantibus, eum vtcunque subleuarũt, & a diris cruentisque manibus rapuerunt: qui omoium medicorum & chirurgicorum assistẽtium consensu paucis horis ipsum exspiraturum prædixere: tam enim peoetrans horribileque vulous erat, vt cerebri substantia incisa perforatave crederetur. Sed cõtrarium euenit: quio nullo flagrante symptomate, intra quinquaginta dies æger sanus factua est; oon sine tamen omnium admiratiooe, & medicorũ præcipue hæsitatiooe: quippe quum ita per vulnus specillum, quod *tentoriã astulã* vocant, ingredi animaduerterent, vt vulnus cerebri substantiã attigisse, eorum nullus ambigeret: sed ii reuera cũ vulnus inter duos cerebri ventriculos illatum esse ignorarent, merito illum casum admirabantur. Potest autem gladius inter cerebri ventriculos multum currere, sæpeque penetrare, nullam cerebri substantiæ noxam inferẽdo: tametsi vtraq; menynx semper afficiatur, vt ægroto oostro euenit, & aliis olim a nobis notatis. Medicus itaque vel chirurgus, qui ad corpus humanum accedit, & id absq; membrorum & particularum exacta dignotione curare contendit, haud alio loco esse reputãdus est, quã faber lignarius qui suffusos oculos habet, & ligna ꝓ conficienda sella incidere tẽtat. Oportet igitur medicũ vel chirurgũ io corporũ dissectione apprime subactum & instructũ esse. Et ita absoluimu a omnem curationẽ vulnerum capitis, contusionũ, & fracturarum. Sed his addi possent instrumenta capitalia, quibus chirurgi vtuntur, potissimum sex illa ex Guidone: quæ debent esse de qualibet forma tria numero, *maius* nempe, *minus*, & *medium*. Verum hæc in Guidone ipso requitenda potius esse iudico: quoniam hic omnia ipsius Guidonis verba exscribere operæ pretium esse non puto. Itaque lectorem ad illius & aliorum recentiorũ chirurgo-

rum

tum libros ablegans, propositum meum coortiouare decreui; subiũgens hisce capitis vulneribus, exemplum quoddam oculi vulnerati; vnde cœcitas subsecuta fuit.

226 OBSERVATIO XLV.

De rustico quodam, claua vulnerato, in oculo, vsque adeo vt inde visum amitteret.

ANNO 1570. claua ictus in oculo ipso, in pago Lyrano rusticus iuuenis visum perdidit: quẽ Simon chirurgus inquilinus istius pagi tractabat. Sed post 14. diem cum ipsemet decumberet, rusticum ad me misit 5. Februarii die. Cum autem nulla pharmaca accepisset, & localib. tantum vsus aluum nõ deponeret, hoc pharmacum propinaui. ℞. *filior. senæ* ℥ vi. *rhab. select.* ʒ j.ß. *sem. fœniculi* ʒ j. *squinanthi* ℈ j. infuode in aqua *fumiterræ, betonicæ, euphragiæ ana* ℥ iij. & bulliant: & fortissimæ expressioni adde *syr. ex infus. ros.* ℥. j.ß. fiat potio pro ii. dosibus. Vnam statim dedimus, & ter aluũ deposuit. Altero die, ob dolorẽ, ne accederet febris, quãquam iam 14. die ab inflicto vulnere ad me venisset, & chirurgus prætermisisset sanguinis missionẽ, sanguinem detrahere iubeo ex vena cephalica in brachio dextro (nã in oculo dextro læsus erat) quamuis ab initio præstantius fuisset, licet nunc quoq; prætermittere noluerim, ne ex dolore oculus inflãmatus totus excideret, iam vlcere affectus. Deinde & hoc collyrium per aliũ chirurgum, qui & tunc præsens erat, vt sæpius in oculum instillaretur & apponeretur, mandauimus ℞. *succi fœniculi, maluæ ana* ℥ j. *aq. ros.* ℥ ij. *lactis muliebris* ʒ j. misce. Postea die vno atque altero intermisso reliquum potionis sumsit, & quinquies alnum ex eo exonerauit: ac dolor in oculo mitigatus est. Deinde octauo Februarii die ad inflammationem tollendam, ad poris detersionem & doloris sedationem & aliqualem consolidationem, hoc sequenti collyrio vsi sumus: quo postea bene habuit, quamuis visum non receperit: ℞. *collyrii*
227 *Rhasis albi* ʒ ß. *sacch. candi albiss.* ℈ j. super cotem cum modica aqua rosacea terantur; adde *aquæ euphrag. fœniculi ros. ana* ℥ j. *aquæ albuminis oui cõcussi* ℥ ß. *syr. ex infus. ros.* ʒ ij. per pannum lineum rarum colentur, & fiat collyrium.

SCHOLIA.

POST capitis vulnera succedunt vulnera faciei & partium eius. Sed quia exemplũ vulneris faciei prope maxillam sinistram satis alti obser. 10. præcedente in medium attulimus, atque vulnera faciei in eodem scholio eiusdem obseruationis ex mẽse Guidonis explicauimus; ideo locum citatum legere poteris: & quod ad oculorũ vulnera attinet, tum palpebrarum, etiam huius exemplum in medium adduximus *obser. 13. huius libri.* Verum cum de vulneribus faciei satis dictum sit, quod superest de vulneribus oculorũ, hic aliqua ad maiorẽ enucleationem addamus.

De vulnerib. oculorum.

Vulnera igitur oculorum (*vt & ipse Guido referebat*) sunt periculosa, & valde metuenda, propter visum, & propter eorum propinquitatẽ ad cerebrum: imo vidi multoties, quod etiam attestatur Beniuenius, proper vulnera circũstantiarum oculi, sequi oppilationem neruorum opticorum, & cataractas. Quid ergo dicam, quando fuerit in substantia oculi? Certum est quod si effundantur humores, sequitur oculi destructio, & ipsius actus, & sic rusticus hic claua in oculo percussus visum amisit, præcipue cum non recte ab initio tractaretur, solis topicis nempe remediis, diuersionib. neglectis: etsi Galen. *4. de accidẽtis & morbo* viderit puerum punctũ stylo iuxta pupillam, effluente protinus aquoso humore, imminuta pupilla, ac ceratoide tunica corrugata, curatũ. nã hoc fuit ex raro contingentibus; quippe cum huiusmodi vulnera magna ex parte cœcitatem inducant. vt ipse Galenus testatur; nõ obstante quod Rabbi Moises quasi deridendo Galenum dicit quod fuit de mirabilib. ipsius; partes enim spermaticæ in pueris quotidie regenerantur, vt videtis. Curatio autem est secundum Iesum, prohibere materiam, ne fluat ad oculum. Et si sanguis non exierit, collyrizetur cum tutia & modico camphoræ. Si autem sanguis exiuerit, albumen oui super oculum ponatur, & insita firmiter ligetur. Beniuenius in hoc casu maxime
commendat *germina ouorum agitata*, & ducta in 228
mortario in formam vnguenti: quam medicinã *virtutem a Deo datam* appellat.

De intrantibus in oculũ.

Si autem intrauerit aliquid in oculum, & vulneret ac dolorem inferat, & oculum offendat, veluti *fumus, puluis, lapis, palea*, vel *arista*; præcepit idem Iesus, instillari in oculum *lac mulieris*, vel *aquam dulcem* sæpius: quia mundificat ipsum, & extrahit omne quod in oculum cadit; & si non recedit, palpebras inuerte; & si videris id, quod in oculum incidit, inuolue stilum, aut digitum cum panno molli lineo, & absterge illud: si vero retineatur, cũ picareolis remoueatur, & in oculũ stilla *lac mulieris puellã nutrientis*.

Ad tarsen & sanguinẽ qui in oculo euenerit propter vulnera & percussiones.

Ad tarsen & sanguinẽ qui infra oculũ euenit, ꝓpter vulnera & percussiones, laudat ille idẽ Iesus *instillationes lactis muliebris* & *albuminis oui* & *sanguinis columbini qui est sub ala*: & emplastrare oculum cum *medulla panis* in vino effusa, est optimũ. Et si nõ dissoluatur, destilla in oculũ *aquã ameos* & *salis gemmæ*: & fomẽta oculũ cũ *aqua decoctionis hordei* & *hyssopi sicca*. Et si non recedit, accipe aquã clarã, in qua steterit arsenicũ puluerisatũ, & ꝓiice in oculũ. Sed de his diximus de hypopiis, cum de vitiis oculorũ ageremus, & potissimũ *obs. 15. lib. 9. obs. & cur. med.* de nauta illo, qui craniũ cõtusum habebat cũ oculi hypopio.

De vulnerib. palpebrarũ.

At vulnera palpebrarũ suũtur cum acubus curuatis; & si fieret sutura cum cauillis (*teste Guidone*) propter motum palpebrarum, magis esset tota, specialiter quando area pilorum est incisa: tãtæ enim cartilaginositatis est, vt difficulter vniatur. Postea autem cum pulueribus & pannis bene sustinentibus, artificialiter & ingeniose ligetur. reliqua vide apud Theodoricum *lib. 2. cap. 8.* de vulnere palpebrarum: & de vulnere in substantia oculi cum ense aut sagitta, vide *libr. 2.* Guilhelmi Saliceti *cap. 4.* Nasus quoque aliquãdo vulneratur, vt accidit iuueni vicino meo,

hoc anno 1570. mense Octobri, dũ hæc scriberem; quem tractabat M. Fredericus chirurgus.
De vulneribus nasi. Non solum autem nasus vulneratur, sed quandoque frangitur, quandoque atteritur & quassatur. Sed hic dicemus de vulneribus & incisionibus, quæ magis accidunt quam reliqua. Iã quoq; nasus quandoque abscinditur ex toto, quandoque non, sed adhæret, & tenet se cum carne labiorum. Si ex toto ceciderit, vniri non potest. Vnitio n. in organicis (*teste Gal. 3. Artis*) impossibilis est: & caussa fuit dicta in indiciis vniuersalib. quicquid alii garruli in contrarium effutiant. Si
229 autem ex toto non fuerit incisus, siue sanguinolentum est, siue non, scarificãdo renouetur vulnus, & suatur caute & decenter, eo modo quo dictum est superius de sutura cum filo, faciendo tot puncta, quot erũt necessaria: & si acus rectæ sint, nec bene possint adaptari ad suturam, calefaciendo eas in igne curuentur: & imponantur in naribus duæ tentæ totundę ex stuppis; aut cãnulaſæ ex pennis anseris, vt aer & sanies, sua possint habere spiramina. Postea ponatur puluis, & applicentur plumaceoli ex panno decenter facti vtrinque in quolibet latere, & alius desuper, qui comprehendat totum nasum, balneati, in primo apparatu cum *oui albumine*, cum *vino albo calido*, & quando erit necesse, curetur cũ emplastro vel *vng. incarnatiuo* & *consolidatiuo*, & ligetur ingeniose. De ligatura huius particulæ varie altercantur medici, & quisque suam defendit ligaturam. Albucasis & Auicenna, Lanfrãcus & Theodoricus præcipiunt ligare cum duabus ligaturis; vna subtus nasum, ad sustinendum; alia sup nasum, ad tenendũ medicamina. Rogerius & Guilhelmus ligant cum *fascia incisa* per medium, qua nasus possit transire, ad modum capistri. Henricus totum hoc reprobat: imo dicit melius basurum sine ligatura; quia si ipsa est strictior, nasum deformabit; si laxior, parum proficiet: & vtraque in somno potest nocere ex compressione, & versione, & motu inordinato. Nihilominus in casu concedit, vt ligetur subtus, & non desuper. Ego autem (*inquit Guido*) hac altercatione parum commoueor: quia, vt dixi, in facie non potest dari certa regula de ligatura incarnatiua; quare quilibet suo ingenio vtatur, prout quæuis commoda inuenire poterit. Dũtaxat curandũ est vt in capite optima sit cucufa, in qua suantur ligaturæ, tam in suendo quam in imponendo stuppas, & idonea sustentacula. vt præcipit Theodoricus, eo modo qui erit facillimus: uam si modo adaptentur ita vt sustineant partes coniunctas & medicamenta applicata, sat erit. Si a. nasus sit infrigidatus & alteratus, consulit Henricus, vt cum caliditate naturali pullorum tantum calefiat, vt rectificetur. Si autem non potest rectificari, remoueatur, idq; tam tarde quam fieri poterit, ob infamiam, & querelas vulgi ac calumniam; & locus curetur & cicatrizetur. Et flet primus apparatus per tres aut quatuor dies. Alii deinde bis in die mutentur. Os nasi intra 18. dies plerunque restauratur. In fractura additur quod intromissione digitorum, aut alicuius baculi in- 230
terius nasus sustentetur, & exterius cum manu altera æquetur: & postea intromittantur tentæ conuenientes, & iuxta ac desuper *plumaceoli* inprimis infusi cum albumine oui: & deinde cum diachylone, in quo farina volatilis & puluis rubeus cũ *oleo rosaceo* fuerint malaxata; & caute sustineatur & ligetur. Et quando cũ fractura fuerit attritio, curetur vt aliæ contusiones. Si autem est cartilaginis separatio, conglutinetur. Reliqua de vulnere nasi vide apud Theodoricum *lib. 2. cap. 10.* De vulnere in naso, & facie, ense vel sagitta illato, vide Guilhelmũ Salycetum *lib. 2. cap. 3.* Vulnera vero aurium & labiorum nihil habent proprium: sufficit n. vt suãtur & ligentur modo quo *De vulneribus aurium & labiorum.*
commodissime fieri poterit, & vt alia mẽbra carnosa curentur. De vulnere in aure habes pulcerrimam historiam, nempe si cum ense vel sagitta fiat, apud Guilhelmum Salycetum *lib. 2. cap. 6.*

OBSERVATIO XLVI.

De vulnere brachii & de altero sub scapula, & de tertio in dorso, penetrante ad interiora,

FAMVLVS zythepsæ cuiusdam anno 1566. 7. Augusti die vulneratus fuit sub scapula, & in dorso, ictu transeunte dorsum & thoracem: deinde in cubiti flexura vulnus quoque acceperat. Hic autem per superiora sanguinem exspuebat, quod signum erat primum vulnus thoracem transiisse a parte posteriori: nam & per inferiora sanguinem concretum deiiciebat. Ad hunc cũ accitus essem, ilico ad diuersionem in brachio non vulnerato ex vena basilica sanguinem detrahere iussimus. Vulnera autem tractabant Petrus chirurgus Delphensis, & Gerardus iunior chirurgus. Ceterum nos hoc decoctum præscripsimus statim a missione sanguinis: ℞. *caulũ rub. scabiosæ, veronicæ, capill. Ven. polytric. vngulæ caballinæ ana m. j. hordei mundati p j. glycyrrizæ rasæ ʒ v i. vuar. pass. enucl. ℥ j. iuiubarum, sebesten ana num. v.* coquantur in aqua *communi pro lib. 1.* colaturæ addendo *syr. capill. Ven.* ℥ j. ß. *syr. viol. iuiubinι ana* ℥ ß. misce pro apozemate. capiebat bis 231
in die. Deinde hoc eclegmate pro tussi & sputo cruento eiiciendo vtebatur: ℞. *conserua borag. diatrag. frig. ana* ʒ iij. *syr. capill. Ven.* ℥ j. *syr. viol. iuiubini ana* ℥ ß. *misce pro eclegmate*: sumat sæpissime cum spatula glycyrrizæ. Hic febricitabat; ideo ipsius pectus inunximus non solum ob dolorem, sed & ob calorem febrilem, vnguẽto sequenti: ℞. *vng. resumt.* ℥ j. Postea & hoc decocto vtebatur ad libitum: ℞. *hordei communis m. j. glycyrrizæ rasæ* ℥ ß. *capill. Ven. vuar. pass. ana m. ß. sem. 4. frigid. ana* ʒ ß. *cicerum rub.* ℥ j. coquantur in aqua communi ad lib. j. colaturæ addendo *syr. ex infus. ros. viol. ana* ℥ ß. misce pro iuleb. Octauo die Augusti, cum guttur inflammatum inspiceremus, aphthas metuebamus, licet dolor ille, qui erat antea in latere dextro, sanguinis missione cessasset, & melius haberet: tamen ne aphthæ oborirentur, vt gargarismate sequenti vteretur, iussimus, ad gutturis internam inflammationem: ℞. *Aquæ plantag.* ℥ v i i i. *aquæ sca-*

ſcabioſæ, caprifolii ana ℥ ij. *diamoronis* ℥ i j. ß. *miſc. pro garg.* Continuo quoque lambebat ex *ſyr. viol.* Nono die Auguſti decoctum purgans ſequens propinauimus: ℞. *folior. ſenæ* ʒ vj. *rhab. ſelecti* ℈ ij. *ſquinanthi* ℈ ß. ebulliant cum ℥ i x. *decoct. pectoralis*, & fortiſſ. expreſſ. adde *ſyr. cap. Ven. ex infuſ. roſ. ana* ℥ ß. miſce pro ij. doſibua, vnam accepit, quia debilis erat; & ex ea quatuor ſeceſſua habuit ſanguinolentos: & bene tulit. Die deinde intermiſſo, aliam exhibuimus doſin: & tunc ter quaterve aluum depoſuit, ac feces naturales non ſanguinolentaa excreuit, & cœpit melius habere: quamq̃ gutturis inflammatio ex toto non ceſſaret. quare pro boc ſymptomate depellendo, hoc gargariſmo denuo vſi ſumus: ℞. *Aqua plantag. lib. j. roſ. rub. p. j. ſem. cydon.* ℈. j. ebulliant ſemel: & colaturæ adde *dianucum, diamoronis ana* ℥ j. miſc. quo
232 & aphthæ ſanatæ ſunt. Cum autem non dormiret, ſequens hordeatum dedimus: ℞. *hordei mundati m. ß. amygd. dulc. excortic.* ℥ ij. fiat hordeatum, decocto hordeo cum eiuſdem aqua, adiecto zaccharo ſecundum artem. Hæc autem die 10. Auguſti præſcripſimus. At 11. pro tuſſi, ℞. *conſerua borag.* ʒ ij. *diatragac. frig.* ʒ iij. *ſyr. viol. iuiubini, capill. Ven. ana* ℥ ß. miſc. pro eclegmate. Et his ſupradictis remediis, tum febria, tum tuſſis ceſſarunt; & breui a vulneribua curatus fuit. Vnum habebat, vt diximus, ſub omoplata vel ſcapula ſecundum in dorſo, penetrans thoracem a parte poſteriori; tertium in flexura brachii, vel cubiti iunctura. Ab omnibus tribus vulneribus euaſit, quamuis in principio pro deplorato haberetur, ob difficultatem anhelitus, & ſputū cruētum: nam chirurgi ex vulnere dorſum penetrātetum thoracem, partem ſcilicet eius poſteriorem, pulmonem læſum putabant. Nihil autem ipſi æque profuit atq; miſſio ſanguinis in principio; quæ in magnia vulneribus (*vt tam ſæpius oſtendimus*) ad diuerſionem fieri debet.

Scholia.

De vulneribus colli & partiū eius.

ANTEQVAM de vulneribus omoplatarum, & brachiorum & thoracia agamus, quędam hic prius de vulneribus colli & partium eius ponamus. Vulnera itaque in collo (*vt Guido annotauit*) q̃dam fiūt in ſola carne, q̃dam vero in oſſibus ſpondylium; q̃dam in ligamentis lateralib. q̃dam vero in venis organicis, q̃dam in viis ciborū & anhelitus: ꝓpterea & vltra cōmunes intentiones habēt & propriam ligaturā, & aliqua propria prognoſtica, & pauca curatiua.

Ligatura colli.

Ligatura colli incarnatiua fit cum faſcia longa duorū capitum ab oppoſita parte vulneris, voluēdo collum, & ea ducendo ad formam crucis ſupra vulnus: & poſtea faciendo tranſire ſub axillis reducendo ad collum, idq; reuoluēdo, & ibidē ſuendo. Et ſi eſt cucufa in capite, ſuatur cū ea, vt eam manuteneat, ita vt non deſcendat. *Ligaturam* autem medicaminum retentiuam præcipit facere Rogerius hunc in modum. Scindatur li-
233 gatura ab vtraque parte, & duo brachia ſuperiora tranſeundo ſuper aures ligentur in fronte; alia duo inferiora, tranſeundo axillas ligentur in pectore; alia vero duo media ligentur per medium colli.

Prognoſtica.

Prognoſtica ſeu iudicia habentur ex eodem Rogerio. Quod ſi neruus vel ligamētum incidatur in collo, rarum eſt, vt in poſterum collum habeat liberum. Quod ſi vulnus veniat vſq; quo exit nucha, mortale & incurabile iudicatur. Nam paſſiones nuchæ ſimiles ſunt cerebri. Si aūt non perueniat ad medullam, licet ſit curabile, timendum eſt propter læſionem neruorum oriētium ab illa parte nuchæ, de nocumento ſenſus & motus neruorū & membrorum, ad quæ delegātur nerui. Et ideo vulnera, quæ pertingunt ad neruos reuerſiuos, perpetuā generant raucedinē & (*vt Gal. ait*) vocis ablationem, & ſi pertingunt ad quendam neruum, qui tranſit iuxta aures, dicitur, quod numquam generabit homo. De inciſione cuiuſdam venæ ſpermaticæ eſt impoſtura, *vt a Guidone in Anatomia fuit demōſtratum.* Interim vulnera venarum & arteriarum craſſarum ſunt periculoſa, ob hæmorrhagiam ſpiritu cito exhalante & vita. Iam quoque dictum eſt prius quod vulnua meri, gulæ, ſeu œſophagi & tracheæ arteriæ ſunt periculoſa, quia habēt munus ſeu officium vitæ immediate neceſſarium; & adhoc ſunt difficilis cōſolidationis, quia ſunt tranſitus aeris & cibi.

Curatio.

Curatio autem ipſorum, quantum ad vulnus carnis, nihil habet propriū: ſuantur, & cum *pul. & vino*, & aliis auxiliis curentur: & quantum ad neruoa & chordas, etiam ſuantur profunde, & cum *oleo vermium & emplaſtro* curentur: quantum ad venas & arterias groſſas ſuantur, & cum *pul. Galeni & pilis leporis* cum *albumine oui* emplaſtrum adhibeatur: & ſi illud non ſufficit, excorientur *capita venarum*, & ligentur vt ſuperius de fluxu ſanguinis fuit dictum: quantum ad vias aeris & cibi, ſuantur, & cum puluere, & cum aliis auxiliis exterius tractentur; interius *tragacanthum* aut *diaſymphytum* lambendum detur: quantum ad nucham, infundatur vulnus cum *oleo roſ. calido* & deſuper ponatur in principio *vitellus oui*, vſque quo dolor fuerit ſedatus. Poſtquam autem fecerit ſaniem, mundificetur & incarnetur cum iſto emplaſt Guilbelmi & Lanfranci: ℞. *mellis roſ. colati* ℥ iiij *farinæ hordei* ℥ ß. *terebinth.* ℥ iij. *ceræ, roſinæ ana* ʒ ij. *thuris, maſticis ana* ʒ j. *myrrhæ, ſarcocollæ,* 234
mummiæ ana ʒ ß. *olei maſticini* ℥ ij. fiat, emplaſtrū. De vulnere venæ organicæ in gula vide Theodor. *lib. 2 cap. 13.* & *Guilh. lib. 2. cap. 5.* de vulnere in collo cum enſe vel ſagitta, & de vulnere in gula, etiam cum enſe vel ſagitta, *cap 7.*

De vulneribus omoplatarū & brachiorum.

At nunc de vulneribus omoplatarum & brachiorum, iuxta Guidonem, hæc addamus. Vulnera iſtorum membrorum nihil habent proprium, niſi *prognoſticon, & ligaturam, & ſitum*, & fiunt quandoque in carne, quandoq; in oſſibus. Vulnera igitur ſpatularum, propter neruos, qui deſcendunt ad brachia, ſunt ſuſpecta de dolore & amiſſione ſenſus & motus brachiorū. Propterea & vulnera plicaturæ cubiti (quorū præter boc quod nunc

posuimus exemplum in hac obseruatione, etiam alia posuimus *obseru. 17. & 19.*) sunt metuenda, propter venas magnas & crassas, quia magnã faciunt hæmorrhagiam, *vt obs. 19. potissimum ostendimus.* Præterea vulnera cubiti & omnium iuncturarum sunt suspecta, ob dolorem quem inferre solẽt, & inflammationem seu apostemationem & indurationem seu spasmũ particularẽ, ob infiltrationem ossis & ligamentorum, & propter loci situ, quia in loco interiore, & ideo non bene repurgentur, & ita materia, quæ includitur, remanet, & induratur, & motus perditur iũcturarum. De iudicio vulneris prope duos vel tres digitos circa iũcturam, dictum est. *Curatio* ipsorum parum differt a commuoi curatione dicta, nisi quod sutura vulnerum humeri, indiget fortitudioe & prope cum cauillis; propter magnitudinem, & pondus brachii. Et *ligatura* humeri fit cum fascia duorum capitum, & ponendo sphæram ex stuppis sub axilla, incipiatur per medium fasciæ ibidem, & ascendendo, fasciam supra humerum voluendo instar crucis supra vulnus ligetur; aut suatur sub altera axilla, & toties fit reuoluatur, quoad sufficere videatur. Quæ vero ligatura duntaxat adhibetur ad tenendum medicamina, fit ad modum manicæ, cum duabus vittis ligando sub axilla. Et in vulneribus brachiorum, oportet vt brachium cum mantili teneatur in pectore suspensum ad collum; excepto, quod in vulnere cubiti oportet vt brachiũ situetur secundum rectum, vt non disrumpatur vulnus, ligaturæ & sustentacula digitorum & totius manus fiant secundum ingeniosum arbitrium ipsius operantis. De mollificatione & duritie remanentibus in membris post curationem vulnerum istorum membrorum, ex propriis locis sumenda quæ de *paralysi, mollificatione, & scir-*
235 *rho* diximus. De vulnere quoque adiutorii plura dicuntur a Guilhelmo Saliceto, *lib. 2. cap. 9.* & de vulnere in humero & spatulis cum ense vel sagitta *cap. 8.* & de vulnere cubiti ense inflicto vel sagitta, *cap. 10.* & de vulnere in raleta manus facto ense vel sagitta, *cap. 11.* ad quæ loca citata, si libet, accede. Sed & nos antea *obs. 11.* huius libri exemplum posuimus de vulnere penes rasetam manus secundum transuersum inflicto, & *obs. 12.* de altero quodam in rasceta manus globo tormentario icto & vulnerato, & *obs. 17.* de quodam vulnerato in cubito brachii sinistri, vt totũ os cum suis neruis incisum esset, deinde metus ob dolorem de spasmo, *& obs. 35* de vulnere in manu per transuersum facto cum ense, tendonibus tum neruis transcisis. Nunc igitur ad vulnera thoracis veniamus, quorum etiam præter id exemplum, quod nunc posuimus obs. præcedente, antea plura alia dedimus, quemadmodum videre poteris, *obseruat. 14.* huius libri, *& 15. & obser. 3.* de pulmone vulnerato. Nihilominus tamen antequam curationem vulnerum thoracis, & partium eius explicemus, sequentem historiam adhuc addamus.

Prognostica. *Curatio.* *Ligatura humeri.*

OBSERVATIO XLVII.

De vulnere thoracis transeunte in pulmonem: in quo facta prædictione ipse vulneratus obiit.

RVSTICVS iuuenis, filius Iohannis Sauis, habitans prope Schagam pagum, trib. miliaribus ab vrbe Alcmaria, patria mea, distantem; iuuenis inquam aut adolescens adultior, floridæ ætatis, annorum octodecim, anno 1549. mense Septembri vulneratus fuit in parte anteriori ipsius thoracis, vulnere ad interiora penetrante. Vulneri autẽ medebatur M. Ludolphus ibidem chirurgus. Ad hunc & ipse quoque accitus, cum eundem reperissem valida tussi ac continua affectum, cum & maxima anhelitus difficultas adesset, & vt chirurgus ipse fatebatur sanguis spumosus ex vulnere fluxerat, ilico nobis suspicionem hæc præbuere, pulmonem ex ipsa doctrina Galeni, *1. de loc. affect. & cap. 10. lib. 3. tract. 1.* 236
de vulneribus thoracis, ex Guidone (vt mox in Scholiis latius dicemus) vulneratum esse. tum magis hoc palam factum est me præsente: nam cum chirurgus turundam seu tentam e vulnere traxisset, imperaui astantibus vt binæ vel tres candelæ accensæ vulneri admouerentur, ore tũ naribus ipsius vulnerati compressis, & anhelitu suppresso: eo modo flatus tum spiritus vehementior erumpens ex vulnere, omnes candelas extinxit. & quia aderat dolor etiam in lateribus, cum tussi continua, & anhelitus difficultate, patri vulnerati, tum amicis seorsim astantibus, vulnus lethale esse pronunciaui: interim tamen si nostram opem desiderarent, ad conseruandam vitam ipsam ad tempus, diligentiam nos adhibituros. Hic homines rudes ac mere rustici alteri medico, sed empirico tantum, mira apud ægrum iactanti (*qui tunc temporis Alcmariam venerat, mere circumforaneus*) fidem habuere. Interim ego, habito prognostico, quod æger moreretur, monebam amicos eius qui vulnus inflixerat, præstantius esse vt cum Domino Schagẽsi de vulnere inflicto concordiam inirent, tempestiuius, antequam æger succumberet: & ita equum ascendens, domum repetii. Ille vero Ludolpho etiam relicto, cum empirico pactũ inierunt: qui cum sanitatem pollicitus esset, potione eius vulneraria vix assumta a vulnerato, deinde post horam subito extinctus est, empirico nebulone cum maxima confusione sese clam subducente. At nos nostra prædictione magis apud rudes & imperitos innotuimus: quibus ego præstantius esse dixeram, vt eiusmodi nebulonibus non amplius fidem haberent.

SCHOLIA.

DE vulnere thoracis, Guido summopere miratur, parum, quantum ad membra continentia, tum Galenum tum Halyabbatem, tum Auicennam tractasse, quantum vero ad contenta, plurima dixisse. Alios quoque, *inquit*, qui post 237
illos scripsere, satis inuenimus discordes. Nam Rogerius, Rolandus, Iamerius, Brunus, Guilhelmus & Lanfrancus, videntur velle saltem in pene-

De vulneribus thoracis & partium eius.

prnetrantib. ea nullo modo stringenda aut claudenda esse, ne retineatur sanguis in ꝓfunditate eius, sed volũt, vt teneantur aperta cum liciniis, & tentis, & mundificentur cũ vnguentis & emplastris & lauamentis attractiuis. Et caussam dicunt, *quia*, inquientes, *si materia intus retineretur, recurreret ad cor, & ad alias particulas, & interficeretur infirmus.* Theodoricus vero & Henricus iubent, vt hæc vulnera omnino claudantur, & nullo modo permittunt imponi tentam, sed suturã opus esse aiunt, si vulnus pateat. Et quod ad confortandam naturam, iubent dari pigmentum cum pul. quod in vulneribus capitis dare consueuerunt. Rationem adducunt, *quod, nisi citissime clauderetur, calor vitalis per prædicta vulnera exhalaret, & frigiditas aeris confundens ipsum subintraret.* Nos vero excusando Galenum & eius sequaces, & concordando discordes in hac curatione, dicemus illud, quantum præsens negotium expostulat, quod euidenter apparet, a substantia res incipientes. Vulnera thoracia tam a parte anteriori quam ab aliis partibus, quandoque sunt extrinseca, & non penetrantia. quãdoque vero penetrantia intra spaciositatem: & quæ penetrant, quandoque sunt simplicia absq; vulnere mẽbrorum contentorum, quandoque membra, vt cor, pulmo, diaphragma, sunt vulnerata. Iam & in vtrisq; modo plus sanguinis ad interna fluxit, modo parum aut nihil. Et hæ sunt differentiæ a quibus sumuntur in talib. vulneribus indicationes curatiuæ.

Caussa. *Caussa* dictorum vulnerum, secundũ quod diximus in sermone vniuersali de caussis, sunt omnia illa, quæ apta nata sunt perforare & incidere, vt *sagitta, telum, ensis* & similia.

Signa & iudicia. Nunc ad signa & iudicia progrediamur. Gal. *lib. 5. method. cap. 7.* ita inquit: *Quæ autem sunt in pulmone, difficilius aliis vulneribus curãtur. Quidam tamen fatentur, ea non solum difficile*

Galenus. *posse curari, sed etiam incurabilia esse: quod affirmant cum ratione & experientia. Cum ratione, quoniam pulmo propter anhelitum eius, in motu semper exsistit: sed membrum cuius est curandũ vulnus, oportet quiescere & non moueri. Cũ experimẽto, eo quod nullus experimentator ũ aliquẽ ab hac*

238 *passione euasisse memoria prodidit. Sed ego dico, certũ nõ posse fieri in experimẽto: plures n. vidi subito nimia tussi cõmoueri, & hoc vel propter garrulitatẽ, vel propter casum ab alto loco,* aut *propter percussionem, qui tussiendo sanguinem eiecerunt,* aut *screauerunt: quidã vero ad modũ vnius cotalis, alii duorum, & nonnulli plures: aliqui etiam nihil doloris senserunt, alii vero in pectore dolorem habuerunt: hi tamẽ non subito, neq; multum sanguinem emiserunt, parum caloris habentem: e quib. apparebat, sanguinẽ ẽ remotis locis venisse. Sanguis vero sine dolore, subito & multus erũpens, nimiũ ruboris & coloris habens, nobis ostendit se non*

Rondeletius. *a remotis locis descendisse.* Hæc Galenus. Rondeletius vero *cap. 21. de dissoluta vnitate, lib. de dignoscendis morbis,* ita scribit: *Vulnus in thorace per se videtur: verũ an mẽbrana succingẽs costas læsa sit, inuestigãdũ, quare candelã ori vulneris oportet admouere. Quod si inspirãdo aerẽ reddat, candelãq; exstinguat, perforatã membranã esse necesse est, quod fit etiã vulneratis pulmonib. exspirãdo magis, quã inspirãdo. Quod si sputũ cruentũ statim apparuerit spumosũ & splendidũ, certe pulmones læsos affirmabimus: sed multo magis si vox pereat, aut cũ sono spiritus reddatur, & si inclinãs in vulnus æger loquatur, & in aliã partem obmutescat. Hæc omnia adiungere oportet ad distinctionẽ.*

Signa membrana succingentis costas vulnerata.

Guido. Sic etiã Guido: *Signum quod vulnus thoracis penetrat, est anhelitus per vulnus emissio, maxime quando os & nares infirmi clauduntur, quæ per candelam incensam, aut per lanam seu cotonem carpinatum, posita iuxta vulnus, demonstrantur: non enim cũ intromissio est ita secura probatio.*

Signa vulnerum thoracem penetrantium. Cordis. Signa cordis vulnerati, sunt sanguinis exeuntis (*vt etiã de signis vniuersalibus dictum est*) nigredo, extremorum frigiditas, sudoria superfluitas, syncope, & locus sub mammilla sinistra vulneratus.

Pulmonis vulnerati. Signa *vulnerati pulmonis* sunt, quod sanguis qui exit est rubicundus & spumosus, & æger calefit, & tussit, & pallescit locus circa latera. Illud autem quod dicit Galenus de exeundo multum & absq; dolore, intelligitur per os in rupta vena.

Signa diaphragmatis vulnerati. *Signa diaphragmatis vulnerati* sunt spissus & magnus anhelitus, tussis sonans & dolorosa, alienatio, sputum liuidum, sitis, cibi fastidium cum eructatione, rigor pungẽs, & locus iuxta falsas costas vulneratus.

Signa quod sanguis corrumpatur, & in saniem mutetur. Signa quod *sanguis descẽdat* infra, & corrumpatur, & in saniem conuertatur, iuxta aph. ipsius Hipp. *in Commento Galeni*: si ad ipsum ventrem sanguis effundatur præter naturam, necesse est putrefieri, sunt enim signa, *grauitas & pondus* laterum iuxta falsas costas, & sputum putri- 239
dum cum tussi multa, & incipit febrire. His accedit (*vt addit Innerius*) & anhelitus, qui exit per os, & vulnus fœtet intollerabiliter, & panni qui imponuntur sanguini coagulato & putrefacto, educuntur infecti.

Iudicia. Iudicatur de istis vulneribus, quod illa, quæ penetrãt a parte dorsi, sunt periculosiora quam a parte anteriori: propter venas & arterias & neruos & meri & tracheam arteriam, & ligamenta cordis, quæ huic parti magis vicina sunt, & cum hoc læsio nuchæ, quæ non exigua computatur. Iudicatur similiter & de istis vulneribus, quæ non penetrant, quod nõ habeant periculum. Alia iudicia tum caussæ requirantur in sermone vniuersali.

Curatio vulnerum non penetrantiũ thoracis interiora. Quantum ad curationẽ attinet eorum, quæ thoracem non penetrant, præter intentiones communes dictas nihil habent proprium, nisi ligaturã, quę quidem incarnatiua fit cum fascia longa, lata, incipiendo a parte opposita vulneris, ducendo, reuoluendo duo capita supra vulnus, instar crucis, & deinde ducendo & reuoluendo donec sufficiat. Et capita fasciæ in parte anteriori lõge a vulnere suãtur. Et, *vt ascit Henric.* annectatur fasciola vna q̃ transeat super humeros, & altera sub coxis. *Retentiuam medicamentum* facit Rogerius cum fascia lata, perforata in vno capite, & in altero incisa ita vt faciat intrare humerum per foramen: deinde circumuoluendo thoracẽ redit ad humerum, vbi inceperat: & brachii fasciæ incisæ ligentur in illo humero. Sed si possit fieri (*vt dicit*) sine incisione,

hic ratio vulneris & puris habenda, & postea ponitur tenta in tincta cum *melle rosato*, & desuper mundificatiuū prædictum. Et ab illo tēpore permittatur claudi & sanari vulnus antiquum. Hæc cura artificialis etiā probatur Galen. *5. Therap.* qui eandem sequutus est Romæ in empyemate thoracis, vbi necessaria erat apertio, & os costæ putrefactum abscindendum erat, iniiciebat autem melicratū, cum *pyulco* instrumento, quo pus attrahebat, vt simul quod residuum esset ex melicrato educeretur. Vbi aūt cognouerimus vlcus satis expurgatū, tūc a mundificantib. cessabimus, & vulnus ipsum claudemus. Idem probatur & Auicēnæ *3. canone de empyemate*, sic scribente: *Quando autem æstimaueris in pleuresi materiam plus vnam & non mundificatam in 40. diebus neque in punctionibus, tunc exspectanda sit phthisis, tunc necessarium est cauterium fieri cum cauterio minuto, quo perforetur pectus in loco saniei, vt exsiccetur materia, & extrahatur paulatim, & abluatur cum aqua mellis, & adiuuetur ad extractionem ad exteriora: cumque mundificata fuerit, perueniat ad consolidationem.* Et ipse Halyabbas suspectam habebat incisionem; & cauterium eligebat, ne in fistulam transiret incurabilem vlcus. Propterea semper prognosticis te munias, si ad tale opus accedas. Hæc dicta sufficiant de vulneribus pectoris: reliqua vide apud Theodoricum *lib. 2. cap. 16. de vulnere thoracis & pectoris ante vel retro facto, & cap. 17.* in quo & agit de vulnere dorsi a sagitta, penetrante vsque ad stomachum; & Guilhelmum *lib. 2. cap. 12.* de vulnere penetrante vel non penetrante pectus, facto ense vel sagitta. Pugionē infixit miles *(vt refert Amatus Centuria 2. curat. 85.)* militi ad humerum prope furculam: ad quem curandum aduenit chirurgus: qui cum pugionem extraheret, & sanguinem concretum videret, ac vulnus pectoris concauitatē attigisse contemplaretur, incisionē inter tertiam & quartam costam machinatus est, & docte sanguinem sanguis admodū concretus, per eam tandem denuo factam incisionē foras fuit extractus, & æger intra quadraginta dies sanitati restitutus fuit. Habes & aliā historiam apud eundem Amatum, *centur. 1. curat. 66.* de vulnere quodam inflicto in
244 quinta costa. Parisiis *(inquit)* miles Cornelii ense perfossus fuit: per transuersum vulnere inflicto, in pectore, ita vt quintā costam dextram, a spuriis cōputando, vulnus occupauerit, quod in sinistra quoque; ex directo respondebat. Huic sanguis illico ex basilica extractus fuit: & sequēti die illi bolum cassiæ propinauimus: ac sic nullū sensit superueniēs symptoma. Nec n. tussiuit, nec in febrē incidit; quæ duo signa attestantur, nullum internum viscus præcipuum læsum fuisse, per vtrumque; enim vulneris os linamentum digitalis longitudinis & crassitudinis cū debitis & necessariis medicamentis immittebatur. Nam cū locus neruis interseptus sit, medicamentis illius respectum habentibus vti necessum erat. Proinde digesti: uo dicto medicamento & crocus & lumbricorū oleum veluti & hypericonis ex abietino impositū miscebatur. Fuit aūt hic sanitati restitutus intra paucos dies, & a chirurgo Petro Camerino optime curatus. His adiunge & hāc historiam eiusdem Amati Lusitani *Centur. 4. curat. 37.* de vulnere inter costas mendosas illato. Filius Rocci, natus annos 11. a puero inter mendosas costas gladiolo vulneratus fuit, ad quem vocatus cum essem, per chirurgū præsentem tentatum specillo vulnus fuit, quod lōge penetrabat: tunc turunda albo oui excepta intromissa est, & desuper applicitæ stuppæ eodem albo oui intinctæ: in cuius circuitu oxycrato imbutus pannus lineus admonebatur; sed tunc illi basilica lateris eiusdem secta fuit, & sanguis ad ℥ iiij. extractus. Porro sequentib. diebus curato, vt decebat, vulnere, multum puris ex eo fluebat: & plus quam pro vulneris ratione decebat; qua de caussa vulneris ipsius oram secundum costarum incessum digiti longitudine aperiri feci; vnde vulnus penetrans non esse conspeximus: & tunc puris fluxus cessauit, adeo, vt breui vulnus cicatrice obductum fuerit, & puer a tanto malo liber ac immunis euaserit. Ebiberat autem antea puer ex manna pharmacum. Sed nos denuo, eo vnde digressi sumus, reuertamur.

OBSERVATIO XLVIII. 245

De vulnere cum ense facto, penetrante ventriculum, lethali.

VIR ille qui ad nosocomium vulneratus delatus est, cum vulnus ense illatum accepisset in parte circa ventriculum, adeo latum id vulnus fuit, vt stomachus ex vulnere propenderet. Theodorus eius Nosocomii Delphensis chirurgus, cum digitum in vulnus immitteret, sensit odorē ceruisiæ, & cum digito extraxit fragmenta panis nondum cocta. Suto autem vulnere ventriculum propendentem reposuit. Sed hic vitam ad viginti quatuor horas fere protrahens, mortuus est, vti chirurgus mihi narrauit eodem tempore cum hæc scriberem, anno scil. 1570. 13. die Octobris, cum pridie vulneratus æger vitam finiuisset. Huic poteris & illud exemplum annectere, quod obseruatione quarta de vulnere ventriculi quoque; lethifero in hoc libro annotauimus, de œnopola vulnerato.

SCHOLIA.

CVR vulnera effatu digna, tū vētriculi discissiones sint lethalia, *obs. 4. huius libri*, scilicet in Scholio ipso, diximus. Ceterum, vt refert Guilhelmus de Salyceto *lib. 2. cap. 14.* si locus iste vulneretur quocunque modo & quouis instrumento, si non penetret vulnus, non est dubium quin possit curari, modo medici errore ad apostema vel inflammationem aut alia accidentia non perueniat, nec ipse æger delinquat. Quod si sagitta inflictum sit vulnus, maxime in parte interiore e regione ipsius stomachi, cum locus iste careat osse, facile extrahitur, iis obseruatis quæ de extractione dicta sunt. Ea que extracta, subito impleatur locus cū tēta vel stuppis aut linamētis decentib. inuolutis in oleo rosaceo, vitello oui & croco, pro primo apparatu, vsque ad duos dies:

Guilhelm de Salyceto, de vulnere penetrante vel non penetrante in ore stomachi inflicto ense vel sagitta.

vel circa, donec sanies apparere incipiat; & hoc,
nisi fluxus sanguinis impedierit, alioqui & huic
resistendum, *vt proprio loco diximus.* Circa locum
245 vulneratum roborans defensiuum ex *bolo arm. ol.*
rof. myrto, aceto & *croco* mistis, aut *succo solani, por-*
tulaca, plantag. rof. aut *earundem aquis*, si succi ha-
beri non possint. Vulneri vero *faldella stuppata*,
infusæ prius in vino nigro styptico, & expressæ,
deinde inuolutæ in dicto medicamine, ex *vitello*
oui, oleo rof & *croco* apponantur; vel forte in dicto
defensiuo, loco affecto optime ligato. Postea in-
tra tum supra vulnus mundificatiuum aliquod
pone ex supradictis, ad tempus incarnandi & cō-
solidandi. Si vero non penetret, fueritque vul-
nus longum, latum & amplum, ita vt futura indi-
geat, coniunge partes, & dimitte extremum vul-
neris decliue apertum, vt sanies commodius ex-
purgetur: & super futura ponatur puluis conser-
uatiuus sæpius dictus, & circa vulnus defensiuum
vtante. Vulneri vero, tū eius labris mundificati-
uū imponatur. Deinde incarnetur tēpore cōsue-
to, eo tēpore nō omittendo lotionē vulneris cum
vino decoct. *gallarū, nucū cypress. corticū granat.* &
similium cū vino styptico solo calido. De phle-
botomia, ventris lenitione, scarificatione, victu,
tum aliis, ita agendum, vt sermone vniuersali di-
ctum est, quod & de omnibus vulneribus iam su-
pradictis intelligi volumus. Si vulnus vsque ad
substantiam stomachi penetrauerit, extracta sa-
gitta, si inhæreat, procede cum anodynis, *vitello*
oui, croco & oleo rof. & defensiuo ex *bol. arm. myrto,*
oleo rof. aceto, croco, adiectis aromaticis stypticis, vt
spica, mastiche; vsque ad doloris sedationem, aut
saniei generationem, deinde eum mundificati-
uo incarnatiuo superius dicto. Sed intra vulnus
tentam non ponas, ne ad os stomachi penetret,
aut eius substantiam, sed tantummodo ipsam li-
nitam mundificatiuo poue penetrantem tantum
vsque ad superficiem vulneris, & non vltra, ne ob
dolorem & sensibilitatem ipsius oris ventriculi
(*quia pars neruosa est*) syncope subsequatur, & id-
eo non congreges multam saniem. Quare tua
intentio erit potissimum incarnare post x. vel xv.
dies (*forte post* vi. *aut* vii.) quia non indige: forti
vel longa mundificatione. Nam ex incarnatio-
ne tali, natura incipit locum neruosum congluti-
nare, mediante poro sarcoide & ligamento: & i-
sto modo tractetur vulnus, si curationem recipe-
re potest. Dum fit incarnatio, bibat aquam *decoct.*
thuris, masticis, tragacanth. gummi arab. myrrha. si
potest, aut vinum nigrum stypticum, cum dicta
aqua aut alia lymphatum; calide in hyeme, frigide
in æstate. Hic potus incarnat & roborat stoma-
246 chum, sed caueat a vino vsq; ad vi. vel vii. diem,
si febris non adsit. Interim diligenter animad-
uerte numquid post extractionem sagittæ, ensis
aut alterius rei penetrantis ex stomacho eiecerit
vulneratus sanguinem cum sputo & vomitu, si-
gnum est vulnus ad interna stomachi penetrasse:
& tunc iudica vulnus mortale esse, propter con-
sensum cum cerebro, dolore, & spasmo, ob sub-
stantiam nerueam non recipientem consolida-

Signa letbaba in vulnere stomachi penetrante.

tionem, & quia vētriculi munus toti corpori ne-
cessarium destruitur, sine quo stare vita non po-
test. Si autem non venerit vulnus vsque ad medi-
um oris stomachi vel ventriculi, vel interna non
penetrauerit, quod scies, quia per sputum cum sa-
liua non emittat sanguinem, nec cum vomitu,
tunc certe minoris periculi & lenioris curationis
exsistit. *Curetur* ergo vt dictum est de vulnere
penetrante, euitando ne tenta frangat os ventri-
culi vel ventriculum ipsum, imo non penetret
nisi carnem & pellem super ore stomachi, vsque
ad ipsum os, aliquo modo non tangēdo, ob caus-
sam dictam, & incarnetur hic locus tam velociter
quam poteris, quia hoc melius ac vtilius est: nam
& vidi quendam (*inquit idem Guilhelmus de Sals-*
ceto) Pedemontanum quendam vulneratum in
illo loco cum sagitta magna, penetrante ad poste-
riora, qui (*vt mihi plures retulerunt*) solius vini ab-
lutione assidua curatus fuit, & postea diu vixit.
Sed ego eum non curaui, quamuis credibile est,
nec negandum stante in vita regimine naturali.
Hucquoque spectant vulnera alia ipsius ventris,
tum partium eius, quorum multa exempla alias
posuimus, & potissimum egregium illud exem-
plum de vulnere abdominis, per quod omentum
elapsum erat, & ab imperito chirurgo abscissum:
& tamen is præter spem a nobis curatus fuit, cu-
ius historiam posuimus *lib. 21. obser. & curat. me-*
dic. nostrarum obs. 3. in cuius Scholiis plurima de
huiusmodi vulnerib. diximus. Cui & adiungere
poteris & illud exemplum, quod retulimus in *hoc*
lib. obs. 6. de vulnere ventris ad interiora penetrante.
Ceterum quod ad præsens negotiū attinet, cum
in ventre sint duæ partes, vt ex anatomia cōstat,
continentes videlicet & contentæ, ita & vulnera
quandoque fiunt in parte continente, quando-
que in contentis. Vulnera ergo ventris quando-
que sunt extra, non penetrantia ad interiora,
quandoque vero ad interiora penetrant: & quæ
penetrant ad interiora, quandoq; sunt talia, quod
nihil procidit de membris interioribus, quando-
que vero elabitur & procidit zirbus seu omētum,
aut intestina, aut quædam alia. Quæ vero fiunt in 247
membris contentis, quandoque quidem fiunt in
zirbo, quandoque in intestinis, quandoq; in sto-
macho, & sic consequenter, nam possunt & fieri
in hepate, liene, renibus, vesica, & vtero, de qui-
bus etiam diximus antea cum *de vniuersali iudicio*
vulnerum ageremus, & etiam horum exempla po-
suimus, vt lienis, hepatis & renis. Et hæ potissi-
mum supradictæ sunt differentię, a quibus sumū-
tur indicia. *Caussæ* istorum vulnerum sunt, vt a-
liorum, nempe *ensis, lancea, sagitta & culter men-*
sarius aut incisorius (*vt apud nostros rusticos, barba-*
ros & nebulones fere fieri assoles) & omne illud quod
aptum natum est incidere, & perforare. *Signum*
quod vulnus ventris non penetret, habetur per
visum & probam, & quando inde nihil exit. *Si-*
gnum autem quod penetrat, habetur ex proba,
cum intrat profunde, & quando exit zirbus seu
omentum, intestinum, aut aliquod membrum,
Signum quod extra procidat zyrbus, & est altera-
tus,

De vulneribus ventris & partium eius.

Zirbus, id est quod omentum.

Caussa.

Signa & indicia.

tus, quia videtur substantia eius seposa (*vt dicit Guido tract. 3. doct. 2. de vul. cap. 6. de vulneribus ventris & partium eius*) & venis repleta, & videtur liuidum & nigrum. *Signum quod* intestina sunt vulnerata, est exitus stercoris per ipsa. *Signum* subtilium vel crassorum, ex loco affecto etiam innotescit. Nam supra vmbilicum sunt subtilia, subtus vero crassa. *Signum* vero quod stomachus est vulneratus, est exitus chyli ab ipso, & locus a parte anteriori circa mucronatam cartilaginem. Hepatis autem, locus dexter, & exitus sanguinis. Splenis, exitus fœculentiæ, & locus sinister. Renum, exitus sanguinis aquosi, & regio ipsorum. Iudicatur a Galeno *6. Therap.* periculosiora esse ac difficiliora vulnera & suitiones circa medium ventris, quam circa latera, eo quod illæ partes propter musculos sunt tractabiliores, & intestinorum educibiliores, quam reliquæ. Iudicatur etiam, quod nisi cito reducantur, intestina inflantur, ventosantur ab aeris frigiditate, & postea cum difficultate reducuntur. Sic & Hippocrates *sexto Aphorismorum*, nisi cito occurratur egressioni epiploi siue omenti, id est, zyrbi, citissime alteratur & corrumpitur: quare & incidunt ex eo quod denudatum est & alteratum, vel inurunt. At medici dicunt id quidem verum esse vt plurimum, non semper, *vt Galenus in Commento annotauit*, refert *& Gal. 6. Therap.* crassiora intestina sanabilia esse, difficilia vero subtilia, & omnino ieiunum insanabile esse, ob multitudinem
148 & magnitudinem vasorum, & subtilitatem, & neruositatem tunicæ, deinde quod bilem synceram hoc intestinum suscipiat, & hepati propinquius sit ceteris. *Præterea* inferiora stomachi oportet aggredi, neque curationem omnino abiicere, quum medicamenta in loco eo adhærere possint. at in ore ventriculi in transitu solo patientes tangit partes: & cum hoc, vt paulo ante diximus, sensibilitas ipsius curationi repugnat, reliqua vero indicia, signa ac causæ, dicta sunt in sermone vniuersali. Quod ad *curationem* attinet,

Curatio.

Vulnera ventris quæ interius non penetrant, nihil habent proprium nisi ligaturam superius in pectore dictam. curantur enim vt vulnera carnosa, cum sutura, & indigent aliis auxiliis incarnatiuis. Illa autem quæ penetrant, a quibus nihil membrorum procidit, neque aliquod ipsorum fuerit vulneratum, eodem modo curantur, nisi quod

Sutura ventris.

suturam habent propriam. Hæc autem a diuersis diuersimode præscribitur. quidam, *vt præcipit & Galenus*, taliter suere iubent, vt siphac vniatur cum mirach, hoc est peritonæũ cum abdomine: nam cum peritonæum sit sine carne, & exangue, & neruosum, consolidari non potest conuenienter: quin etiam propter carnis abdominis laxitatem sequeretur ruptura. Et fit quod in primo puncto acus ingrediendo per vnum labium non tangat siphac: & post ab infra, pungendo alterum

Mirach idẽ quod abdomen.

labium, penetret per ipsum, & per totum *mirach*, & supra vulnus fiat nodus: in sequenti puncto acus ingrediendo per vnum labium penetret totum myrach, id est abdomen, & *siphac*, id est, peritonæum: & regrediendo per alterum labium, dimittat *siphac* & penetret *mirach*, & exterius fiat nodus. Et ita per alia puncta procedatur quousque totum sit sutum sufficienter. Alium autem modum assignat Galenus & Albucasis, cum assimit, & est communis modus leuior, sed non securior: & est quod omnes quatuor margines duorum labiorũ insimul suantur cum vno puncto & nodo, & fiant tot puncta quot erunt necessaria. *Tertium* modum ponit Albucasis idem, cum acubus pungendo, *vt dictum est*: & dimittendo acus, voluatur filum super eas, vt faciunt mulieres in manicis, secundũ quod fuit dictum superius de sutura, sermone communi: ad quam recurre pro hac sutura. *Quartus* modus est Lanfranci, & eam suscepit Henricus: & est quod figatur acus cum filo a parte exteriori in vno labio, & perforetur totũ mirach & siphac, deinde a parte interna in altero labio, veniẽdo extra, perforetur etiã siphac & mirarh. Deinde per spaciũ mi- 249
noris digiti a primo pũcto, eadem acu, cũ eodem filo non inciso nec nodato, facias secundum pũctum: ita & in labio quod fuit vltimo perforatum figatur acus ab exteriori ad interiora: deinde in altero labio figatur ab intra ad extra siphac & mirach semper comprehendendo: & tunc prope acum inuenies extremitatem fili, quam prius exterus dimisisti, tunc nectentur duo capita fili simul in duobus punctis, & fiet vnicus nodus in latere, quia sic nunquam transibit filum supra labia vulneris, sed in lateribus solum apparebit. Facta sutura ponantur alia auxilia, & ligetur vulnus. *Ligatura* eadem fiat quæ de pectore dicta est. Hic n. conueniens est ratio quæ de pectore dicta fuit,

Siphac, seu peritonæũ.

Ligatura.

nempe in vulnere vẽtris penetrante, in quo particulæ interiores vulnerantur & non exeunt. Si vulnus ventris est sufficiens, aut non sufficiens, id cum instrumento proprio, quod dicetur postea, amplietur caute, & extrahatur, & si sutura indigent, quæ eis vtilis erit, velut est fundus stomachi & crassa intestina, suantur sutura pellionum, & non cum capitibus formicarum, quam posuerunt quidam experimentatores, teste Albucasi. Nam tædiosa est & inutilis, vt experientia constat. Nonnulli autem, *Rogerius. Iamerius, Theodoricus*, infra intestinum ad custodiendum ne feces putrefaciant suturam, imponunt cannulam sambuci. Alii vero, *vt Gulhelmus narrat*, ponunt partem intestini alicuius animalis, aut partem tracheæ arteriæ, vt dicunt quatuor magistri, quod Guidoni non videtur rationabile, eo quod natura intenta ad alienorum expulsionem, expellit, & remouet illa de sutura, & ita perit finis pro quo talia applicantur, & pro meo iudicio (inquit Guido) melius est, vt suto intestino, vt dictum est, & ipso a sordibus mundato, ponatur super suturam puluis conseruatiuus suturarum, & reducantur intra ventrem per modum qui dicetur. Si vero zirbus exierit, & denigratus & corruptus fuerit, laqueo, *vt dicit Galenus*, comprehendantur partes denigratæ, & abscindatur pars quæ post laqueum in inferiori

De vulnere ventris penetrante, in quo particulæ interiores vulnerantur & non exeunt.

Vide Theodoricum de vulnere ventris lib. 2. cap 18 & de vulnere intestini c. 19.

Si zirbus exierit.

fine suitionis ventris, dimittendo capita laquei extra, ut possit exire vulnere suspirato. Facta sutura, vel in Zirbo ligatura infra ventrem, reducantur, vt dicetur: & incontinenti vulnus ventris, vt dictum est, suatur, & nullo modo apertum teneatur vsque ad membrorum interiorum sanationem, vt præcipiebat Iamerius & Rogerius.
250 Et in hoc sequutus est eos Lanfrancus. Et ratio est, quia nihil magis offendit membra interiora & calorem naturalem, quam contactus aeris a natura non alterati. Ex hoc enim incurrunt illud accidens perniciosum de dolore, & torsionibus intestinorũ, ex quibus subsequi potest spasmus, & deinde mors: & præterea, vulnus apertum, quod necessario fuit magnum ad operationem, præparat intestina continue ad exitũ, quod est insigne nocumentum & periculosum. Et talis fit apparatus exterius. Intra vero dentur ea quæ dicit Auicenna, vt centaurea, terra sigill. tum alia dicta de vul. intrinsecis pectoris, & cauda equina, quæ & Galeno probatur vnice ad vesicæ & intestinorum vulnera, *6. de simplicibus*, enemata quoque cum vino austero, *vt 6. Therap. præcepit*. Et diæta per septem dies sit tenuis, & talis quæ non procreet feces neque superfluitates putrefactiuas, sed potius consolidantes. Hinc quatuor illi Doctores hoc pulmentum commendant: ℞. *furfur triticeum, & ponatur per horam in aqua calida*, & præstantior est *pluuialis*: deinde coletur & addatur pul. *amyli, tragacanth. gummi arab. sang. drac. consolid. maioris, pilorum leporis*, singulis diebus ter vel quater exhibeatur, & si virtus est debilis, *ius gallinæ*, in quo ponatur gummi tragac. arab. quæ saporem horribilem nõ inferunt. Guilhelmus quoque commendat *aquam decoct. thuris & mastichis in hoc casu*. In vulnere ventris penetrante, a quo procedunt intestina, aut aliæ particulæ non vulneratæ, aut vulneratæ, sutæ vel ligatæ, *vt dictum est*, Galeno & Auicennæ quatuor sunt intentiones. *Primo*, vt in proprium locum reponantur: *secundo*, vt vulnus suatur: *tertio*, vt pharmacum apponatur: quarto, prouidendum vt non patiatur quis interiorum tumorem, neq; dolorem. *Prima* intentio completur, si vulnus est satis magnum, vt naribus suauiter pressis introducantur, aut per brachia & pedes eleuando concutiatur, & sic, *vt dixit Rogerius*, reducentur. Si hoc modo non possint introduci, vel quia inflata sunt, vel vulnus nimis strictum & angustum est, tunc oportet aut ventositatem, *teste Galeno*, resoluere vel expellere, aut vulnus maius efficere. Præstat autem prius fotu vti, spongiam mollem in aquam calidam ponendo, & cum ea intestina calefacere & ita præparata cum vino styptico, ad roborationem, fouere. Alii, *vt Rogerius & Theodoricus*, domestica aut cortalia animalia per medium incisa, quanto calidius possunt, intestino applicant, idque toties quousque sint calefacta, & ventositas resoluta, vt regredi possint.
251 Halyabbas autem præcipit, vt per extremitates in balneo suspendatur vulneratus, & concutiatur, aut intestina cum *oleo violaceo* vel *axungia* porci calida, vt dicit Iamerius, inungantur, & ita regredientur intestina. Si neq; his iuuetur, & remaneat intestinum inflatum, præcipit Galenus, tum reliqui, vt ampliato vulnere ventris tandem id quod prociderit reducatur. Tales incisiones fiũt per sphingotomata bicipitia curua & obtusa retro, & secundum finem, & non acuta, quorum formam describit Albucasis. Figura vero idonea laborant versus inferius quidem deorsum, supra dorsum vero in vulneratum locum, vna vero sit in vtrisq; intentio, vt non grauetur ab aliis intestinis id quod procidit. *Secunda* vero *intentio* cõpletur, quod per idoneum ministrum extrorsum cum manibus pellendo comprehẽdatur tota plaga, & discoperiendo successiue certitudinaliter (*sic enim ait Guido*) per medium totum vulnus suatur. Qualis autem esse debeat modus suitionis ventris, dictum est superius. *Tertia* perficitur secundum Galenum cum pharmacis sanguinolentis nominatis, quæ & in aliis particulis consolidare vulnera per præcedentia monstrauimus & supra, qualis est pul. sutura rum conseruatiuus, & *stuppa cum vino*, & *emplastra* & alia auxilia incarnatiua. Ligatio vero exterior in his est magis necessaria, quam ligaturam diximus ex pectore debere sumi. *Quarta* vero pars curationis non modicum ab ea quæ aliorum est, differt. Oportet enim oleo calido commensurare lanam mollem, & infundere totam in circuitu, & comprehendere quod est inter bubones & axillas. Melius autẽ est per clysterẽ immittere in intestina aliquod tale. Auicenna vero *3. can. de cura hydropis ascitis per incisionem*, ita inquit: *Et fortasse incisioni succedunt dolor & punctura, quare oportet vt administretur affusio olei anethini, chamæmill super puncturam & locum incisionis. & ponantur emplastra ex fœnugr. sem. lini, althææ, & similibus.* Nonnulli vero, vt Henricus, ad eiusmodi torsiones pungentes & perforantes intolerabilesq; vinum cum Sale bulliunt, quibus addunt furfuris tantum vt inspissetur, & ponunt in sacculo qui omnes partes dolorosas cõprehendat, calidumq; quantum tolerare possunt supra imponunt, deinde & ligaturam applicant: & cum infrigidatur, aliũ apponunt, idque toties renouãdo, donec torsiones & dolores sedẽtur. De materia, si quã remaneret infra ven-
tris spatiositatem, quæ non possit exire propter 252
suturam, non est multum curandum: quia non potest esse multa, cũ particulæ illæ non sint multum sanguinolentæ, & *vt dixit Guilhelmus*, natura eam resoluet, aut ad inguina delegabit, & ibi curetur vt alia apostemata seu abscessus, vt in hoc loco curari cõsueuerunt. *De vulneribus quæ fiunt in dorso*, eodem modo curentur, vt dictum fuit de spondylibus & nucha superius in collo. *De vulneribus hepatis, splenis, renis, vesicæ*, si substantia eorum sit læsa, dicit Lanfrancus *tract. 2. cap. 8. cum* sint insanabilia, vtrum medicus accitus curationem tentare debeat, necne: dicit, si fuerit in suamet patria, & optimæ famæ, & habeatur apud omnes expertus, prognostico præmisso curationem suscipiet, prius tamen agro de omnibus suis

rebus

Lanfrancus tract. 2. cap. VII. de vulneribus meri, stomachi, intestinorũ & ventris.

Guilhelmus de Saliceto lib. 2. cap. 15 de vulnere ventris & intestinorum.

De vulneribus quæ fiũt in dorso e regione vẽtris.

De vulneribus hepatis, lienis, renis, vesicæ, vteri, testiculorum, virgæ.

rebus tamquam morituro disponẽte. Sed si fuerit medicus in aliena regione, præstat vt tales non suscipiat curandos, ne incurrat ignominiam. Id ipsum & *capite 9. de vulneribus virgæ, testiculorum & vteri*, dicit, quod in locis istis omnia vulnera sunt valde verenda, ob eorum subtilem compositionem & eorum nobilem actionem & necessariam. Vide autem apud Gulhelmum de Saliceto egregiam historiam de quodam vulnerato in intestinis, & sanato, *lib. 2. cap. 15. de vulnere in ventre*, idem dicit & in eodem capite sub finem.

Curatio vulneris hepatis.

Si vero a vulnere huius loci exiuerit hepar secundum partem, & sit vulneratum in substantia intrinseca, & spissitudine eius, certe non reciperet curam: sed si circa aliquas minutas eius partes ac subtiles foret factum vulnus aliquod exiguum, posset æger tunc liberari, *vt ostendimus obs. 2. huius libri*, de nepote Magistri Iustiniani Fantini vulnerato in hepate. In primo autem casu non curantur, tum propter fluxum superfluum sanguinis consequentem tale vulnus, tum propter necessitatem suæ operationis & propter totum corpus, sed in secundo casu curari possunt.

Curatio vulneris lienis.

Ita & de liene sentiendum: quamuis eius vulnera non ita periculosa sint, vt hepatis, sed vbi particula tantum læsæ sit exigua, curari potest, vt constat de milite illo in splene vulnerato, cuius historiam & curationem 5. obs. huius libri diximus. Statim ergo cum apparet hepar aut splen, intromittatur subito, quia vulnera ista non indigent operatione manuali, nisi reductione ad locum suum, & postea fiat sutura siphac & carnis & pellis exteriorum simul, sutura vnica, vt dixi, ita vt vulnera istorum membrorum dimittantur, & cõmittantur percuranda naturæ, aut mortalia iudicentur.

253 Et quum suturam feceris, superpone ei puluerem cõseruatiuum supradictum, & circa vulnus defensiuũ. Et super vulnere toto ponatur mundificatiuum & incarnatiuũ sequens emplastrum: *℞. thuris ℥ j. mastich. sang. drac. mummia ana ʒ ij. mellis ros. colati ℥ ß. terebinth. ʒ ij. farinæ hordei q. s.* ad inspissandum: fiat emplastrum. Post hæc ponantur incarnatiua sola & pura, & victus sit vt in vulneribus intestinorum, & in omnibus istis vulneribus ventris præ ceteris necessaria est ventris lenitio cum glandibus vel clysteribus.

Si vulnus sit in inguine.

Si vulnus sit in inguine, vel ab ense, aut sagitta. Si a sagitta, emollias locũ cum oleo ros. gallinæ pingued. etc. co, & dilatando vulnus cum rasorio, si expedit, & extrahatur sagitta suauiter. Et si sit fluxus sanguinis, huic primo apparatu intende. Si non, procede cum mundificatiuo & doloris sedatiuo sæpius dicto ex *vitello oui, oleo ros. croco*, vsque ad tres vel quatuor dies, donec saniem emittat, deinde mundifica, incarna, & consolida: & reliqua de phlebot. ventris lenitione, diæta, dictis de curatione communi vulnerum obseruato. Præterea hic duo animaduertenda: nempe, num vesica sit læsa, nec ne: deinde vtrum siphac sustinens intestina descendat ad bursam testium, & num sit fractum, aut non: nam si inguina aut virga aut testiculorum bursa fuerint vulnerata, aut aliqua alia membra adiacentia, tunc considera vtrũ vulnera talia indigeant cõductura partium, an non: & si egeant, tunc conducas partes secundum regulas assignatas apud eundem Guilhelmum de Saliceto *cap. de vulnere in collo, gula & aliis*. Si autem non indigeant ea, tunc cura locũ & vulnus, mollificando, dolorem sedando, mundificando, incarnandu & consolidando, vt *supra diximus*. Si tamen vulnus fit in virga virili, secundum Lanfrancum loco superius citato, fiat in virga virili secundũ membri longitudinem, aut secundum transuersum, & tamen in modica quãtitate, cum suturis & pulueribus, & cum magna cautela defensiuorum, phlebotomia, & in diæta tenui curam adhibeas diligentem. Si vero virgam totaliter ex transuerso acciderit amputari, tunc vulnus esset maxime periculosum, propter ipsius venarũ & arteriarum multitudinem, & neruorum: aliquando namque prius æger moritur, quam fluxus sanguinis restringatur: tamen in hoc intende casu dolorem mitigare cum *oleo rosac. calido* inunctione circa pectinem & perineon: & cũ cauterio candentis ferri totum cauteriza vulnus, &
sanguinis fluxus constringatur. Vulnera quoq; 254

De vulneribus testiculorum.

quæ fiunt in testiculis, cito corrumpunt testiculos, vel auferunt omnino: quare licet homo ex talibus vulneribus raro sit in mortis periculo, si modo error in curando non fiat, tamen generatio per hoc amittitur, quæ propter conseruationem necessaria est speciei. Cura tamen illorum locorum a curis aliorum vulnerum non differt.

De vulneribus matricis.

Matricis corpus si telo vel gladio accideret vulnerari, vulnus esset omnino mortale. Sed si in collo eius vulnus fieri accideret, propter aliquam rem duram intrantem vulnerantem, bene curatur, dum est recens, cum vng. Rhas. alb. decetussa, distemperato cum succo arnoglossæ. Sed si vulnus ibi acciderit antiquũ, tunc indigẽt mundificatione, cum iniectione seri capriui, vel aquæ hordei, & cum iniectione medicaminis nominati.

De vulnere vesicæ.

Si autem vesica (*inquit Gulhelmus loco citato*) vulnerata vel læsa fuerit, quod scies per exitum vrinæ a vulnere, tunc infallibiliter dicas vulnus lethale, tum propter neruosam substantiam vesicæ, & per consequens difficilem incarnationem, tum propter continuam vrinæ residentiam in ipsa, corrodentis substantiam vesicæ, & per consequens addentis in dilatatione vulneris. Ex quibus omnibus non recipit vesica soluta consolidationem, *vt dixi*. Sed licet istud sit scientificum & rationi consonum, tamen non est desistendum ab operatione rationabili. Omnibus ergo neruis in principio intende incarnationi vulneris vesicæ, & in defensiuo circa vulnus, ne locus apostemetur. Ego autem vsus sum interdum hoc incarnatiuo super vulnere isto. *℞. mellis ros. colat. lib. ß. thuris, mastich. tragac. gũmi arab. mummia, myrrha ana ʒ ij. misc.* & vtere, vt dixi, in modũ emplastri super vulnere: nec supra ipsum ponas oleũ aliquod, quia cuiuscunq; generis sit, impedit vesicam vulneratam, ne possit consolidari, quocunq; tempore ponatur tale oleum. Incar-

extracta, *vt dictum est cap. de vulnere in capite*, imple vulnus totum cum linamentis Infusis in *oleo rosaceo cum croco*, calidis, pro primo apparatu, vsque ad tres dies, quum sanies incipiat generari, nisi sanguinis fluxus impediat hora dilatationis & extractionis, tunc huic intende, & loca vicina inunge cum *bolo arm. oleo rosaceo, succo solatri, plantag. semperuiui*, mistis cum modico croco, & super vulnus totum pone medicamen ex *vitello oui, oleo ros. croco mistis*, & calidis, ad tres dies, donec sanies incipiat apparere, tunc adhibe hoc mundificatiuum, cum turunda vel tenta in vulnere ponendo: ℞. *mellis ros. colati lib. ß. far. faenugraeci, lini, flor. chamomill. puluerisatorum optime ana ℥j. far. hordei far. lupinor. ana ℥ ß. olei chamomill. anethini ana ℥iij.* misc. cum vino sufficienti, & vtere: mundificat, dolorem sedat, & in hoc casu vtile habetur: nam hic tota intentio versatur circa doloris mitigationem, & praecautionem inflammationis aut apostematis; nam ab his duobus tantum metus est, de victus ratione nihil immutandum ab iis, quae in communi sermone diximus. Si autem fiat vulnus in istis locis cum ense vel similibus, & indigeat sutura, fu-

Guilhelmus de Salyceto lib. 2. cap. 17 de vulnere ancha cum ense vel sagitta.

258 stur vt de collo & gula dictum est, non negligendo phlebotomiam, ventris lenitionem, tum alia saepius dicta. At vulnera ancharum quaedam sunt in partib. continentib. quaedam in contentis. Quae autem sunt in partibus continentib. eundem modum habent curandi, quem ventris superioris vulnera: quae vero sunt in contentis, vt sunt vesica, aut matrix, nihil habent proprium a vulnere contentorum in ventre, nisi signa & indicia, de quibus nunc diximus. Sed de his tum alias Scholio praecedente satis dictum est. Nunc ad vulnera *quae in coxa* contingunt siue ense siue sagitta, venimus. Dicit Guilhelm. de Salyceto *lib. 2. cap 18.* Quum vulneratur coxa, tunc tale vulnus non infligitur sine periculo, ob musculum vel lacertum magnum ibi existentem, a quo separantur chordae venientes inferius ad modum cruris & pedis; ad cuius musculi compositionem etiam veniunt plures nerui a cerebro, qui inferunt per consensum condolentiam & dolorem in loco vulnerato, & in cerebro, subinde & spasmum; hinc & cita ac aliquoties subita mors: iam quoque ex venis & arteriis magnis incisis ingens fluxus sanguinis oboritur, qui difficulter constringitur, adeo vt & mors subsequatur: vnde & haec sunt iudicanda tamquam vulnera ex necessitate aliquando lethalia. Fit itaque vulnus in coxa, *vt alibi*, secundum latum, longum, & transuersum, modo paruum, strictum, profundum, modo in superficie. Si ergo fuerit magnum secundum longitudinem, & latitudinem, vel profunditatem, partes coniunge cum sutura decenti, vt de collo dictum est; & superpone suturae puluerem conseruatiuum, orificium vulneris dimittendo in loco decliuiori, vt sanies commode mundificetur, turundis intinctis in *vitello oui, oleo ros. croco* calidis infusis, & super toto vulnere linamentis impositis vsque ad tres dies, donec sanies incipiat generari: &

Guido de vulneribus ancharum partic. eius, tract. 4, doct. 2. cap. 7.

De vulnere in coxa cum ense & sagitta.

circumcirca apposito defensiuo saepius dicto: deinde liga, mundifica, & incarna, vt nosti: non omittendo phlebotomiam, ventosas, purgationes, diaetam, tum alia in communi sermone dicta. Si vero tale vulnus secundum latum vel longum, profundum fuerit, considera, num eius musculi, lacerti & nerui magni sint incisi secundum totum vel partem, & num vena vel arteria sit incisa, ex qua enormis fluxus consequatur. Si neruus incisus fuerit secundum totum vel partem, subito coniungas partes cum sutura sibi inceratis, suendo prius vna sutura partes nerui incisas simul, quia sit ex 259
ea melior membri continuatio, & magis decens, ac magis cita incarnatio & curatio, per naturam & artem medicam, *vt ab eodem Guilhelmo de Salyceto disputatum fuit de vulneribus*: postea suito partes carnis & pellis super neruo existentium, solutas, nisi sanguinis fluxus impediat: cui inprimis resistito restrictiuis, *vt proprio capite dictum est*: & dimitte sic locum ligatum vsque in sequentem diem, vel paulo plus, donec securus sis de eius constrictione. (*Si arteria est incisa, & constringi non potest, sit vstio cum ferro candenti, vt in iuuene illo Delphensi, qui seipsum in coxa lacerat, fecimus*) postea dissolue leniter, & redeas ad futuram praedictam, futurae superponendo pul. *conseruat.* & *defensiuum* circa vulnus dictum: & in vulneris orificio, quod reliquisti apertum, impone vitellum oui cum *oleo ros. & croco modico*, vsque ad tres dies vel circa, donec sanies incipiat generari, deinde mundificetur, incarnetur, & consolidetur, vt nosti. Si autem tale vulnus fuerit strictum & profundum, seu strictum & non profundum, & a tali vulnere sanguis vltra debitum fluat, subito constringe, & locum circa vulnus defende cum defensiuo saepius dicto, & ne inflammetur aut apostemetur. Sed in his tum in aliis locis neruosis non ponas tentam longam penetrantem ad profundum vulneris, & laedentem neruum, sed pone in orificio vulneris, ne claudatur, quia ob tactum nerui, vel eiusdem fricationem, ob sensibilitatem loci, dolor accederet & confluxus humorum, ac demum inflammatio, spasmus, & postea mors. Igitur loco tentae imponatur *oleum rosaceum calidum*, cum *modico croco*: hoc enim sua oleagineitate & humiditate multa replendo dilatat vulnus, & dolorem mitigat, & ratione rosarum roborat & defendit membrum ne apostemet. In ore autem vulneris stricto, & circa superficiem eius sine profundatione aliqua facta sanguinis constrictione supradicta, ponatur tenta curta & crassa in *vitello oui* infusa, *oleo ros. & croco calidis*, & desuper faldella stuppea in dicto me dicamine inuoluta vsq; ad tres dies vel circa, donec suppuret vel saniet locus. Post hoc eodem modo cum tenta simili & faldella stuppea intinctis in mundificatiuo ex *mell. ros. colat. farina hord. myrrha, & modico croco*, prius locum mundifica, & continua vsq; ad aliquot dies, donec sis securus ab apostemate. Postea vero mundifica secundum modum supra-

dictũ cum mundificatiuo paulo fortiori ex *mel-*
260 *le rof. tereb. sarcocolla, myrrha, & far. lupinorum aut ullius generis,* aut, si expediat, cum *vng. apostol.* vel *viridi,* quæ vehementiora existunt. Deinde incarna, consolida, vt nosti. Si vero parum sanguinis a vulnere profluxerit, cuiuscunq; generis vulnus fuerit, modo sit notabilis læsionis, fiat phlebot. in brachio vel manu ex loco opposito e directo: & scarificatio fiat in natibus, si omnia consentiant: & venter arte vel natura respondeat: victusque ratio, *vt sæpius dictum est,* inclinet ad frigiditatem, & subtilitatem, pro ætatis ratione, vti idem Guilhelmus dixit de vulnere in pectore, dorso, & femore. Nunc ad vulnus in genu accedamus. Hæc (*eodem admonente*) valde sunt metuenda & lethalia, maxime si vulnus subtus fiat in parte concauitatis illius, quæ reperitur in anteriori parte genu sub rotula, vt sunt illa in vltimo focilis minoris & maioris, nam ibi continuantur & coniunguntur nerui multi effatu digni, & nobiles, venientes a cerebro & nucha: hinc fit dolor intolerabilis subito, & subsequitur spasmus, & quandoque mors, aut sequitur ex vehementissimo illo dolore debilitas tanta infirmi & loci illius, vt ex descensu humorum non possit se defendere membrum ab inflãmatione vel apostemate. Et fit cum iisdem similiter rigor significans sparsionem malæ materiæ virulentæ supra membra sensibilia, vnde multoties & mors succedit. Si igitur oborta sint huius loci vulnera cum sagitta aut alia re acuta, vt *pugione, ense, cultro, lancea, claue, vel huiusmodi,* siue vsque ad os fuerint profunda, siue non, subito extrahantur, obseruatis regulis de vulnere in capite ex sagittis. Et non præsumas ponere in vulnere tali aut consimili neruoso nodoso tentam longam, sed solum in orificio vulneris superficialiter, vt non transeat partes carnosas membri, ne contingat & fricet neruum, sed solummodo ponatur talis tenta, vt orificium apertũ maneat, & intus in profundo vulneris ponatur oleum rof. calidum, cum exiguo croco in primo apparatu, si sanguinis fluxus non infestet, alioqui tunc illi curationem adhibeto, infundendo tentam illam dictam in oleo prædicto guttatim, vulneri imponendo: deinde imponendo tentam illam contractam (*curtam vocant Barbari*) in orificio vulneris superficialiter, *vt dictum est:* nam oleum vicem turundæ seu tentæ supplet, prohibendo ne vulnus claudatur, & sua humiditate dilatet vulnus, & sedat dolorem, & roborat, *vt sæpe dictum est,* & defendit ab accidentibus dictis. Et ita facias cum tenta dicta
261 infusa in *oleo* & *croco*, vsque ad tres dies, donec sanies in loco incipiat generari, & ab apostemate securus sis. Postea procede cum mundificatiuo ex *tereb. melle rof. myrrh. far. hord.* vel *liquir.* extendendo super toto vulneris orificio emplastri modo, & in orificio vulneris, *oleum rof. calidum cum croco,* cum tenta superficialiter imponendo. Interim si forte propter olei vnctuositatem superfluitas aliqua in vulnere multiplicaretur, linque *oleum,* & procede mundificando cum *melle rof. tereb. myrrha & croco,* aut cum alio neruorũ mundificatiuo noto, imponendo illud cum tenta in profundo vulneris, & tentam in superficie, *vt dixi.* Imo si propter talis olei vnctuositatem, vel aliam caussam, aliqua caro mollis vel vnctuosa, aut quid superfluum in vulneris orificio vel profunditate, videatur crescere & generari, remoue id cum *vng. apostol.* vel viridi &c. deinde incarna & consolida, & non omittas phlebot. ventosationes & ventris lenitionem & diætam, tum alia sæpius dicta. Si vero in sagittæ extractione fluxus te impediat, constrictioni eius prius intende, deinde procede vt supra. Neq; est audiendus sermo dicentium (*inquit Guilhelmus*) oleum non debere poni in vulneribus neruorum, quia sua vnctuositate marcorem & putrefactionem inducit: hic enim sermo non semper veritatem habet, vti (inquit) demonstrabimus quomodo noceat vel iuuet, *cap. de punctura neruorum.* Procede igitur audacter vt supra, non omittendo defensiuum circa vulnus. Si vero vulnus fuerit longum, latum & magnũ, indigẽs sutura, tunc bene cõsidera, num ibi sint aliquæ partes ossis incisæ, separatæ a sano osse, quæ cum sano permanere non possunt: & sic eas remoue subito ante suturam: deinde sue, & cõiunge partes vulneris probe, dimittendo orificium in loco decliuiori: in quo orificio & super toto vulnere pone vitellum oui cum oleo rof. & croco, mistis & calidis, vsq; ad tres dies, vel circa, donec sanies generabitur, nisi fluxu sanguinis impediaris: & tũc primo apparatu illi intẽde: deinde redeas ad iam dicta, post hæc vero mundifica, incarna, & consolida. Si vero ibi fuerit pars ossis separata & incisa, quæ tamen possit suo ossi adhærere & coniungi, siue ibi non sit aliqua pars ossis incisa, coniunge partes, & cõserua futuram cũ pul. & linque orificium vt supra, in quo pone turundas inuolutas in vitello oui, oleo rof. & croco calidis, & super toto vulnere etiam inducto linamento, & breuiter cum phlebotomia vel ventosatione, ventris lenitione & diæta procede, *vt* 262
sæpius ostensum est: deinde mundifica, incarna, cõsolida, vt nosti. De vulnere autem cruris cum ense vel sagitta, in principio huius Scholii ex Salyceto dicere cœperamus, quod etiam sit metuẽdum, ita vt plurimos ex ratione superius dicta viderit interire. Si ergo, inquit, sagitta vel aliud simile crus intrauerit, aut saltem locũ dictũ & ossis substantiã subintrauerit, tunc subito secundũ ordinem cõsuetũ sæpius dictũ mollifica locũ sagittæ & totius vulneris cũ oleo rof. calido, & modico croco, aut pinguedine gallinæ iis admixta: & breuiter dispone locum ad facilem sagittæ exitũ, aut cũ dicto mollificatiuo, aut forti aliquo, cum incisione solerti & ingeniose facta: & extrahe tunc sagittã suauiter, vt in propriis locis dictũ est. Eaque extracta subito impleas vulnus cũ *oleo rof. calido, & croco pauco,* non imponendo tentã in profundo vulneris, sed solũmodo oleũ antedictum: tentã interim ponendo in orificio, ne claudatur superficialiter, inquam, vt de coxa & genu paulo ante dictũ est. Circa vulnus autẽ ponatur defensiuum

Guilhelmus de Saliceto lib. 2. c. 19. de vulnere in genu illato ense vel sagitta.

Lib. eodem cap. 23. de his eundem consulito.

De vulnere cruris ab ense vel sagitta, cap. 20. lib. 2.

fiuū ex *bolo armena, oleo rof. aceto, ſucco ſolatri, ſempervivæ, plantag. aq. roſ.* & huiuſmodi, cum *croco* exiguo: & hoc fiat a principio vſq; ad finem. Oleum vero ad tres dies, donec ſanies apparere incipiat, & tutus ſis ab apoſtemate: poſtea mundifica locū, incarna, & cōſolida, vt paulo ante diximus: & ſi a vulnere ſanguis exierit paucus, & virtus, ætas, tum alia ſæpius dicta cōſentiant, fiat phlebotomia vel ſcarificatio, clyſteria, glādes, ſi opus eſt, & præſcribatur victus ratio cōmmoda, vt in aliis vulneribus. Et nullo modo timeas de oſſe læſo in iſto caſu, quia per viam mūdificatiui bene mūdificabitur. Si in actu extractionis ſagittæ fluxu ſanguinis impediaris, ſubito conſtringe, & redeas ad ſupraſcripta. Si vero vulnus fuerit magnū ſiue longum aut latū, ſutura indigens, & cū fluxu ſanguinis abundanti, ſubito coniunge partes vulneris, & ſanguinem ſtatim reprimito: neq; omittas ſuperponere ſuturæ pul. conſeruatiuū, & dimitte locum ita ligatū in ſequentem diem, vel vltra donec ſecurus fueris de reſtrictione ſanguinis: deinde procede cum mollificatiuo & doloris ſedatiuo ex vitello oui, ol. roſ. & croco, vſq; ad ſaniei generationem, deinde mundifica & incarna, & conſolida: phlebotomiam, diætam, ventris lenitionem, defenſiuum & reliqua præſcribe, *vt noſti.*

Si autem os cruris inciſum fuerit ex trāſuerſo to-
263 taliter, ita vt non poſſint ſibi inuicem partes adhærere, tunc manibus tuis decenter coniunge, & leniter: deinde decenter partes carnis cum pelle ſue, & puluere conſeruatiuos inſperge ſuturæ, & circa vulnus defenſiuo inungito, & turundis ac ſtuppis alb. oui, *oleo roſ. & croco* inuolutis, loco decenti faſcia ligato, *vt de vulnere in adiutorio ſeu cubito ab eodem Guilhelmo ſcriptum eſt*, & ſic procede vſque ad generationē pori ſarcoidis ligantis ſeu cōiungentis partes oſſis ad inuicem. In vulnere vero & ſuper eius orificio pone iſto tempore, vſque ad generationem ſaniei, vitellum oui cum *oleo roſ. & croco*, deinde adhibe cōmunia remedia, donec tutus ſis ab apoſtemate: & rege tunc infirmum cum cibis duris, & viſcoſis extremitatibus animalium, ad porum ſarcoidem generandum. Hæc autem plurima communia habent cum fractura & diſlocatione oſſium cum vulnere. Vulnera autē raſetæ ſeu nodi cauiculæ pedis, ob multa oſſium tendines ac neruos difficulter ſanantur, ita vt motus & ſenſus ſæpe lædantur, etiam ſpaſmo ſubſequēte Huius vulneris exemplū poſuimus antea in hoc libro, *obſer. 16.* de quodā vulnerato in pede dextro adeo vehementer vt totus pes circa cauillam ſeu malleolum abſciſſus fuerit, cui ingēs dolor aderat, ita vt de ſpaſmo metus foret. Vide pulcerrimā illam hiſtoriam, quomodo is curatus fuerit. Ceterum, teſte Guilhelmo de Salyceto, ſi vulnus huius loci factū fuerit cum ſagitta, aut alia re acuta incidente, tūc ſubito, vt ſagitta extrahi valeat, mollificetur locus cū *oleo roſ. ping. gallinæ croci* momento calidis, & totū vulneris orificium: & attende diligenter, ne in iſto loco pellis vel caro incidatur ad vulneris dilatationem aliquo modo, ne propter infiltrationem, & cōue-

De vulnere raſeta ſeu nodi cauiculæ pedis Vide Guil. lib. 2. c. 21.

xionem neruorū illius loci ex inciſione, ex tranſuerſo incidantur neruiad motū & ſenſum neceſſarii in iſto loco: nam ii qui inciſi non recipiunt cōſolidationem, ſaltem veram, cum membrū aut ſecundū partem aut ſecundū totū, motū & ſenſum amittat. Cum ſola ergo aut dicta vulneris mollificatione ſtude, quantum poſſibile eſt, ſagittam extrahere, vt proprio loco dictū eſt. Qua extracta impleatur vulnus cū oleo roſaceo calido, & croco, tentam ſeu linamenta non profundendo, ſed ſolum oleū antedictum guttatim in fundo vulneris cum linamento inſtillando: in orificio vulneris breuem tentam ponendo, ne vulnus claudatur, ſed craſſam, ex parte in dicto oleo imbibitam, ob cauſſam in vulnere coxæ tū genu dictam. Et hic obſeruetur modus ad tres dies vel 264 circa, donec ſanies incipiat generari, & ab apoſtemate ſecurus fueris, tunc mundifica locū, incarna & conſolida, & cōmunia iam ſæpius dicta remedia, cum opus eſt, adhibeto: deſenſiuum etiam ex *bolo armena, myrto, oleo roſ. aceto, ſucco ſolatri, ſempervivæ, plantag.* aut iſtorum aquis circa locum continuo fiat. Si vero locus iſte fuerit vulneratus cum enſe aut re incidente, ita vt neceſſe ſit partes cōiungere, tunc diligenter cōſidera, num ibi adfuerint fragmenta aliqua oſſis ſeparata ab oſſe ſanos, quæ, ſi poſſint, probe & leniter, ſine infirmi moleſtia remoueantur: deinde partes oſſis remanentis ad inuicem manibus tuis, ac deinde partes carnis & pellis cum ſutura coniunge, vt de *vulneribus colli* apud eundem Guilhelmum dictum eſt, vel *cap. proprio de ſuturis* & de *vulneribus in parte neruoſa*, antea a nobis deſcriptis. Deinde pul. cōſerua ſuturam, & procede, vt de reliquis dictū eſt. Si vero in tali vulnere neruus inciſus fuerit ex trāſuerſo, ſecundum partem aut ſecundū totum, ſubito cōiunge partes nerui cum ſutura, *vt in capite de vulnere coxæ & genu dictum eſt*: deinde & reliquas partes carnis & pellis exſiſtentiū ſuper neruo conſerua, nec non ſuturam munito cum pul. ſæpius dicto, dimittendo orificium in decliuiori parte pro ſaniei expurgatione: deinde in vulnere & ſuper totū vulnus pone vitellum oui, ol. roſ. & crocū, vſq; ad tres dies, vel donec ſanies ibi generetur: demū mundifica, incarna & conſolida, vti noſti.

Observatio L.

De vulnere lethali ſub planta pedis.

IOHANNES Bucerus, conſul Alcmarianus, cū pedes more ſolito lauaret, cultello ſcriptorio, quo pēnæ ſcriptoriæ aptantur, acutiſſimo cū callum ſub planta pedis abradere ſtuderet & exſcindere, ſe ipſum vulnerauit, vulnere quidem non magno: ſed cum ei ſtatim ſubſequeretur ſpaſmus, antequam remedia idonea adhiberentur, ſubito extinctus eſt. Eo tempore ipſe non adfui: nam tunc Alcmaria diſceſſeram ad Delphenſem ciuitatem, publico ſtipendio conductus, vt ibidem praxin exercerem, vbi mihi hic caſus per literas amicorum innotuit.

decoct. madefacta & molliter expressa apponerentur, simul probe inducta falcia linea. Quo facto, egregie curatus fuit: tum alii quam plurimi, per nos eodem remedio eodem malo laborantes sanati fœliciter fuere.

SCHOLIA.

EGIMVS libro superiore de cruentis vulneribus, seu de ea continui solutione, quæ in carnosa parte ex vulnerando recens facta est, ac relicta. Nunc igitur transeundum nobis est ad id vnionis etiamnum in carnosa ac molli substantia factum diuortium, quod nec recens est, nec cruentum, sed iam inueteratum, & in quo vna vel plures cõsistunt dispositiones, seu malæ affectiones, quæ cutis vnionem, vel consolidationem remorantur atque impediunt, ex quibus saniosa & purulenta quædam colluuies putredoq; excitatur. Vocant autem vulgares medici & chirurgi tale vnionis diuortiũ, seu continui solutionem, communiter *Vlcus*: quamuis apud probatos auctores vlcus & vulnus passim pro re eadem sumãtur, *Vt apud Galenum*. Sed nunc, sequendi vulgares chirurgos & Auicennæ interpretem, Vlcus ita breuiter definitur: *Solutio continuitatis in carne, quando iam continet saniem & pus, nominatur Vlcus.* At sicuti vulneris sunt differentiæ, *magnũ, paruum, rectum, obliquum, æquale, inæquale, in summo residens & in profundum penetrãs*, longum *item & breue, recens & inueteratum*, ex veræ ac propriæ sunt simplicis soliusq; vulneris, & cui nullus alius adiunctus sit affectus, differentiæ, sicuti etiam & vlceris quod solum consistit, *vt mox dicemus*: quamuis vlcus potius compositus semper sit affectus, *vt latius a Guidone habetur cap. 1. de vlceribus in generali.* Porro in definitione vlceris, ex *Auicẽna paulo ante adducta*, per saniem & putredinem, sordities, squamæ & crustæ (*quas Græci eschara vocant*) etiam inaudiuntur: quæ in ipsis vlceribus contingere possunt. Itaq; Auicennas & qui eum sequuti sunt, *vulnus* & *plagam* vocant, vbi nondum est pus: *vlcus* vero, vbi iam pus est, In qua sententia quoq; fuisse videtur. Corn. Celsus *lib. 5. suæ medicinæ*: vbi recentem & cruentam adhuc plagam, *vulnus* appellat, vlcus vero, cum iam vetustas occupauit, siue extrinsecus quidem per vulnera inciderit, siue intrinsecus corrupta aliqua corporum parte nascatur. Quid autem sit *sanies*, quid *pus*, quid *sordes*, postea dicetur. Vlcerum differentiæ sumuntur quibusdam a tribus potissimum: nempe a caussis ea excitantibus, a
269 membris & accidẽtibus seu dispositionibus cum eis complicatis. Alii vero breuitati studentes, eas a duobus duntaxat desumunt, vt pote a caussis & symptomatis, atque etiam affectibus ipsis, quibus complicantur, ea quidem, quæ a membris siue laborantibus particulis sumuntur, discrimina omnino prætereuntes, quippe quæ ad particularem, non autem ad vniuersalem de vlceribus tractationem pertineant. Sed de iis obiter in fistulis agetur. Differentiæ quæ a caussis sumuntur, saltem communiores & magis propriæ, hæ communiter solent a chirurgis assignari. *Vlcus virulẽtum, & corrosiuũ* siue *comedens, vlcus sordidũ*, Græci *rhyparon*, & *putridũ* siue *putrefactũ*, quod Græci *herpedon* appellãt, *vlcus cauernosum & profundum, vlcus fistulosum, vlcus cancrosum.* Differentiæ autem ab accidẽtibus siue symtomatis & affectibus, quibus ipsa vlcera complicantur, fere communes atq; æquiuocæ sunt ipsis vulneribus: primo tamen & magis proprie (*vt recentibus placet chirurgis*) de vlceribus quam de vulneribus dicũtur. Hæ autem sunt vlcus cum intemperie, quod Græci *dyscraton* vocant, *vlcus crucians* siue *dolorosum, vlcus cum tumore aliquo præter naturam*, quod *apostematosum* nominant: *vlcus contusum, vlcus supercrescens, cum carne molli & superflua*, ὑπερσαρκοῦν Græcis, quam Auicennæ interpres carnem additam super vulnus appellat, *vlcus durum simul & terebrosum, vlcus cancrosum* seu *gangrænosum, vlcus cauum, vlcus cariosum*, id est, cum osse corrupto, *vlcus cum varicibus, vlcus cacoethes*, id est, malignum & ægre sanabile, atq; id genus alia. Ceterum multæ ex supra cõmemoratis differentiis, veræ vlcerum differentiæ non cẽsentur Galeno, sed aliorum affectuũ cum vlcere complexiones, cuiusmodi sunt *vlcus cancrosum, gangrænosum, supercrescens, putrefactum, cauum*, & cum tumore aliquo, vt *vlcus phlegmonodes, erysipelatodes.* Putredo namq;, *gangræna, phlegmone, erysipelas, cancer*, & reliqua id gen⁹, ex morborũ sunt genere nempe affectus præter naturam, actionem vitiantes, qui seorsim ac per se consistere possunt. Quod enim consistere seorsum & per se potest, id nullius vnquam alterius (*inquit Galenus*) fuerit differentia. Esto igitur hoc tibi veluti præceptio & regula, qua discernere liceat, differẽtiane aliqua sit, alterius affectus complexum. Sed & alio rursus modo vlcus cruciãs siue dolorosum, & vlcus sordidum, ceu quædam vlceris differentiæ dicuntur, cum tamen veræ aut propriæ differentiæ non 270
sint, sed complexus potius symtomatis cum vlcere. Dolor namq; & sordes ex symtomatum sunt genere. Pari modo & cum dicitur *cachoethon vlcus*, id est, vitioso succo obsessũ, aut fluxione vexatum, quod *rheumaticũ* Græce Galeno dicitur, aut *arrosum*, id est, quod exeditur, caussa cũ affectu copulatur. Talia igitur multa pro differentiis vlcerum chirurgis & medicis vulgaribus vsurpãtur, quæ reuera differentiæ non sunt, saltem apud Galenum, sed alteri⁹ dispositionis cõplicationes, seu affectus cõpositi. Simplicis igitur soliusq; vlceris differẽtiæ veræ ac propriæ ab ipsa vlceris natura sumũtur. *Vlcus* autem *simplex* hic cum Galeno appellamus, *quod solũ cõsistit*, id est, *cui nec vllus affectus alius, nec symtoma vllum coniungitur.* Simplex igitur nõ erit, si quæ exulcerata est particula, vel fluxione vexetur, vel malo succo vitiosa sit, vel omnino extra naturalem temperiem fuerit, vel vlla cauitas adsit, vel si aliqua cutis amissio contigerit. Itaque differentiæ quæ ab ipsa vlceris natura sumuntur, vel maxime *propriæ* sunt, & a substantia rei acceptæ, vel *extrinsecus accedentes.* A substantia rei capiuntur, quæ a figura & a diui-

Vlcus quid vocetur chirurgis vulgaribus.

Vulneris atque vlceris propria differentia.

Vlcerum differentia a quibus sumantur.

Vlcerum differentia a caussis.

Differentia vlcerum ab affectibus quibus complicantur.

Affectus cũ vlcere complicati.

Vlceris complexus cum symtomate.

Vlceris complexus cum sua caussa & morbo.

Veræ ac propriæ vlceris differentiæ vnde sumantur.

Vlcerum differentia propria.

diuisionis magnitudine seu quantitate, a dimensione siue spacio ducuntur. *Figura.* *A figura*, vt vlcus *rectum, vlcus vncum*. *Quantitas.* A diuisionis magnitudine siue quantitate, vt *vlcus magnum, vlcus paruum*. *Dimensio.* Ex dimensionibus siue spatis, vt *vlcus longum, vlcus breue, vlcus latum, vlcus angustum, vlcus sublime, siue superficiale*, id est, *in summo residens, vlcus profundum, vlcus aequale, vlcus inaequal.* *Vlcerum differentia extrinsecus accedentes.* Extrinsecus vero accedentes vlcerum differentiæ sumuntur a tempore & a generationis ratione: item ex eo quod totum vlcus parsve vlceris conspectum fuit, vel conspiciendum se præbet, hoc est, a situ in parte affecta. *Situs. Tempus. Modus & ratio generationis. Situs.* A tempore quidem, vt *vlcus recens, vlcus inueteratum*. Ex generationis ratione, vt *vlcus incisum, vlcus diruptum, vlcus partim incisum, partim diruptum*. A situ in parte affecta, vt *vlcus in conspectu siue euidenter apparens, vlcus intus conditum, siue non apparens, idque in toto vel in parte:* item *vlcus in principio musculi, vlcus in fine musculi, vlcus in medio musculi*. Ceterum quæ ex loco affecto sumuntur vlcerũ differentiæ *(si tamen differentia censenda sunt)* non vtique, *vt Galenus inquit*, a propria ipsorum natura, vt præcedentes, desumũtur. Loci autem in qui-
271 bus consistunt vlcera, sunt partes similares & organicæ. *Locus affectus.* Igitur si a locis, in quibus est vlcus, differentias censeas, hoc modo fiet diuisio vlceris a loco affecto: *vlcus in parte similari, vlcus in parte organica siue instrumentaria*. Rursus vlceris differentias a parte similiari affecta, hoc pacto diuides: *vlcus in vena, vlcus in arteria, in cute, in musculo:* censetur enim musculus etiam quodam modo inter partes similares, saltẽ ad sensum. Differentiæ vero a parte organica affecta eiusmodi sunt: *vlcus auris, in faucibus, in aspera arteria, vlcus pulmonis, pectoris, in pene, sede, & sic* discurrendo per singulas corporis partes, quas *instrumentarias* vocamus. Atque hæc completa & absoluta est simplicis soliusq; vlceris, & cui nullus alius adiunctus sit affectus, in suas differentis diuisio, quæ a propria ipsius natura sumitur. Quod si affectus aliqnis seu dispositio, quæ seorsim *(vt diximus)* & per se consistere possit, *vt phlegmone, gangrana, putredo*, vlceri adinngatur, ab eo *(vt supra diximus)* sumi non possunt vlceris differentiæ, saltem veræ & proprie dictæ. *Non esse de nominibus contendendum.* Verum enimuero, quoniam ab ipso etiam Galeno locis sexcentis dictum est, non oportet de nominibus cõtendere, si quis *putrescens vlcus, & quod exeditur, & quod gangrana & quod erysipelate afficitur, & cancrosum & sinnosum, & cariosum, & cacoethes, & dolens, & indolens*, atque id genus alia, vlcerum differentias nominauerit, non erit enim eo contendendum, modo rectam illis curationem adhibeat. Vocabunturque vlcerum differentiæ, sumtæ ab eo cum quo complicantur, nempe differentiæ vlcerum a complexu cum morbo, differentiæ a complexu, cum symptomate, differentiæ a complexu cum sua caussa, & si quæ sint aliæ.

OBSERVATIO II.

De vlcere quodam inueterato & maligno.

VLcvs enim quidam diuturnum ac malignum in crure haberet, nec id vllo modo curari aut consolidari posset, ac varia chirurgi medicamenta adhibuissent, etiam *puluerem præcipitatum* subinde inspergentes, tandem superueniens quidam medicus *cortices granatorum* in tenuissimum puluerem contundebat, ac vlceri inspergebat, atque hoc vnico tam simplici medica- 272
niento vir ille ab vlcere curatus fuit.

SCHOLIA.

VLcvs *(vt docte admodum annotauit Fernelius)* est fœda impuraq; continui solutio. *Ἕλκος.* *Impura* quidem fit, non vt vulnus sanguine, sed vel humoris vitio, vel hinc genita sanie, vel pure, vel quauis alia corruptione, non extrinsecus, sed ex vulnere ipso profecto. *Vulnus* extrinsecus accipitur; *Caussa.* *vlcus* nonnumquam extrinsecus quoque, vt quum vel septico medicamento, vel cauterio corpus inuritur: ac sæpius huic origo spontanea, ex interiori vitio est. Itaque omnis efficiens vulneris caussa euidens est: vlceris vero plerumq; interior, quiuis scilicet humor præter naturam collectus. Hic enim vel excesione vlcus gignit, vel in vulnere accepto vetustate alia ve ratione succrescit. Est autem vlceris interior illa caussa duplex, *Antecedens & Continens*. *Causa antecedens.* *Antecedens* est corporis impuritas atque caecochymia, aut ex improbo victu, aut ex viscerum praua affectione contracta. *Continens.* *Continens* est vitiosus humor, omnisque corruptio in affecta parte consistens ac hærens. Vulnus ergo solitarium exsistit, neque illi caussa assidet, vlceri vero sua semper comes est caussa, quæ quod genuit etiamnum fouet. Præcipuæ vlcerum differentiæ ex iis quæ dimanant, & ex caussarum varietate, vt iam paulo ante diximus. Vlcus quidem, quemadmodum & vulnus, *magnum, paruum, summum, profundum, rectum, obliquum, aequale, inaequale, recens aut inueteratum* appellare licet, at non illis propriæ sunt differentiæ, si ad caussas spectes, forte intelligit Fernelius: nam has proprias esse diximus a rei substantia acceptas. Ab iis autem, *inquit idem Fernelius*, quæ in vlcere succrescunt, manant species, hæ fiunt, *vlcus saniosum, virulentum, sordidum, purulentum atque verminosum*. *Sanies quid.* Est autem sanies *omnium quæ defluit tenuissima, minimeque glutinosa, subalbida aut subrubicunda*. Quod hac crassius exsistit, si glutinosum quoque est, siue Græcorum *ichor* sit, siue *meliceria*, nostris *virus* appelletur, *Virus.* *Pus.* *pus* vero crassius est & albidius, minime tamen glutinosum aut cohærens: hoc ex vlcere exit, iam sanescente, *sanies* ex incipiente atq; crudo, *virus* ex maligno. Vnum quodq; autem vitiosum habetur, si multum tenue, dilutum, liuidum aut nigrum, mali odoris & acre: tolerabilius vero, si omnia obtineat cõtraria. *Sordes.* *Sordes* hisce omnibus crassior, glu-
tinosiorq; est, ac minime profluit, sed veluti con- 273
creta adhærescit vlceri. *Vermes.* *Vermes* tũ sordis tum putredinis soboles sunt, solentq; in neglecto vlcere procreari. Vlceris porro differẽtiæ ex cõtinẽte caussa hæ sũt: *Vlcus phlegmonedes, erysipelatodes, œdematodes, carcinodes, exedens, cacoethes & putridũ*. Cete-

rum

rum quoniam de caussis vlcerũ dicere cæpimus, eas in vniuersum geminas tantum chirurgorum posteritas statuit, nempe *antecedentes* seu *præcedentes*, quæ Græcis προηγούμεναι dicuntur: vt *continentes* siue *coniunctas*, quæ συνεκτικαὶ Græce appellantur. *Procatarcticas* namq;, hoc est, *progressas* & *euidentes* seu *primitiuas* illis minime tribuunt: quippe quæ dum carnem incidunt, disrumpunt, aut laniant, aut quouis modo continui solutionem in ea efficiũt, nequaquam primo statim occursu saniem aut pus aut sorditiem (*quæ necessario vlcera comitari arbitrantur*) creare aut excitare possunt. Quamobrem cõsequio quodam id præstare valeant, nempe corporeas, atq; antecedentes causas commouendo. Itaq; vlcerum antecedentes caussæ sunt cacochymia (*vt diximus*) id est, *succorum vitium*, cum scilicet sola qualitate peccant humores, non etiam quantitate: atque eorundem prauorum succorum, siue humorum in corpore existentium nimis exuperans copia, qui corporis ipsius particulas arrodere & tandem corrumpere possint. Porro eiusmodi succorum prauitas, aut ex deprauata victus ratione generatur, aut totius corporis, vel alicuius totæ membri, vel hepatis aut lienis, vitio contingit, (*vti plerisque locis Galenus nobis testatum reliquit.*)

Vlcerũ caussa antecedẽtes.

Caussa vero continentes, siue coniunctæ vlcerum dicuntur intemperies illa, quas *malitias complexionum* vocant, in vulneratis particulis ex caussis proigumenis seu antecedẽtibus modo dictis, vel etiam ex ipsis vulneribus, aut abscessibus, alisve præter naturam tumoribus (*sed malignis præsertim*) ruptis, apertis, excitatæ. Quemadmodum enim ex herpete, tum miliari, qui Græcis *cenchrias* dicitur, tum etiam *esthiomeno*, id est, *exedente*, qui ex bile fit crassiore & acriore, *vlcus corrosiuum* siue *erodens* generatur: ita ex anthrace seu carbunculo præsertim venenoso (*quod vlcus est escharosum*) *rhyparum*, id est, sordidum, & ex abscessibus profundum & concauum siue cauernosum procreatur. Hinc & Fernelius: *Vlceris igitur cuiusque species, eiusque continens materia, tum ex iis (vt paulo post etiam dicemus) tum ex eorum quæ*
274 *emanant substantia atque colore tum ex orarum duritie vel tumore vel colore noscenda.* Ad hæc vero vt perfectior instituatur curãdi ratio, caussam quoque vlceris antecedentem, & quicquid in illius ambitu consedit, etiam atque etiam circumspicere oportet, & accuratius explorare. Multa enim plerumque circumstant, sine quorum animaduersione nequeat vlceris sanatio compleri: cuiusmodi sunt intemperies præter naturam, phlegmone, omnisque tumor, varix, contusio, aliave carnis corruptio. *Intemperies* deprehenditur *partis colore, contactu, laborantis sensu, atque remediorum vsu.* Tumor præter naturam quum tactui visuique sit obuius, per seipsum innotescit. Hic autem vlceri materiam pabulumq; suggerit, vt (*ni prius sublatus sit*) nequeat vlcus omnino sanescere. Varix quoque, aut quouis modo dilatata vena, si in vlcus materiam eructat, id agglutinari non sinit. *Contusio* autem, omnisq; subiectæ carnis corruptio aut vitiositas, haud secus ac intemperies, vlcus sanari prohibet. Neque enim id carne impleri, neq; agglutinari, neque cicatrice obduci sinit, ne conuenientem naturæ suæ modum obtineat. Quinetiam viscerum, præsertim vero iecoris, atque lienis constitutio, totius denique corporis habitus tenendus, quod ex bono facilis, ex malo habitu difficilis fit vlceris curatio: hac ex caussa hydropicorum & ictericorum vlcera ægre sanescunt. Itaq; & tres sunt ægre sanabilium rebelliumq; vlcerum modi. *Primus, qui ex intemperie subiectæ carnis prouenit. Secundus, qui ex vitio confluentis fit sanguinis. Tertius, qui ex mensura seu copia vel quantitate confluentis nascitur. vt lib. 4. method. medend. Gal. annotauit.* Qui & aliter ibidem posse fieri diuisionem tradit: nempe ægre sanabilium, rebelliumque vlcerum, alia propter vlceratæ carnis intemperiem, alia ob confluentem humorem talia fieri. Tum intemperiem ipsam bifariam diduci, cum alias in qualitate sola naturæ modum egressa, subdita caro fit, alias etiam cum accessario quodam tumore. Iam etiam ipsum cõfluxum bipartito etiam scinde: nempe in confluentis succi tum qualitatem tum quantitatem. Quatuor igitur erunt in vniuersum contumacium & ægre sanabilium modi: nempe sola subiectæ carnis intemperies, quam & *dyscrasiam* vocant: intemperies cum accessorio tumore: humor influens, aut vitiosus, aut multus. Humor namque qui copiosior in partem vlcere laborantem influit (*tametsi vitiosus non sit*) sanationem 275
vlceris (*quod in eo excrementa creet*) moratur, atque in longum tempus protrahit. Ceterum quintum modum adiecisse videtur Galenus *in Commentario huius Aphorism Hippocratis: Vlcera quæcunque annua sunt,* &c. nempe passionem ossis corrupti in loco vlcerato. Vbi enim caro, quæ ossi subiacet patienti, adhibitis (*vt oportebat*) idoneis medicamentis, exsiccata, contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur. Rursus vero paulatim aliqua influente sanie ex osse corrupto, in parte penitiore iterum aduenit inflãmatio, & puris generatio consequitur, a quo cicatrix erroditur, caro vero exulceratur. Subdit autem Galenus *loco nuper ex 4. meth. citato*, interim dictorum affectuum siue dispositionum aut aliquos aut etiam pariter omnes misceri, atque ita multas, ac diuersas vlcerum differentias iam supra commemoratas enasci. Porro tradenda est medẽdi methodus, non omnium simul, sed cuiusque seorsim, quod in sequentibus faciemus, a simplicioribus quidem (*vt Guido quoque fecit, quem & Tagautius in omnibus sequitur, & ideo si etiam eadem hic reperies quæ Tagautius dixerit & scripserit, idque eo modo quo ipse imitatus est Guidonem, nemini mirum videri debet, cum ipse Guidonem Latinorem fecerit*) exordium sumentes, vt eorum curatione tradita, compositorum sanationis methodus facilius ac melius intelligatur. Ceterum quoniam passim cũ de vlceribus tractatur, voces hæ,

Caussa vlcerum continentes.

Caussa antecedens, tum ea quæ circumstant, ante vlceris curationem diligenter exploranda.

Tres modi ægre sanabilium vlcerum.

Hippoc.

sanies. pus, virus, sordes, & id genus aliæ nobis occurrunt, non abs re factum putabimus, si hoc loco quid apud chirurgos & medicos significent, quoque inter se conueniant & dissideant, paucis aperiamus, quamquam antea ex Fernelio de iisdem *in principio huius Scholii* legimus. Sed nunc sequentia ex Tagautio adiiciamus.

Quid proprie sanies.

Sanies proprie Latinis est, qui Græcis ἰχὼρ dicitur, qualis exit ex vulnere nec recenti, nec iam senescente, sed inter vtrumque tempus: quibusdam *ichor, sanguinis sanies* interpretatur.

Saniei species duæ Celso.

Saniei duæ sunt species, apud Celsum, Græcis distinctæ nominibus, quarum vna ἰχὼρ, altera μελικηρία nominatur: Ichor tenuis, subalbidus ex malo vlcere exit, maximeque vbi neruo læso inflammatio secuta est, vt *alias ex Langio ad Remum mathematicum longiore sermone scripsimus*, sed in aliquibus exemplaribus non ἰχὼρ legitur, sed ὑδρὼψ.

Meliceria.

Meliceria autem est crassior & glutinosior, subalbida, melli quealbo subsimilis fertur. Hæc quoque ex malis vlceribus, vbi nerui circa articulos læsi sunt, &
276 inter hæc loca maxime ex genibus profluit. Apud recentiores autem & plebeios istos medicos ac chirurgos (*quibus nusquam fere vllius vocis proprietas, & quæ rei naturæ conueniens sit, seruatur*) sanies communiter pro eo quod Latini apposite *pus* vocant, vsurpatur.

Sanies vulgo pro pure male vsurpatur.

Genus tamen interdum saniem etiam faciunt, ad *sordem, virus*, seu *virulentiam*, & *purulentam colluuiem*, quam Græci πῦον, Romani *pus*, vocant. Nomine enim saniei, latius sumpto vocabulo, omnem humiditatem præter naturam alteratam intelligunt.

Virus. Sordes. Sanies.

Itaque si tenuis sit humor, qui exit ab vlcere, *virus*, seu *virulentia*, si crassior, *sordes*. si vero mediocris, generis appellatione, illis *sanies* nuncupatur. Et hæc quidem in vlceribus (*vt aiunt*) copiosa, in cauis vulneribus pauca reperitur Est igitur sanies proprie vulgaribus medicis, & chirurgis, idem quod *pus* Latinis & πῦον Græcis: Celso vero genus est, duas sub se (*vt modo diximus*) species continens, Græcis distinctas nominibus, quarum vna ἰχὼρ, altera μελικηρία dicitur. At Latinis Galeni interpretibus vbi passim Græce scribitur ἰχὼρ *sanies* vertitur.

Quid proprie sit pus, & eius generatio.

Ceterū quod πῦον Græcis, & Latinis *Pus* proprie nominatur, ex sanguine vel carne confusa ortum habet. In eius autem generatione, semimala quædam, *vt quisquam dixerit*, fit transmutatio, siue alteratio. Etenim cum tres in animalium corpore fiant alterationes, *vt lib. 5. Simplicium Galenus docuit*, vna plane secundum naturam est, cum videlicet cibus in ventre coquitur, aut in visceribus, & vasis qui inibi generatur succus, vnde rursus pars vnaquaque nutriatur. Altera contra plane præter naturam est, nempe in putrescentibus omnibus. Atque hæ quodammodo inuicem sibi contrariæ sunt. *Tertia* ex vtraque mista & media est, partim secundum naturam existens, partim præter naturam. Itaque transmutatio, seu alteratio, quæ pus generat, medium inter optimam (*quæ nutritio est partium animalis*) & simpliciter malam (*quæ cum putrefactione fit orta*) locum obtinet. Neque enim a solo calore præter naturam, neque a solo calore ingenito & secundum naturam, plane vincente, fit suppuratio, seu puris generatio: sed mixtus quodammodo ex vtrisque est calor inflammationis, quædum ad suppurationem conuertitur, dolores, extenta simul, ac calefacta præter naturam inflammata particula: & febres, principio, id est, corde concalefacto, excitantur. At- 277
que hæc duo quidem contingunt ex quadam veluti ebullitione, atque exustione sanguinis, qui vbi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum exustione eius, *vt Galenus testatum reliquit in Commentario huius aphorismi Hippocratis, Dum pus conficitur*, &c. Ex iis igitur manifestum euadit, *quid sit pus, quomodo generetur, quæ sit eius caussa efficiens, & materia*.

Virus.

Nunc quid sit *virus*, seu *virulentia* & *sordes* apud chirurgos, paucis aperiamus. Virus ergo illis (*vt paulo ante quoque diximus*, seu *virulentia*) est superfluitas subtilis, ex abundantia humorum aquosorum generata. Quæ (*inquit Guido*) duplex est, calida & frigida, serosa & rubicunda.

Sordes.

Sordes autem eidem, est superfluitas quædam crassior, ex humoribus crassioribus seu crassiorem substantiam habentibus procreata, quæ quidem est triplex: quædam enim, *inquit*, est spissa, inæqualis, coagulata, & alba: quædam vero nigra: & alia velut fax cineritia. Porro quod illi *virus* appellant, Galeno Græce ἰχὼρ, Latinis *sanies* dicitur.

Sanies quid.

Est autem sanies siue virus (*vt verbo vno dicatur*) tenuius illud excrementum in vlceribus, quod ea humida reddit sicut sordes *crassum*, quod vlcus *rhyparon*, id est, *sordidum* efficit. Quemadmodum enim (*vt Galenus inquit 3. methodi*) omnem qualitatis alimenti mutationem, alterum crassius, alterum tenuius excrementum sequitur, ita & in vlceribus præsertim cauis, duplex excrementum prouenire solet, nempe tenuius, quod Latine *sanies*, Græce ἰχὼρ appellatur, & crassius, quod *sordes* dicitur. At ex tenui quidem excremento vlcus humidum redditur, ex crasso sordidum. Quo fit vt vlcus ipsum duplicibus egeat medicamentis, vtique vt humidum est, siccantibus, vt sordidum iis quæ expurgare possunt. Sed hæc sunt alterius contemplationis.

Pus medium est inter saniem & sordem.

Ceterum mediam quandam aliquo modo substantiam sortitur pus, inter tenuem & crassum, si saltem laudabile atque optimum est. Optimum autem est (*vt scribit Hippocrates*) si album, leue, æquale, ac quam minime fœtidum sit.

Boni ac mali puris nota.

At illud malum est Celso, quod multum, tenue, dilutumque apparet, magisque si ab initio tale est, itemque si colore sero simile, si pallidum, si liuidum, si fœculentum est, præter hæc si male olet. Porro genus quoddam puris est apud eundem Cor. Celsum Græca dictione ἐλαιώδης appellatum, quod in magnis (inquit) vlceribus senescentibus apparet, tenue, subalbidum, quasi vnctum, colore, atque pinguitudine oleo albo nō dissimile.

Pus ἐλαιώδης.

Sanies autē mala est, 278
multa, nimis tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris, aut quæ & ipsum vlcus, & iunctam ei cutem erodit: melior, non multa, modice crassa, subrubicunda aut subalbida.

Malæ saniei nota, & melioris.

Itaque spes sanationis in his vlceribus maior est, ex quibus melioris generis quæque prædictorum

rum proueniunt. Sicuti & eius vlceris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit: Eam ob rem bonitatis atque malitiæ notæ, in horum singulis diligenter a chirurgo perpendẽdæ sunt, vt & deprehendere, & prænuntiare possit, quæ vlcera insanabilia sint, quæue facilem aue difficilem curationem habeant, quę res non paruí sane est momenti, vt chirurgus ipse & se aliis admirabilem præstet, & calumniam deuitet. Atque hæc de pure, & sanie & sorde dicta sufficiãt. Nunc autem dicendorum ordo postulat, vt vlcerum signa subiiciamus, hoc prius more nostro interponentes exemplum.

Observatio III.

De vlcere alio quodam maligno curato.

MERCATOR quidam Theophilus dictus, cum vlcus malignum etiam in crure haberet, nec vllo modo curari posset, quidam eidem consilium dedit, vt *agrimoniam herbam* superponeret bis in die, mane & sero: atque ita miraculi instar intra nouem dies sanitati restitutus est. Valet eadem herba, tum *eius succus* cum *filamentis* impositus, ad vulnera recentia tum antiqua. Et alius quidam, cum eidem intestinum rectum procideret, ac ex hæmorrhoidibus doleret, puluere huius *herbæ* assumto tam in potu quam cibo, breui sanitatem recuperauit. Sed & in alio, cui lapis in vesica erat, cum crebro herbam hanc cum ouis comedisset, lapis per frusta cum lotio tandem expulsus est.

Scholia.

Notæ siue signa, quibus vlcerum differentiæ dignoscuntur, ex eorum definitionibus petita.

179 VLCERIS cuiusque suæ sunt propriæ notę, quibus vnum ab altero distinguitur. Hæ autem ex singulorum diffinitionibus petendæ sunt. Quo-circa (*cum de signis dicere institutum sit*) præcipuarum supra memoratarum differentiarum breuissimas definitiones hic obiter recẽsere operæ-precium duximus, Quod dum facimus, non tam verba, quam rem ipsam lectorẽ spectare volumus. Maluimus enim communibus, & ab omnibus chirurgiæ professoribus iam dudum receptis vti definitionibus, licet aliquantum rudibus, plebeiis & non ita elegantibus, quã rei per se satis obscuræ, verborum lenociniis, & tersiore stilo tenebras offundere: crassam tamen illam & supinam barbariem, quantum nobis licuit, hic quoque deuitauimus. Ergo vt semel dicamus, *vlcus virulentum*, quod & alio nomine *saniosum* dicitur, est in quo virus, hoc est, tenue quoddam, ac liquidum excrementum, quod *saniem* proprie Latinis appellari diximus, citra erosionem abundat. Vlcus quod sua malignitate siue malitia, parti quam iam occupauit, erodendo atque interdum *escharam* (quam acris mordaxque succus ad ipsam confluens excitat) gignẽdo, maius atque amplius indies efficitur, *corrosiuum* seu *arrodens* nominatur. Sic Fernelius: *Sine tumore vlcus fit excedens, quod partem cui insidet, assiduo excauat exteritq;.* Quod si eius malitia adeo crescat, vt non modo vlceratas atque corruptas carnes, sed etiam sanas absumat, depopuleturq;, *vlcus* iam *depascens* appellabitur. Sed & *depascens* (Græce *nomodes* appellant) quod non solum affectam partem excauat, sed & vicinas quoq; integras absumit, & quasi depascendo depopulatur. Græci omnes medici νομὴ hunc affectum, Galeno etiam teste, nominant, propterea quod pergere pascendo id vitium ab ægris particulis ad eas, quæ integræ sunt, soleat, atque harum semper aliquid ægris adducere. Cuius species est *phagedæna, ambulatiuum vlcus* appellant, quod hac atque illac serpendo, cutim ac subiectam carnẽ, sed extimam tantum ac superficialem, depascitur ac rodit. Nunquam enim eiusmodi vlcus in penitiora penetrat: quo fit vt vlcus in summo residens, minime autem *profundum* dici merito de-
beat. Sic & Fernelius: *Phagedæna serpens quidem* 280
vlcus & obambulans, sed solam cutem, non autẽ subiectam carnem rodens ac depascens. Omnium caussa est biliosus, acer & mordax humor, alias crassus, alias tenuis confertim in partem effusus. Succedunt ea *herpes* & *erysipelas*, interdum & vulneri, quod acrius medicamentum exasperauit. *Vlcus sordidum* est Galeno quod crassiore illo, ac viscoso scatet recremento, quod *sordem* appellauimus. Gręci *rhyparon* vocant. Recentiores vero aliter definiunt, nempe *quod crustas aliquas habet crassas* seu (*vt loquuntur*) *grossas, aut carnem aliquam mollem, crassam & superfluam.* Vlcus *putre* siue *putridum* dicitur, ex quo vapor aliquis graueolens, seu (*vt aiunt*) fumus quidam fœtidus & cadauerosus exspirat, atque attollitur, persimilis illi qui a putrescentibus ac corruptis iam carnibus effertur, habetque semper annexam sibi sorditiem, atque extraneam caliditatem cum humiditate superflua, & plerumque febrem. Hoc a sordido differre volunt sola malitiæ, ac fraudulentiæ intentione. Sic etiam Fernelius: *Putridum vlcus, in quo non id solum quod exit, sed ipsa quoq; vlceris caro computruit atq; mollis glutinosa, & cadauerosa iam reddita tetrum grauemq; odorem exhalat.* Hoc enim nisi plerumque coerceatur, in sphacelum deducit. Oritur nonnunquam ex sola humoris pernicie, sed hinc tamen frequentius, quod partis insitus calor vel ab arteriarum obstructione, vel alia quauis ex caussa sit extinctus, neque iam possit partis substantiam & integritatem tueri: *Cauernosum vlcus* appellãt, cuius orificium strictum est, atq; angustum: profunditas vero latior & sensum effugiens, siue occulta, multosque anfractus habet, & cuniculos, siue vias hinc inde discurrentes, citra tamen callositatem & duritiem. Sunt qui & apposito nomine *cuniculosum* ipsum appellant. *Fistulosum vlcus* a nuper descripto cuniculoso seu cauernoso vlcere non differt, nisi quod meatus illos anfractuosos & sinuosos, callosos habet & duros. *Vlcus cancrosum* est visu horrendum, fœtidum, labra habeos dura, crassa, tumida atque inuersa: colore inter rubrum & nigrum medio, vtpote fusco, aue liuido: ad hæc circa locum vlceratum venæ quę-

Vlcus virulentum seu saniosum.

Vlcus corrosiuum siue arrodens.

Vlcus depascens seu nomodes.

Nome.

Φαγέδαινα.

Vlcus ambulatiuum.

Vlcus sordidum.

Lanfrancus sic definit.

Vlcus putridum.

Σηπεδονώδης.

Vlcus cuniculosum seu cauernosum.

Vlcus fistulosum.

Vlcus cancrosum.

dam liuidæ apparent, exaltatæ, turgidæ, crasso &
Vlcus δύσκρατον, id est, intemperatũ.
nigriore sanguine plenæ, vt de cancro vlcerato,
vbi de tumoribus præter naturam diximus. *Vl-*
cus dyscraton, siue vt vulgus chirurgorum dice-
281 re cunsueuit, dyscrasiatum, est in quo quædam
δυσκρασία, id est, intemperies, seu mala qualitas
præter naturam dominatur, vt caliditas immo-
derata, vel frigiditas, aut humiditas, vel siccitas,
aut plures ex illis simul. Nominatur autem pro-
Vlcus crucians,
prie nobis *vlcus cum intemperie.* Vlcus *crucians* si-
ue *dolorosum* appellatur, quod laborantem atro-
citer molestat, seu (*vt ait Guido*) in quo sensibi-
Vlcus rheumaticon.
litas rei contrariæ reperitur, Græce [illegible]
Vlcus verminosum.
dici potest. *Vlcus rheumaticum* Galeno dicitur,
quod aliunde fluentes humures vetant senesce-
re. *Verminosum vlcus* appellatur, quod vermib.
scatet, *scolecodes* a Græcis dicitur: horum autem
vermium (*vt Scholio præcedente diximus*) opifex
Vlcera cacoethes.
est putredo. *Vlcera cacoethe* Galeno & Græcis o-
mnibus medicis dicuntur, quę omnibus rite de-
centerque factis, sanari tamen nõ possunt, quod
scilicet in particula laborante siue vlcerata, ma-
lignitas quædam adsit cæca & nobis occulta, ea
sanari prohibẽs. Nos eiusmodi vlcera, maligna,
contumacia, rebelliave atque ægre sanabilia di-
cimus. tale erat quo mercator (*vt in obs præceden-*
te diximus) laborabat. Sed & hæc cum difficile ad
cicatricem ducantur, Græcis *dysepulota* nuncu-
Vlcus dysepulotum.
pantur. In hoc genere sunt *Telephia*, atque iis de-
teriora *Chironia*. Ea fere magna, nõ tamẽ putri-
Vlcera Telephia, Chironia.
da sunt, neq; tætrũ odorem exspirant, neque de-
pascunt, neque dolure excruciant: sed oras habẽt
tumentes, præduras atque callosas: proinde non
facile senescunt, sed cicatrice interdum obducũ-
tur tenui, quæ mox dirupta vlcus renouat: exul-
cerato cãcru fere similia, nisi quod tumore nul-
lo obsidentur in ambitu. Horum præter vulgare
humoris vitium, cæca quoque malignitas (*vt*
Fernelius dicebat) caussa statuenda, quæ vix abigi
profligariue potest. Talia fere ex pestilentia re-
Varicosum vlcus.
linqui solent. *Varicosum vlcus* nominatur, quan-
do in partibus eo superioribus venæ quædam e-
minentes, ac turgidæ crasso sanguine, aut vitio-
so aliquo succo oppletæ apparent (*varices* vo-
Vlcus apostematosum.
cant) quæ ipsi vlceri fluxiunem suppeditant, at-
que ita sanescere ipsum vetant. *Apostematosum*
vlcus nuncupant, in quo tumor aliquis præter
naturam est, ab humore quopiam procreatus,
vt phlegmone aut erysipelas. Cetera satis ex præ-
cedentibus innotescunt. Nunc ad prognostica
deueniendum, hoc prius interposito exemplo.

282 OBSERVATIO IIII.

De vlcere quodam ab omnibus medicis derelicto, & casu curato: deinde & de quodam in deploratis vlceribus experto medicamento.

CVM vlcus desperatum quidam haberet, ita
vt a nullo curari posset, quidam apposuit
stercus caprinum cum vino veteri expressum: & eo
modo vlcus consolidatum est: idque deinde in
aliis quoq; experti sumus medicamentum. Aliua
quidam in vlceribus paruis excoriãtibus cutem
& carnem in tibia cuiusdam Minoritæ, quæ vl-
cera continuo madebãt, prius super foraminib.
vlcerum apposuit emplastrũ locis excoriatis ex
cerusa, litharg. auri, myrrha, & oleo ros. coctis ad
duritiem conuenientem, sed interim *succo sene-*
tionis excoriationes tum vlcera lauabat, deinde
puluere *aristoloch. longæ & baccarum lauri* insper-
so: hinc pannum lineum in *succo senetionis* made-
factum circa tibiam excoriatam voluebat, su-
perinductis fasciis a talo ad genu vsque, & ita ti-
bia excoriata ab omnibus vlceribus sana est.

SCHOLIA.

Vlcerũ prognostica siue indicia.
VENIENDO ad vlcerum prognostica siue iu-
dicia, sciendum est quod vlcera hæc mali-
Apho. 45. lib. 6.
gna ob caussam occultam sanari nun potuerunt
nisi cum his quæ vim quandam occultam quo-
Vlcera annua & diuturna.
que in curatinne similiter habuerunt. At *vlcera,*
inquit Hippocrates, *quæcunque annua sunt, aut*
etiam diuturniora, os abscedere est necessarium, &
cicatrices cauas fieri. Quæcunque vlcera (vt *Ga-*
lenus ait in Commentario huius aphorismi) longo 283
tempore manent, vel cicatrice nullo modo ad-
ueniente, vel si facta sit, rursus resoluta (*nihil vi-*
delicet medicis in curatione delinquentibus) cacoe-
thiam, hoc est, malignitatem quandam osten-
dunt, difficulterque ad sanitatem reducuntur. Id
autem accidit, vel propter influxum vitiorum
humorum, vel propter dispositionem in mem-
bro ex humoribus in id confluentibus processu
Fen. 4. cap. 1.
temporis contractam, vel ob aliquem vitiati ac
Vlcus se renouans.
corrupti inibi ossis affectũ. Vlcus omne (*vt scri-*
bit Auicenna) quod posteaquã carne impletum
Vlcera dura, viridia aut nigra.
est, & cicatrix illi induci debet, subito renouatur,
periculũ est ne in fistulam degeneret. Eidem ma-
Vlcera frigida.
la vlcera iudicantur dura, & quæ ad virorem aut
nigritiem vergunt. Eiusmodi enim color na-
Calida vlcera.
tiui particulæ vlceratæ caloris extinctionem in-
sinuat. Vlcera (*vt idem Arabs ait*) frigida, albe-
dine & mollitie dignoscuntur, & pręsertim si ca-
lidis iuuentur. Calida vero ad ruborem decli-
nant & frigidis gaudent: sed & tactu etiam dis-
cernuntur. Itaq; horum vtraque agnosces, par-
Lib. 4. Therap.
tim colore, partim tactu, partim (*vt Galenus in-*
quit) laborantis sensu. Quippe alias vstionem
sentire se fatẽtur, alias manifestum frigus in par-
ticula, gaudentq; vel frigidis medicamentis, vel
calidis: & aliis quidem rubor leuis insidet, aliis
color magis albicat. Siccis quoq; atq; humidis
vlceribus suæ sunt propriæ notæ, quæ tactu ma-
xime deprehenduntur. Hic namque sensus sic-
ca atque humida, & quæ eas qualitates conse-
quuntur, *duritiem* scilicet, *mollitiem, asperitatem*
& lenitatem experitur. Ad hæc si maligna vlce-
Vlcera totius corporis colorem repræsentantia.
ra totius corporis colorem repræsentent, vt ver-
bi caussa, *candidum purpureum*, aut *fuscum vel ci-*
trinum, vitium aliquod effatu dignum hepati,
atque insignem sanguini, ac ipso iecinore pro-
creato, corruptelam inesse significatur. A-
Aph. 4. lib. 6.
Vlcera circum glabra.
liud: *Vlcera quæ aliis morbis succedunt, ægre sana-*
bilia sunt. Aliud: *Vlcera circum glabra praua sunt,*
hoc

hoc est, *cum videris pilos a circumiacentibus vlceri locis defluere, vel cutem squamulas e summa parte dimittere, scito, ac iudicato tale vlcus prauum esse.* Prauos namque humores seu malignos succos ad partem vlceratam tunc confluere verisimile est, qui vehementer vlcus erodunt. Itaque eiusmodi maligni succi, neque radiculas pilorum omnes abolere queunt, neque exulceratum locum ad cicatricē perduci, ac solidescere patiuntur. Cum autem pili, qui prius deciderāt, in iis, quæ circiter vlcus sunt, sedibus renascantur, bono indicio esse solent. Vlcus quoque (*vt primo lib. Prædictionum scribit Hippocrates*) siue ante exstitit, siue in ipso morbo natum est, diligenter obseruari debet: nam si moriturus æger

Vlcus ante morbum vel in ipso morbo enascens.

283 est, aridum & liuens, aut pallidum ante mortem apparet. Vlcera in quibus post longam saniei seu virulentię emissionem pus laudabile apparere incipit, bonum nobis portendunt. Siquidem & naturæ robur & materiæ obedientia notatur. Quæ autem sint puris optimi ac laudabilis notæ, in præcedentibus dictum est. Vlcera *quæ in extremitatibus musculorum dorsi vel tibiarum, aut brachiorum sunt*, periculo non vacant Auicennę. Valde etiam periculosa eidem censentur, quę interna membra occupant, aut ad ea vsque perueniunt. Quibus vlceribus ante absolutam detersionem *sarcotica*, id est, *carnem producentia medicamenta* administrantur, mala ac superflua caro in illis generatur. Quæcunque vero probe & oportune expurgata, semper ad siccius promouentur, his caro (*inquit Hippocrates*) magna ex parte non supercrescit, nisi si contusa sunt. Vlcera *in orbem circumducta*, hoc est, *rotunda* pessima (*vt de vulneribus dictum est*) esse solent, ac tarde magnoque negotio ad cicatricem perducuntur: proinde pueros subinde in perniciem trahunt. Itaque in eis consilium chirurgorum est, vt cauterio figura illa orbicularis aboleatur, & lineæ modo (quantum saltem fieri poterit) in rectum diducantur. *Artuum* siue *extremarum partium vlcera*, vt pedum aut manuū, sæpenumero phlegmonas, aut alios eiusmodi præter naturam tumores in adenosis partibus, seu glandulis (quas Græci *adenas* vocant) accersunt, atque excitant, præsertim vero vbi corpus plethora laborat. Hæ enim partes quum imbecillæ sunt & raræ, facile tentantur fluxionibus. Sic igitur fit, vt & propter vlcus, quod in manus aut pedis digito fit, eiusmodi glandulæ in inguinibus & alis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum defluentem ad vltimos artus sanguinem, aut alios quoluis humores, priores acceperint, & exceptos, ob eam quam habent laxitatem, & taritatem retinuerint; quin etiam cum in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus est natum, intumescant. Nominant autem (*inquit Galenus*) ipsos adenas, cum sic intumuerint, bubones. Cum medicamenta adhibita vlceribus conferunt, aut saltē nihil nocent, argumentū est, ea rite ac decenter administrata esse. Cū vero noxę aliqd adferūt, & vlcus humidius reddunt, aut siccius, calidius, aut frigidius, indiciū est, ea nō esse pſenti morbo idonea. Eruntq; magis desiccātia, 284
aut humectātia calidiora aut frigidiora, put res postulabit, deinceps admouenda. Quod si ex admotis vlcus ēt mollius redditur, adstrictoria statim erūt adiicienda. Ceterū si *vlcus eroditur & profundius efficitur*, sedulo aduertendū est, nū id ex acriū succorum vitio, & vlceris malignitate accidat, an ex facultate medicamentorū (*quæ admouētur*) plus q̄ oportet detergentium. Hæc ēt vlcera particulā arrodendo occultam saniem procreant, & vlcus humidius reddūt. Quo fit, vt imperitos chirurgos atq; improuidos sæpenumero falli contingat: qui dū putant *vlceris cacoethia*, id est, malignitate, eiusmodi saniosam colluuiē, seu (*vt ipsi loquuntur*) virulentiā atq; superfluam humiditatem puenire: quæ adhuc efficacius detergunt, pperant admouere.: atq; ita profundius & magis cauū vlcus, imo vero & calidius, ac etiā interdum phlegmonodes efficiūt. Hinc erosionis, ac mordicationis sensum laborantes persentiscunt. Sed hæc non minus ad curandi rationē ptinere videntur, quam ad signa prognostica, de quib. nunc agimus. Porro inter cetera quę magis officiunt vlcerib. ventus est (*vt Guido a Caulsaco annotauit*) meridionalis, atq; aeris ambientis humiditas caliditati adiuncta. Hęc n. vlcerib. putredinem inuehunt: si quidē quæ putrefiunt omnia ex calido & humido sic afficiuntur. Hinc fit (*inquit*) vt tibiarū vlcera Auinione ægrius ac difficilius multo curentur, q̄ Parisiis. Contra vero accidit in capitis vulneribus. Ceterū quemadmodū plurima vulnerū iudicia vlceribus etiam cōmunia sunt, ita & vlcerum, de quib. modo disseruimus, iudicia per multa vulnerib. adaptari possunt. Quocirca quæ in iudiciis vulnerum dicta sunt, vlceribus conuenientia, huc reuocanda erunt: reliqua vide apud Iohan. de Vigo *lib. 4. de vlceribus cap. 2.* de diffinitione vlcerum. & Bertapaliam *tract. 3. de vlceribus & eorum curatione ca. 1.*

Vlcera in quibus partibus periculosa.

Vide Hippocr. & Gal. lib. 4 Therap.

Vlcera rotunda.

Artuum vlcera.

Colli & capitis vlcera.

Bubones.

Si auxilia profuerint aut, nocuerint.

Si vlcus eroditur.

Nota.

Ventus meridionalis officit vlcerib.

Ceterum de curatione vlcerum in vniuersum duo nobis spectanda proponuntur, nempe ipsius vlceris qua vlcus est, contemplatio, & vlceris cum sua caussa, aut symptomate aliquo aut alia quauis dispositione complicati, aut etiā hanc vel illam particulam occupantis cōsideratio. Omne enim vlcus (*vt supra diximus*) aut solum est, ipsumque per se (*hoc est, nullo alio affectu, vel cum eo simul inuadente, vel ipsum præcedente, aut se-* 284
quēte), aut cum alio quopiam vno multisve consistit. Quorum alii non modo statim ab initio vlcus excitarunt, sed etiam nunc maius efficiunt, alii eius sine quo non, ad curandi operationem obtinent. *Ceterum* vlcus omne, qua vlcus est, vnam communem habet curandi indicationem. Quod ipsum & Galenus ait, & omnes post eum medici experientia certa confirmarunt. Si quidem vlceris qua vlcus est, sanatio, mediocris siccatio est. Hæc autem indicatio communis etiam est vulneribus curandis, qua saltē vulnera sunt, id est, plagæ vulnerando acceptæ. Sed hoc discrimen habent, quod hoc minori, illa,

Curatio vlcerum in vniuersum.

Duo spectanda in curatione vlcerū.

Vlceris sanatio, mediocris siccatio est.

(quod humidiora sint) maiori dasiccationoindi-
gent. Verum enimuero vlceris, quod cum alio
affectu coniunctum est, cuius videlicet præcede-
re curationem oportet, eius curatio vt vlceris so-
lius non est, sed prior illius affectus, secunda vl-
ceris. Nam siue phlegmone quæpiam, siue ery-
sipelas, siue tumor is, qui œdema dicitur, siue ni-
gritia, siue ecchymosis vlceratam carnem obse-
derit, primum molienda eius curatio est. Quod
si valentior aliqua intemperies *(quæ imbecillitatis
affectæ partis caussa esse solet)* exulceratæ carni adsit,
huic nimirum primo intendendum erit. Vbi au-
tem intemperiei affectum iam sanaueris, exulce-
rationis postea affectum sanabis. Ita quoque &
varices, quæ sæpe supra exulceratum locum sunt,
prius sanabimus, vt deinde mox vlcus sanemus.
Ceterum nulla barū curationū *(inquit Galenus)*
ipsius est vlceris : sed alterius cuiusquam affectus,
qui vlcus vel gignit vel certe fouet. Porro duplex
in eiusmodi cum vlcere complicatis dispositioni-
bus consilium est ipsi Galeno *lib. 4. methodi me-
dendi*: nempe vt vel eiusmodi affectus e corpore
prorsus eximas, vel incōmodum quod inferunt,
vincas. Verum hoc *(inquit)* vbi exiguus plane
affectus est, fieri licet : vbi magnus est, duci ad ci-
catricem vlcus prius non poterit, quam illi affe-
ctui remedium attuleris. Talium igitur vlcerum,
qua sic cum aliis affectibus complexa sunt, qua-
tuor sunt particulares curandi intentiones. *Pri-
ma* vitæ rationem sanādis eiusmodi vlceribus ac-
cōmodam præscribit. *Secunda* materiam ante-
cedentem auertit & intercipit. *Tertia* symtoma-
ta & dispositiones, quæ cum vlceribus cōplican-
tur, corrigit & summouet. *Quarta* correctis &
profligatis iis dispositionibus, quib' vlcera com-
plicantur, ea more vulnerum concauorum sa-
nare præcipit. Ceterū primā & secundam inten-
tionē assequimur, humores copia aut praua qua-
litate noxios, quibus laborātis corpus scatet, qui-
que in partem vlceratam influunt, tum corrigē-
do, tum vacuando & auertendo, fluxionemq; i-
287 psam intercipiendo. Porro auxilia quibus cōmo-
de succorum abundantiam & vitium tollimus,
corrigimus atq; auertimus, sunt, venę sectio, pur-
gatio, proba victus ratio, cauterium, vomitio, &
id genus alia. *Fluxiones* vero intercipimus ligatu-
ris, perfusionibus, & epithematibus : item *vng.
ex bol. armen.* atq; aliis refrigerantibus & adstrin-
gentibus, de quibus *in lib. de tumor. præter naturam*
satis dictum est. De iis autem sic Galenus *libr. 4.
method. medendi*, vbi maligni succi & exulcerantis
curationem pertractat, ad verbum scribit: *Æque
vero & mali succi, qui ad exulceratam partem con-
fluit, vlcerant quidem est, sanatio eius hic dicetur. Vt
malignus succus est aut copia redundans, in propriis i-
psorū locis tractabitur.* Cū ergo qui ea vlceratis par
tibus influit succus, nec multo plus iusto, nec
multo deterior sit, auerti hunc regeriq; cōueniet,
adstrictis scilicet refrigeratisq; iis particulis, quæ
ante axulceratam sunt. Inchoanda quoque de-
ligatio est, a laborante ipsa particula, deducenda-
que versus sanam, veluti in fracturis ossium præ-

In tollendis dispositionibus cum vlcere complicatis duplex consiliū esse.

Particulares in curandis vlceribus scopi.

De primo & secundo scopo.

Si succus qui influit, nec copiosus sit, nec malignus.

cepit Hippocrates. Talis enim deligatura mea-
tus adstringit, per quos materia ad particulas vl-
ceratas influit. Sed & quæ ipsis vlceribus admo-
uentur pharmaca, sicceēt valentius oportet, quam
ea, quæ simplici admouentur vlceri. Quod si si-
sti compesciq; medicamentis influxus nequeat,
caussa eius inuestiganda est, atque hæc prius adi-
menda. Ac si quidem ob partis, quæ fluxum ra-
cipit, imbecillicitatem id fiat, huic nimirum me-
dendum est: fuerit autem vlceratæ quoque partis
propria quædam curatio. Sin propter sanguinis
copiam, vitiosumue succum, vel corporis totius,
vel alicuius suprapositarum partium, illa scilicet
prius sunt corrigenda. At imbellicitas quidem
partis, propter quam plus iusto succorum illi in-
fluit, omnino ab intemperie prouenit, non ta-
men ab omni. Eoque fit, vt exulcerata caro non-
nunquam intemperata tantū sit, non autem im-
becilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis, va-
lentior intemperies caussa est. Quomodo autem
curari debeat illa dyscrasia siue intemperies, mox
in sequentibus dicemus. Ceterum qua ratione
quibusve modis fluxiones, quæ vel a toto corpo-
re, vel a membro quopiam in particulam vlcere
laborantem irruunt, intercipere atque auertere 288
oporteat, supra in tractatu *de tumoribus præter na-
turam* abunde dictum est, & ex iis locis petenda
hæc sunt. *Tertia intentio*, quæ symtomata & di-
spositiones, quæ cum vlcere cōplicantur, corri-
git ac summouet, perficitur, prout cuiusque sym-
tomatis & affectus cum vlcere complicati natura
requirit ac desiderat. Porro *(si Galenum sequimur,
lib. 4. method. medend. quemadmodum & Guido fa-
cit cap. 1. de vlceribus in vniuersali)* tradenda est
medendi methodus, non omnium simul, sed cu-
iusque seorsum. Itaque Galenum ipsum imitan-
tes, exordium sumamus ab intemperie, quæ cum
vlcere complicatur, corrigenda. Reliqua vide in
locis iam citatis, & *cap. 3. Joan. de Vigo lib. 4. de
vniuersali curatione vlcerum.*

Si fluxio fiat ob partis imbecillitatē.

Valentior intemperies caussa imbecillitatis partis.

Tertius scopus.

OBSERVATIO V.

De quodam habente vlcus calidum in tibia.

QVI vlcus calidum in tibia habebat, cum in-
temperie calida, huic corpus decenter pur-
gauimus cum *infuso rhabarb. syr. viol. & ex infus.
ros. cum decocto alterante & refrigerante cum aqua
cases*, etiam myrobalanis citrinis, ob fluxionem :
deinde vlcus lauari mandauimus cum *aqua plan-
tag. ros.* & similibus : deinde vng. commode de-
siccatiuum & incarnatiuum etiam refrigerans in
tibiis maxime expertum præscripsimus : ℞. *ceru-
sa* ℥ j. *litharg.* ℈ j. *masticis, coralli rubei, rosar. sang.
drac. camphora ana* ℥ j. *vng. popul. quart.* ß. *olei ros.
viol. aqua solatri, plantaginis q. s. lapidis calaminaris,
ossis sepia an. parum. fiat vng.*

SCHOLIA.

lib. 4. meth.

GALENVS de curatione vlceris dyscrati, id
est, cum intemperie iuncti, hunc in modum
scribit. *Carnis intemperies, si squalens siccaque vide-
tur,*

detur, aqua temperata foueris humectansque corriges. Quoties autem eo remedio vteris, esto tibi perfusionis humectationisque meta, vt cũ primũ rubescit, attolliturque particulæ moles, tũ desinas. Quippe si vltra perfundas, quod attraxisti,

289

Seruata in aponia curatio. id euocabis. Itaque nihil profeceris. Quinctiam medicamentorum humectandi facultas plenior esto, q̃ vt in sana carne pceptum est. Si vero humidior, q̃ pro naturali habitu caro fuerit, contraria ratio ineũda est, ac medicamentorum facultas transferenda, aqua vero nullatenus admouenda, imo si lauandum vlcus videtur, *vinum* aut *posca*, aut *decoctum austera cuiusdam herba* præparandum. *Humidioris intemperiei curatio.* Eodem modo & calidiorem quam par est carnis habitum refrigerabis, & frigidiorem calfacies. Agnosces vero (inquit) horum vtrumque, partim colore, partim tactu, partim laborantis sensu. *Caloris & rigoris nota.* Quippe alias vstionem sentire se fatentur, alias manifestum frigus in particula: gaudentque vel frigidis medicamentis, vel calidis. Et aliis quidem rubor leuis insidet, aliis calor magis albicat. *Curatio fit per cõtraria.* Breuiter, quæcunque partes vlceratæ per intemperiem aliquam a naturali habitu recesserunt, earum sanationem per ea, quæ contraria viribus sunt, fieri omnino est necesse, calidam vtique intemperiem *(vt dictum est)* refrigerando, siccam humectando, frigidam calfaciendo, humidam siccando. Quod si frigidior humidiorque locus sit, calfaciendo pariter ac siccando: & in aliis ad eundem modum, vincentem scilicet qualitatem contraria semper oppugnans. Atque vbi intemperiei affectũ iam sanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum sanabis, non aliter plane nũc curata intemperie, quam si citra vlcus incidisset. Quo manifestum fit, non esse vlceris, sed intemperiei propriam omnẽ eiusmodi curationẽ, quæ tamẽ vlceris ipsius sanationem omnino præcedere debet. Si quidẽ fieri non põt, vt in vlcere vel carnis productio, vel sinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, recte vnquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. *Caro recte se habet, si proprium seruat temperamentum.* Hæc autem recte se habuerit, si *(quod reliquis etiam omnibus est commune)* proprium temperamentum teneatur. Ergo, si exulcerata caro iniusto calidior frigidiorve effecta fuerit, vtique medelam exigit quæ in tantum calfaciat, refrigeretve, in quantum ipsa a naturali suo habitu recessit. Subiectæ namque carnis effectus, caussæ rationem obtinet ad id quod efficitur. Quippe ex hac *(vt Galenus inquit)* & per hanc, tum quæ dissident, glutinantur, tum quæ caua sunt carne implentur, itaque temperatam esse subiectam

290 carnem, ad vlcera tum glutinanda, tum carne implenda, prorsus oportet.

OBSERVATIO VI.

De vlcere cum dolore, in quodam plethorico.

PLETHORICVS quidam vir, cum vlcus haberet in crure, cum dolore, huic sanguinem in brachio ex opposito partis affectæ detrahi iussimus, & locum vlceratum cum *anodynis & emollientibus, vt fitu malua, viol. althea, camomilla, seminis malua & plantaginis*, quia calorem exiguum habebat, foueri mandauimus. Quibus administratis dolor sedatus est primum; ac inde chirurgus, qui vlceri medenatur, postea cõmode ac quam citissime vlcus ipsum propriis remediis curauit.

SCHOLIA.

DE vlcere doloroso, & hæc adiicienda duximus. Dolor enim vnum est ex symptomatis, quæ vlcerum curationem remorantur, & impediunt. Quocirca si vehemens aliquis dolor vlceratæ parti incidat, protinus hic aut tollendus erit, aut saltem quoad licebit, demulcendus. Dolor enim, præsertim vehemens, vires prosternit, & fluxionem prouitat: proinde & vlceris ipsius curationem prohibet. *Vlcus curant.* Itaque tametsi quæ vlceratis partibus seu particulis ad doloris sedationem admouentur, vlceri aduersentur. quoniam tamẽ ex doloris vehementia plerumque imminet laboranti periculum, & propriam vlceris curationem moratur, neglecto ad tempus vlcere, dolori tamquam vrgentiori primum maximeque intendendum est. In complicatis namque affectibus, id ex quo primum maximeque homini imminet periculum, quod magis accelerat, & vrget, primum curari atque auferri debet. *In complicatis affectibus vrgentiora semper primum succurrendum est.* Ceterum quibus auxiliis dolor mitigari, aut sedari possit, in libris *de tumoribus præter naturam*, tum *6. iam præcedente de vulneribus*, copiose satis dictum est.

OBSERVATIO VII. 291

De erysipelate vlcerato.

IN erysipelate vlcerato post vniuersalia hoc sequens cataplasma commode applicuimus: ℞. *foliorum plantaginis, rosarum, corticum granatorum, lentium, maluarum, viol. an. q. s.* coquantur in aqua, & pistentur: adde *farina hordei* & *olei rosacei*, quod satis est ad conficiendum emplastrum. Ita quoq; cum vulneri erysipelas superueniret, emplastrum ex *lithargyrio* & *cerusa* mixtis cum *succo solatri* & *oleo rosaceo* pbe incorporatis egregie cõtulit. Ita & Iacobus Carpus ad pruritum cũ vulnere, *ex tereb. oleo* & *melle* vnguentum confecit.

SCHOLIA.

SI tumor aliquis præter naturam cum vulnere aut vlcere misceatur, is prius curandus est, *vt de vulneribus diximus.* Sed quod ad præsens negotium attinet, de vlcere cum tumore particulæ, dixit ipse Auicenna de vlcere apostemoso *(vt refert etiã Guido)* quod in ipso oporteat maxime inhibere & curare apostema, vt curetur vlcus: & si id non possis vllo modo prohibere, cura ipsum, quodcunque fuerit, curatione sua propria, cum obseruatione ipsius vlceris. *De vlcere apostemoso, siue cum tumore particula.* Curatio inflammationum seu etiam apostematum dicta est de tumoribus præter naturam, & similiter de curatione vniuersali vulneris. Si igitur erysipelas, phlegmone, vel alius tumor fuerit mixtus cum vulnere aut vlcere, prius curetur. Ad eundem enim modum & partium *(vti diximus de intemperie & dolore)* quæ cum aliquo præ-

ter naturam tumore exulcerata sunt, earum prius sanandus tumor est: fieri enim non potest, vt vlcus, tumore manente, ad sanitatem perducatur. Quocirca omni studio laborandum est, ne phlegmone, aut quiuis alius tumor in loco vlcerato excitetur: quod si id prohiberi non
292 possit, remediis dicatis curari debebit, vlcere tamen interim non neglecto. Quæ autem omnis præter naturam tumoris curãdi ratio sit, in præcedentibus fusissime, scilicet in libris *de tumoribus præter naturam*, dictum est. Compendiaria igitur obsessarum phlegmone partium vlceratarum curatio, per id genus præsidia obitur Galeno, quæ sane vel affectum prorsus summouẽt, vel si quid exiguum, quod suppuret, reliquerint, alterum medicamẽtum acre, quod educere pus queat, requiritur: vel si tenuis circumposita cutis sit, velisq; celerius explicatum ægrum, sectio petenda est. Quod si cataplasmate ex hordei farina, aqua & oleo, quod calfaciat humectetq;, illinantur partes vlceratæ, quæ phlegmone infestantur, lenientis *(vt Galenus ait)* tractatio est, nõ medentis, & contra malum pugnantis. Id enim non ex prima ratione fit, vt remedium affectus, sed vt symptomatis mitigatio. Si quidem ipsius phlegmones remedia *(vt auctor est Hippocrates)* sicciorum sunt virium. Itaque si inflammatio vlcera aut etiã vulnera adhuc recentia obsideat, vsus est medicamentorum, quæ desiccant atque inflammationẽ arcent. Ex liquidis *(inquit Paulus)* laudatissimum est *vinum*, deinde *posca*. Si vero sordes quoque cum inflammatione occupẽt, mulsa diluta conuenit. Ex iis autem medicamẽtis quæ siccandi potestate prædita sunt, communiter quidem conferent, inflammationibus dicata, quæ in lib. *de tumoribus præter naturam* scripta sunt, si oleosa acriaque excipias: priuatim autem hoc proficit. Malum punicum dulce vino incoctum tritumque illinitur. Mirabile nimirũ & *(vt Paulus ait)* multiplici vsu commendatum est remedium. Facit enim tũ ad capitis tũ naturalium vlcera, tum etiam ea quæ in toto corpore excruciant, oculorumque inflammationes. At si erysipelas aut eiusmodi quippiam vlceri accesserit, iis vtendum præsidiis, quæ aduersus illa superius in libris de tumoribus præter naturam scripta sunt.

Phlegmonosi vlceris curatio.
Lib. 4. method.
Si inflãmatio vlcera exerceat.
Vinum.
Posca.
Malum punicũ dulce.

OBSERVATIO VIII.

De cõtusione, in qua metus erat de abscessu frigidiore.

PETRVS Sasbotus zythepsa Delphensis ditissimus, anno 1558. cum cecidisset in genu, mense Decembri, post decem dies demũ ad eum accitus sum cum chirurgo. Genu autem eo tempore circa patellam valde inflatum erat, sine in-
293 flammatione tamen. Chirurgus metuebat abscessum frigidum. Sed iniuncto loco affecto *oleo chamomillino*, *folia rorismarini* & *saluia* ac *chamomillæ flores*, simul decocta sunt in ceruisia crassiore (quæ adhuc ad refrigerationẽ ponitur) & cum *panno laneo* intincto sæpe patellam chirurgus fouebat ac genu: deinde inunxit cum *oleo chamomill.* postea *ol. chamom.* & *dialthæa cum gummis*, fascia semper diligenter circumiecta, facta resolutione breui curatus est, non accedente abscessu aut vlcere, de quo prius metus erat.

SCHOLIA.

DE simplici contusione, tum ea quæ cũ vulnere fit, in præcedentibus diximus: at nunc breuiter hic de vlceris contusi curatione, ordine *(vt polliciti sumus)* adiiciamus. Galeni ex Hippocratis testimonio sententia fuit, vlcera omnia, præter ea quæ contusa sunt, siccari oportere. In iis vero quæ cum contusione facta sunt, quam celerrime pus mouendum esse. Si quidem necesse est carnes sic contusas putrescere, vt noua tandem caro gignatur. Pus autem ipsum siue carnis contusæ suppuratio, cum aliqua putrescentia fit. Porro quæ putrefiunt, omnia ex calido & humido sic afficiuntur. Proinde fit, vt ea quæ calefaciunt & humectant, omnib. affectib. his, quib. moueri pus expedit, semper admoueamus. Cataplasmata igitur ex *hordei farina, aqua & oleo* item quę *ex pane, aqua & oleo* componuntur, conueniunt. *Præterea* fomentum multæ calidæ aquæ, & tetrapharmacum *(seu qua calefaciant humectentque & pus quam celerrime moueant)* vlceribus contusis recte adhibentur. Sed præstat ipsius Hippocratis verba adicere: *Quodcunq; vlcus (inquit) cæsim percussimve acuto telo est diuisum, medicamentum enhæmum & siccans aliquod, quod suppurare vetet: sin caro aliquo telo tum contusa tum cæsa sit, huic ita medendum est, vt quam celerrime suppuret. Nam & minus phlegmone vrgebitur, & necesse est carnes, quæ contusa cæsaque sint, putrefactas & in pus versas liquari, postea nouam carnem nasci.* His itaq; verbis aperte nos docet Hippocrates, vlcera quæ sine contusione accepta sunt, quam maxime siccare. in his vero quæ cum contusione facta sunt, quam primum pus mouere. Porro eorum, quæ puri mouẽdo aptissima sunt, materiam in lib. de *tumoribus præter naturam*, tum in multis locis aliis, & de *vulneribus contusis* libro præcedente inuenies.

Vlcera cum contusione facta, ad suppurationem ducenda.
Cataplasmata suppuratoria.
Aqua calida.
Tetrapharmacum.

OBSERVATIO IX.

De supercrescente carne in vlcere. 294

CARO putrida cum excresceret in vlcere in muliere, puluerem illum corrosiuum descriptum a Bertapalia de vlceribus *cap. 11.* de carne addita super vulnera remouẽda, qui minuit carnem mollem, & sine molestia, inspergebamus. Cuius hæc est descriptio: *℞. cortices granat. gallã, & spongiam adustam*; & fiat puluis. & ipsa spõgia adusta sola minuit carnem sine dolore & ægri molestia. In altero quoque vsi sumus, & in multis frequentissime, *vng. Ægyptiaco*: corrodit enim carnem sine mordicationẽ, vt etiam puluis solus *hermodactylorum*. Sed & *trochiscis ex arsenico* apud eundem descripsi. Vide eodem loco citato alios pulueres, & vnguenta quædam ad hanc rem aptissima.

SCHO-

SCHOLIA.

Decarne in vlceribus excrescente, quam Graci hypersarcosin nominant, tollenda. CARO in vlceribus supra quam par est excrescens medicamentis exsiccantibus tollitur. E quorum sane numero sunt *diphryges* (cuius tria sunt genera apud Diosc.) inspersum aut cataplasmatis instar inductum, *squamma aris, omniaque testacea* combusta. Item *echini*, hoc est, erinacei vtrique, tã terrestres quam marini, cum toto corpore concremati. Verum hæc non admodum eximie, sed modice ac medriocriter dũtaxat purgant, & supercrescentia compescunt.

Asia lapidis flos. *Asia* vero *petra flos* longe validius, & eo magis *sory, chrysocolla, chalcitis, mysi*. combusta tamen minus vellicant & rodunt: sed & æris flos, *chalcanthos* dictus: & omnibus valcorior *arugo*.

Sales concremati. Sales quoque concremati, carnes cum humore flaccidas consumont, ac liquefaciunt. *Linamenta e panniculo discerpta*, muria acriori imbuta, & denuo resiccata, atque imposita, mediocres carni-

295 um supercrescentias liquefaciunt & exedunt.

Faustini pastilli. Sed magis Faustini pastilli a Paulo *lib.* 7. descripti: ℞. *auripigmenti* ℥ x. *sandarache* (quæ rubrum est auripigmentum, & a natura magis excoctum) ℥ vi. *calcis viua* ℥ v i i i. *carta combusta* ℥. j. *myrti baccarum* succo vel decocto excepta in pastillos redigito. triti inspergantur. Valent & *cortices asphodelorum*, *Ægyptiacum vng.* & *apostolorum*.

Vng. Ægypt. Apostolorũ. Cautio. Ceterum dum hæc caustica atq; erodentia medicamenta admouentur, partes quæ in circuitu sunt, refrigerantia desiderant, ne scilicet in partem vlceratam ex rosione, calore & dolore, humorum fluxio aduocetur. Deinde crustæ vlceribus inductæ resoluendæ erunt, & vlcus ad sanitatem perducendum. at de vlceris cum duritie & tenebrositate seu decoloratione laborũ, curatione, etiam hęc addamus, nam etiam huc spe-

Vlceris cum duritie & decoloratione laborũ curatio. Excisio. Scarificatio. ctat. Cum labra tantum vlceris decolorata durave plusculum fuerint, excidenda ea sunt (*Galeno auctore*) ad sanam vsque carnem, Auicennas autem decolorata eiusmodi duraque vlceris labra scarificanda esse præcipit, & ab eis sanguinẽ, admotis etiam cucurbitulis, extrahendum. Sanguincautem, quod satis esse videbitur, educto, spongia to siccam, hoc est, nullo liquore madentem, ac postea etiam medicamenta quædam resiccantia superimponere iubet. Sed de iis ante Auicennam ad eundem fere modum scripserat Hippocrates, qui certe nihil omnino eorum, quibus ad vlceris curationem est opus, omisisse videtur. Hic enim non solum vlcerum (*ipso etiam Galeno teste*) quæ citra alium affectum consistunt, sanandorum rationem inuenit, (*vt quæ in siccando, vt supra dictum est, consistat*) sed etiam priuatim per species affectuum cuiusque. Si quidem vel liuidum, vel nigrum vel rubrum conspicitur, scarificando, ac sanguinem emittendo: mox spongiam statim sicciorem magis, quam humidiorem, hoc est, siccam potius quam humefactam superimponendo: post hæc vero etiam siccantia remedia applicando: ab his, si res pollulet, rursus sanguinem auferendo, ac mox iterum talia peragendo, donec parta omnino sanitas sit: quod si labra vlceris dura, callosaque appareant, etiam ea excidendo; cum vero amplius progressus huiusmodi affectus est, deliberatio incidit, excidendum ne omne id sit, ꝙ pter naturã visitur, an spacio potius curandum: proculque dubio est, ægri animum hoc casu consulendum esse. Aliqui enim longiori tempore curari citra sectionem malunt: aliqui quiduis subire, dummodo citius sanentur, sunt parati. Ce- *Lib. 4. Therap.* 296

Varicum & vlcere complicatarum curatio. terum excidere (*vt postea Galenus ait*) res est prõtissima: maius vero quippiam atque artis egens, medicameotis sanare. Huc quoque spectat varicum cum vlcere complicatarum curatio, quod prius sanemus eas (*nam ab iis contumax ad sanandum vlcus redditur, quippe quod ex his humiditas aliqua ad vlceratas partes defluat*) deinde mox vlcus. At quomodo varices curentur, diximus *lib.* 27. *obs.* & *curat. medicinalium nostrarum*. Si neque illa curatio tibi satisfaciat, his adiunge *cap.* 12. *lib.* 3. *Tagautii, de vlceribus*. Vide & Æginetam *lib.* 6. *cap.* 5.

OBSERVATIO X.

De vlcere verminoso.

VERMES cum non solum in auribus & in intestinis generẽtur, sed etiam in abscessib. & apostematibus, *vt Albucasis & Auicenna notarunt*, imo etiã in virga & vesica, vt alicui accidisse constat (*teste Bertapalia de vlcerib. cap. 5. de vermibus orientibus in vlceribus*) ita & in vulua cuidã puellæ apparuere, & sub cranio cuiusdam pueri in contusione cranii cum, fractura: nam in quocunque loco materia apta est, ibi effectus sequi potest. Ceterum cum hic Delphis in vlcere quodam vermes adessent, vnguentum in vlceribus ad vermes descriptum ab eodem Bertapalia, adhibuimus: quod habet *olei amygd. amar. succi arantiorum acidorum, vini malnatici ana* ℥ ß. *pul. colocynth. centaurea ana* ʒ ij. *cera* q. s. fiat vng. Vide & aliud vng. ac emplastrum quoq; tum oleum pretiosissimum apud eundem loco iam citato.

SCHOLIA.

VT vermes qui in vlceribus procreantur, arceas, primum quidem est, vt humiditatem putredinemque eorum opificem tollas. Itaque vermes in vlceribus exortos interficiunt, & putredinem simul auferunt, succus & decoctum *absynthii*, & *agrimonia*, vel *centaurii* vel *marrubii*, *calaminthi* quoque officinarum (quod primum genus est *calaminthe* Diosc.) succus iugiter instillatus, atque id genus multa, quæ etiam aurium vermes necant. Priuatim autem ad vermes, qui vlcera infestant commendatur Archigeni & Theodoro medicamentum quod recipit *ceruja* & *potis parem mensuram*, cum *pice liquida* illitam. Conducit etiam magnopere *tiramentum saliua ieiuni hominis* illitum & applicatum. Hoc vermes etiã in auritb. perimit, & cõcolores cicatrices reddit, *vt testatur Aetius*. Nunc ad vlceris dirupti & cum ossis corruptione complicati curationem accedamus. *Ad verminosa vlcera.* 297

Observatio XI.

De ulcere cum ossis corruptione.

VLcus cicatrice obductum denuo inflãmatum sua sponte ruptum est, & apparuit os corruptum sub vlcere latens. Chirurgus fracta ossa tum squammæ vt exsiccarentur, & exciderent ossium cortices, & vt caro bona renasceretur, cõmode hoc puluere sequenti vsus est: *℞. aristol. rotundæ, ireos, myrrhæ, aloes combustæ, peucedani ana ʒ. j. scoriæ æris corticum pini ana ʒ. ß.* fiat pulu. adiectum est deinde mel, vt fieret emplastrum.

Scholia.

Vlceris disruptio & cum ossis corruptione complicati curatio.

VLcerum nonnulla, cicatrice obducta, postea tempore haud ita multo interiecto denuo inflammatione tentantur, rursumq; sua sponte & per se rumpuntur, & a continuitate sua discedunt. Osse enim quopiam substrato male affecto, hoc est, vitiato & corrupto, circumdata ac superiacens caro ex facili quidem interdum ad cicatricem ducitur, & sana ex toto, sed vnguéque restituta esse videt: verũ cursu humoris valido, paulatim ex osse in alto cõt .besce-te, ac putrescente, tũ inflãmatio, tũ pus oboritur,
298 quod cicatricem lacerat & dirumpit. Ceterum vitiati ac corrupti ossis signa hæc sunt. *Primo* fere pingue fit: *deinde* vel nigrum, vel cariosum. Quæ supernatis grauibus vlceribus (*vt Celsus ait*) aut fistulis, hisque vel longa vetustate, vel etiam cancro occupatis eueniunt. Quænam igitur horum vlcerum curatio erit? certe eatenus exsiccare, quatenus squamma affecti ossis exciderit. Ideo & Auicenna dicebat: *Et si in vlceribus superueniunt ossium fragmenta, & panniculi aut alia similia, ne properes in extrahendo ea, sed eo modo procedas vt in cap. de vuln. ossium dictum est.* Ceterum ossium squammæ facile excident, si agrestis pap. & fici arboris foliis cum polenta læuigatis, atque ex vino illitis ipsius ossis sinus concauos repleueris, aut alterci (quem Græci *hyoscyamum* dicunt) semen, & *atramentum sutorium*, pari pondere contrita imposueris. Sed & *peucedani* radix contrita, subito squamas ossium remouet (*vt alias diximus*) ac separat Squammas etiam ossium breui detrahit, & nouam probamque carnem desuper renasci facit sequens medicamentum, quod *admirabile* vocat Auicenna. Recipit autem *aristol. ireos, myrrhæ, aloes, corticis plantæ panacis* (ex qua fit succus opopanax dictus) *canabil* (quod apud Arabes genus est cuiusdam terræ rubræ minutæ vt arena, & Galeno ac Græcis *Eretrias*, vt & putat Tagautius, dicitur) *adusti, scoriæ æris, corticis pini an. portiones æquas:* melle omnia excipiantur. & fiat emplastrũ. Oportet autem ante omnia vitiatum ac corruptum os nudare, vlcere exciso: & si latius eius corrupti ossis vitiũ est, quam vlcus fuit, carnem subsecare, donec integrum os vndique pateat. Osse autem sic nudato, totum id quod pingue & corruptum est, candente ferramento semel iterumve (*vt res exigit*) admoto adurendum est, vt ex eo statu secedat. Aut certe eradendum, donec iam aliquid cruoris ostẽdatur, quę integrioris & minime corrupti ossis nota est. Neque alia facienda sunt, vbi caries & nigrities in summo osse est. Siquidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel radendum est. Porro qui radit hæc (*inquit Celsus*) audacter imprimere ferramentũ debet, vt & agat aliq d, & maturius desinat. Finis est, cũ vel ad albũ os, vel ad solidũ ventũ est. Albo namque finiri ex nigritie vitium (*vt sæpe experientia in Hospitali mortis Bononiæ vidimus*) soliditate quadam manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid integro supradictum est. Ceterum si caries alte descendit, per terebram vrgenda crebris foraminibus est, quæ altitudine vitium æquent. Tum in ea foramina demittenda candentia ferramenta sunt, donec inde siccum os ex toto fiat. Simul enim post hæc & resoluetur ab inferiori osse quodcunque vitiatum est, & is sinus carne replebitur, & humor aut nullus postea feretur, aut mediocris. Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi. Sed quod totum vitiatum est, totum eximendum est. Si inferior integra est, eatenus, hoc est, vsque ad subiectam partem ossis integram, quod corruptum est, excidi debet. Sunt qui post abrasionem cauterium admouendum esse suadent: nec immerito sane. Nam si corruptela ossis ex humiditate excrementosa & superuacanea, ipsius ossis substantiam labefactãte ortum habet (*& certe magna ex parte habet*) nullum præsentius aut tutius remedium excogitari potest ipsa vstione, seu cauterio (*vt vocant*) actuali. Hoc enim decenter admotum & cito & tuto in summo quoque & alto (*non secus quam ignis ipse actualis*) desiccat. Post vstionem vero ferro candente factam, rosaceum calidum infundunt Guido autem a Cauliaco post vstionem cauterio (*vt dictum*) actuali (*quod in hoc affectu magnopere probat*) decenter factam, *rosaceum cum candido liquore* permixtum tribus primis diebus admouet; triduo vero alio sequente, loco albuminis, *luteum oui* (quod *vitellum* appellant) *rhodino*, id est, rosaceo commiscet: postea *butyrum* cum *melle rosato* infundit. Sed præstat eius verba hoc loco subiicere: *Ego* (inquit) *post cauterium pone oleum rosarum cum albumine oui per tres dies cum vitello oui, & postea butyrum cum melle rosato: & desuper impono aliquod mundificatiuum, vsque ad ossis consolidationem: & post cum puluere emplastri dicti, hoc est, ex Auicenna superius commemorati, incarno & consolido.* Hisce adiungere poteris quæ Bertapalia de vlceribus cap. 12. *de regimine vlcerum quæ disrumpuntur post consolidationem*, scripserit: habes ibidem duo vnguenta ad ossa remouenda & extrahenda valde accommodata. Nunc ad vlcera *dysepulotica* inueterata, & quæ *cacoethe* & *Chironia* dicuntur, veniamus.

Ossis vitiati notæ.

Quæ ossium squamas excidere faciãt.

Emplastrum Auicennæ.

Canabil.

Terra Eretrias.

Si caries alte descendit. 299

Vstio.

Quæ post vstionem sint agenda.

Obser-

OBSERVATIO. XII.

300 *De vlceribus malis & malignis inueteratis.*

AD vlcera mala Carpus vtebatur vng. ex litharg. coctu: ℞. *lithargyrii auri & arg. ana* ℥ vi. *olei communis lib. 4.* misce, pone ad ignem, & fiat vng. Sic qui magnum vlcus habebat, quod exsiccari non poterat, hoc sequenti medicamento exsiccatum est: ℞. *argenti sublimati, auripigmenti, salis ammoniaci, salis communis ana* ʒ j. *aqua currentis lib. j.* bulliaot omnia simul vsq; ad consumtionem duarum partium: & vsui reseruetur. Mulieri vero illi Delphensi, quæ vlcera maligna etiam profunda & inueterata habebat (nam plus quam septem anois durauerant) *decoctum Guaiaci* cum herbis etiam appropriatis ad fistulas & sanguinis mundificationem continuo exhibui: sæpiusque eam purgaui, modo cum confect. *hamech*, modo cum *pilulis indis*, modo cum *pill. fumiterræ*. Et ita tandem iotegre curata fuit.

SCHOLIA.

NEOTERICI quidam diuerso modo de vlceribus malignis scribunt: nam Ioannes de Vigo *lib. 4. de vlceribus in* vniuersali vno capite tractat de vlceribus virulentis corrosiuis atque malignis: & rursum *cap. 7. de vlceribus, quæ cum difficultate sanantur*, agit, & de *vlcere difficilis consolidationis cũ proprietate occulta*. Alii seorsim de his scribunt. Ceterum omissis barbaris, hic ea ponemus, quæ Tagautius e variis authoribus collegit *lib. iij. de vlceribus cap. 15. de vlceribus dysepulotis inueteratis, & iis quæ cacoethe* & *Chironia dicunt*: nam & in eodem capite etiam ea referuntur, quæ Guido a Cauliaco de vulnere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta scripse-
301 rit. Vlcera igitur quæ ad cicatricem ægre du-
Dysepulota. cuntur, Galenus Græce *dysepulota* nominat. Quæ vero ægre sanabilia, dolosa, malefica siue maligna, contumacia, rebelliave dicimus, eidem & Græcis aliis, qui de re medica scripserunt, authoribus *cacoethe* nominantur. *Cacoethe.* Hæc quoque, præsertim inueterata, & quæ vix cicatricem recipiunt, alii *Chironia* appellarunt, *Chironia.* ceu Chirone medicinæ peritissimo indigentia, alii *Telephia*, *Telephia.* quod in tali vlcere Telephus consenuerit. Galenus *lib. 4. de compositione medicamentorum secundum genera*, vlcera cacoethe diuidit penes vehementiæ differentiam in *maligniora*, seu præter modum malefica, & *mediocria* seu *moderatiora*: atque hæc quidem imbecillioribus, illa vero valentioribus remediis curari præcipit. Illa autem non mediocriter, sed maxime maligna contumaciaque vlcera Asclepiades atque alii veteres (*vel ipso Galeno teste*) Chironia proprie nominabant. *Chironii vlceris descriptio, ex Cor. Celso.* Ceterum Cornelio Celso auctore, (*Chironium vlcus* appellatur, quod & magnum est, & habet oras duras, callosas, tumentes, ex quibus exit sanies non multa, sed tenuis. Odor malus, neque in vlcere neque in eius tumore est. Nulla inflammatio, dolor modicus est, nihil serpit: ideoque nullum periculum adfert: sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur: deinde iterum rumpitur, vlcusque renouatur, & maxime in pedibus & cruribus.) His similia sunt, quæ Auicennas ægre sanabilia, & occultam quandam nobis proprietatem habentia nominat. *Hæc enim* (inquit ille) *neque putrida sunt, neque corrosiua, neque ambulatiua, sed sunt vnius dispositionis plana, claudentia sese, & recidiuantia sæpe*) qualia Brassero sacerdoti apud Diuam Agatham Delphis nunc eueniunt) *hoc est, cicatricem frequenter ducentia, & rursus sæpe se aperientia, & renouantia*. Porro multæ ac variæ sunt caussæ, quæ eiusmodi malignorum, contumacium, atq; ægre sanabilium vlcerum coitionem remorantur & impediunt. *Variæ caussæ propter quas non sanescat vlcus.* Nempe fieri aliquando potest vt labra exulceratæ partis callosa & dura, caussa sint, quo minus sanescat vlcus. *Labra callosa.* Potest etiam caussa esse intemperies, vel quæ cum tumore aliquo coniuncta sit. *Intemperies.* Potest & varix superiacens: *Varix.* vel lienis auctio & malus affectus: vel in iecinore vitium aliquod, *Lienis aut iecinoris vitium.* præterque hæc omnia imbecillitas ægræ partis, quæ (*vt Galenus ait*) ipsa quoque intensa quædam est intemperies, *Imbecillitas partis.* vlceria curationem in
multos menses protrahere. Quin etiam vi- 302
tiosus in toto corpore succus (*cacochymiam* vo- *Cacochymia.*
cant) maxima caussarum est, quæ incommodare vlceribus possunt, & ea diuturna contumaciaque efficere. Verat sane non minus vlcera, atq; ea curatu difficilia reddit, succorum æquabiliter se habentium exuberantia, quam *plethoram* appellant. *Plethora.* Quæ omnes caussæ, & si quæ sint aliæ, in duas (*vt supra docuimus*) reuocari possunt: nempe *in carnis subiectæ intemperiem*, & *humorem confluentem*. Itaque si eiusmodi vlceribus *dysepulotis*, id est, ægre cicatricem admittentibus, maleficis, cootumacibus atque inueteratis aliquando velis mederi, necesse est caussas, quæ illa creaot, primum summoueas atq; abscindas, deinde maligni ipsius vlceris curationem aggrediaris. In morbis namque omnibus nedum vlceribus, in quibus effectrix caussa adhuc manet, ab hac incoanda curatio est. Magna igitur attentione inspiciendum atque considerandum venit, num corpus totum cacochymum vel plethoricum exsistat, vel lien aut iecur male afficiatur, vel labra vlceris dura & callosa sint. Item num aliqua insignis subsit partis vlceratæ intemperies, aut etiam varix aliqua superiacens fuerit, cuius occasione contumax ad sanandum vlcus redditur. Ergo si totum corpus cacochymia aut plethora laboret, prius expurgare vacuareque expedit, quam medicamentum vlceri admoueas. Si vero lien aut iecur male afficiatur, his prius prouidere, deinde ad vlcus curandum venire oportet. Eodem modo & *varices*, quæ sæpe supra exulceratum locum sunt, prius (*vt supra dictum est*) tollendæ sunt, deinde vlcus sanandũ. Intemperies quoq; atq; imbecillitas, quam sæpe insignis quædã parit intemperies, antequã ad vlceris curationẽ accedamus, corrigenda erit. Breuiter, *et quod fluxionis in partem vlceratam decumbentis est caussa, atque ægra*

attendenda erit. Quod maximum Galen. censetur, inter ea, quę ad horum vlcerum curationem pertinent, neglectum tamen (*inquit*) medicinalis materiæ scriptoribus. Nam hi solas vniuersales ipsius vires dicere studuerunt: inter quos fuit & Dioscorides, quem nulli eorum qui in eadem quasi arena desudarunt, hoc est, de medicinali materia scripserunt, secundum esse, vel Galeni ipsius testimonio quisquam dixerit.

Dioscorides.

Sed & qui composita medicamenta tradiderunt, de iis indeterminate & citra distinctionem scripserunt. Neque enim virtutem ipsius medicamenti, *an* scilicet *validissimum*, *an moderatum* vel *imbecillum* esset, explicuerunt: neq; difficultatis aut malignitatis latitudinem ipsorum vlcerum, aut naturam habitumve corporum vlcere laborantium expresserunt: qua nimirum distinctione omissa, per multos medicos & chirurgos, interdũ male, pharmacis, quæ posteris scripto reliquerunt, vti contingit: ideoque nonnumquam scopum mirifice adsequi; interim ab illo errare, alio delabentes. Itaque non iniuria tam veteres, vt *Andromachus*, *Crito*, *Asclepiades*, quam recentiores scriptores accusandi veniunt, qui sine vlla distinctione remedia scripserunt ad *dysepulota*, id est, cicatricem difficulter recipientia; item ad *cacoethe*, id est, malefica, siue maligna & cõtumacia vlcera, plurima etiam ex iis sunt virtute inuicem longe diuersa. Si quidem nõnulla horum vehementiora sunt, alia moderatiora, quædam vero imbecilliora. Adde quod & alia vlcera (*vt diximus*) magis, alia minus dysepulota, & difficilia, malignaque sunt. Sed nec corpora eius generis vlceribus scatentia, eiusdem prorsus (*vt paulo ante dicebamus*) naturæ ac dispositionis repetiũtur. Quare neque eadem omnino medicamenta desiderant. Itaque ad maligniora vlcera, & corpora duriora ac robustiora, valentiorib. vtendũ erit remediis: ad mediocria vero, & molliores ac

Quid de medicamẽtis indeterminate & citra distinctionem scripserunt, erroris occasionem aliis dederunt.

306 delicatiores corporum habitus, imbecillioribus. Merito igitur (*vt initio quarti lib. de compos. med. secundum genera scribit Galenus*) omnis qui vnum duntaxat medicamentum vlceribus malignis cicatricem inducere promittentes habẽt, successu crebro frustrantur. Nam duo (*minimum*) quæ idem pollicentur, eãdem facultatem ostendunt, diuersa alioqui inter se non simpliciter maioris minorisque, verũ (*vt inquit ille*) maxime ac minimi ratione, in promptu adesse illi conuenit, qui omnia id genus vitia curare proposuerit. Nos itaq; deinceps pharmaca, primum quidem simplicia, deinde composita recensebimus, ac etiam seriatim enumerabimus, quæ vlcera (*de quibus nobis hic sermo est*) citra demorsum & manifestã exasperationem exsiccare possunt. Ceterũ cum varie (*vt iam sæpius dictum est*) inter se differant, in eo quod magis minusve siccent, expressam eorum mẽtionem faciemus, quæ valide ac vehementer, quæ moderate, & quæ obscurius, seu imbecillius exsiccant: a metallicis, *Galenum secuti*, incipientes; quibus etiam terræ species adnumerantur. Siccant igitur modice

Ordo dicendorum.

Lemnia sphragis, siue *Lemnium sigillum*, ita quidẽ cognominatũ ob impressam illi sphragida, hoc est, *sigillum Dianæ sacrum*: nos & *terram sigillatam*, illam vocamus. Idem potest & *Cadmia*, quam *Chimiam* & *Cathimiam* nominant. Hæc autem pluribus deinceps diebus sub Canis feruore ex aceto trita, aut vino plane giluo, & substantia pellucido, facultatem acquirit magis siccantem. Quod si ex acri aceto teratur, siccataque reponatur, vlceribus valde etiam malignis, Galeno & Aetio commode inspergitur.

Moderate siccantia simplicia.
Lemnium sigillum.
Cadmia.

Valentius *cadmia* & *Lemnio sigillo* pharmacum est *chalcitis* (quę species est vitrioli, apud Arabes *colcothar*, *chalcadis* & *Zegi* nuncupata) combusta, in cadmiæque morem trita, atque in puluerem redacta, & postea exsiccata. Nam cruda, hoc est, ignem non experta, tanta pollet efficacia, vt etiam cuti crustas inducat. Lota quam vsta minus desiccat, minusque mordax reperitur.

Chalcitis.

Persimile quoque medicamentum est *ærugo cremata*, quæ & *æris ærugo* etiam dicitur, & vulgo hodie ab omnibus *viride æris*. Non combusta autem minus efficax medicamen est, sicuti & *chalcitis* quę ignem non experta est. Verum hæc (*chalcitis* inquam) nonnihil etiam adstringit, & ea multo magis adhuc *chalcãthum*, id est, *atramẽtum sutorium*, quod inter metalla maxime siccat. *Mysi* autem & *sori* 307

Ærugo.

chalcitidi genere cognata sunt ex vna, vt ita cum Galeno dicam, radice producta. Itaque tria hæc (quæ sub vitrioli genere comprehenduntur) maioris tantum & minoris ratione differunt.

Sori.

Stibi siue *stibium*, quod Græcis Στιμμι, vulgo autem in officinis *antimonium* dicitur, magis quam sori desiccat & adstringit.

Stibi vel stibium, vulgo antimonium.

Porro *diphryges* appellatum pharmacum, vlceribus ægre humiditatis vitio ad cicatricem venientib. aptissimum est. Valide enim desiccat, tametsi modice mordax sit. Adhæc præter acrem tum qualitatẽ, tum potentiam, vim habet adstrictoriam: quas tamen vtrasque fortiores & chalcitis cruda & chalcanthum, id est, atramentum sutorium, repræsentat.

Diphryges.

Omne quoque *aluminis* genus vlcera exquisite desiccat, & generose adstringit. Vnde nemo (*inquit Galenus*) solis his ad vlcera vtitur, sicut nec cruda chalcitide, & ærugine, vsta vero & hæc & mysi vtilia sunt, at elota morsũ quidem remittunt, verum minus siccant. Illud enim metallicis omnibus commune est, quod combustis elotisque erosio, quæ prius adsunt, edomatur ac interit. Quamobrem his sic crematis & lotis vti quidem licebit in pueris, eunuchis mulieribusque, præsertim candidis, imo etiã & viris, qui cute alba visuntur, & molli carne natura sunt præditi: item in eis, qui ad sentiendum habiles admodũ sunt, & plethora, vitiosoq; succo laborant. Talia enim corpora facile ex morsu, seu rosione phlegmonem accersunt. Itaq; cũ permulta corpora quibus mederi cogimur, vnã quandam dispositionem habeant, qua vehemẽtem cõmorsum ferendo non sunt, tutius est lotis quam non lotis vti. Ceterum alia præter hæc metallica superius cõmemorata, plurima adhuc

Alumen.
Erosio metallicis per combustionẽ edomatur.
Tutius est lotis metallicis quam nõ lotis vti.

simplicia sunt pharmaca, quæ malignis vlceribus curandis sunt idonea. *Sarcocolla* namque & *ichthyocolla*, id est, gluten piscium, & his magis adhuc *chrysocolla*, quam *auri glutinum* appellant, tali facultate prædita sunt.

Sarcocolla. Ichthyocolla. Chrysocolla.

Huc etiam optime facit *plumbum combustum*, *plumbique recrementum*, quod σκωρίαν μολύβδου Græce vocant, & vulgus *cacaturom*. Siccat & ferri squama, præsertim *stomoma*, id est, partes ipsius squamæ subtiliores; hæ enim probe siccant. Porro *æris squama*, ex malleorum percussionibus decussa, quæ Græce λεπὶς χαλκοῦ, barbaris autem *batitura* æris dicitur, præter id quod siccat, etiam abstergit, purgatque Galeno & Aetio, vnde

Plumbum combustum. Squama ferri. Squama æris.

308 pura quoq; vlcera efficit, quod reliquæ squammæ præstare non possunt. Itaque si hæc omnia medicamenta arida vlceribus malignis ac contumacibus insperseris, mirifice (*inquit Galenus*) videbis citra erosionem ea desiccari, sicuti vbi *buccinorum purpurarumque, ostrearum, sepiarum*, aliorumque id genus *ostracodermorum* piscium testas concrematas & (*vt addit Aetius*) lotas adhibueris. *Vitrum combustum*, leniter ac sine morsu exsiccat, hinc *dysepulotis*, id est, cicatricem difficulter admittentibus, non item malignis ac rebellibus conducit: quippe minus exsiccat quam illa requirunt. Ceterum *galla omphacitis*, hoc est, immatura, & malicoria, id est, mali punici cortices seu putamina, cremata & arida apposita, ad malefica & quæ male coalescant vlcera, efficacissimum medicamẽtum deprehenditur. Hoc modo vlcus illud malignum & inueteratum *obser. 2.* in crure curatum fuit, vt diximus. Hæc enim nõ solum siccandi, sed etiam adstringendi potestatem habent. *Cortex* etiam *capparis* tritus & aridus malefico & putrido vlceri vtilissime imponitur Aetio. *Malum terræ*, quod Græci *aristolochiam* appellant, *iris, acorum, artemisia, panacis radix, argemone, chamæleontis nigri radix, cyperum, dracunculus, gladiolus affatim* exsiccant Galeno. His euidentius adhuc *centaurium* & *polium*: quibus paulo imbecillior est terra *Eretria*. Talis sane medicamentorum simplicium, ad dysepulota vlcera, maligna ac contumacia, materies exsistit, quibus & humorum fluxionem intercipere, & locum valenter, citra demorsum tamen atque erosionem, exsiccare possis. Quomodo autem simplicibus eiusmodi medicamentis siccis modo commemoratis, in vlceribus ad cicatricem ægre venientibus & malignis vtendum sit; *ex Galeno & Aetio requirendum est*. Porro ex his supra memoratis simplicibus pharmacis, *Gal. 4. de compos. med. secundum genera* varias remediorum formulas, nempe *ceratæ, vnguenta, emplastra* & *pul.* conficit, quæ ad eiusmodi maligna & ægre ad cicatricem venientia vlcera, mire proficiunt, describit. Ex cuius scriptis Auicenna formulam vnam medicamenti desumsit, quam magnopere Guido a Cauliaco & illius ætatis chirurgi celebrarunt. Recipit autem *cadmiæ, aluminis, chrysocollæ, id est, glutinis auri ana par. VIII. floris æris, qui sponte ex ære prosilit, & corticis æris, hoc est, æruginis, quæ in officinis viride æris nominatur, florum ana p. j. gummi cupress. part. iiij. ceræ, olei rosa. aut myrtini ana q. s.* fit vnguentum.

Ostracodermorum testæ concrematæ. Vitrum combustum.

Galla omphacitis. Malicorium.

Cortex capparis. Affatim exsiccantia.

Terra Eretria, id est, Cambil aut Canabil Auicennæ.

Vng. Auic. longe optimum.

Ærugo vel æris ærugo est viride æris.

309

Sed cum vnum medicamentum (*vt iam diximus*) ad omnia cõmode adaptari non possit, tutiorq; sit leniorum pharmacorum vsus, mordaciorum vero periculosior, composita medicamenta distincte hoc loco describam, quæ ad *dysepulota*, id est, cicatricem difficulter recipientia, inueterata, contumacia, maligna, & chironia vlcera ex Galeni sententia bene faciunt: primum mitiora ac moderatiora, deinde validiora ac potentiora; quæ & Tagautius posuit, subiiciam. *Andromachi emplastrum: Diphrygis denarium pondo 14. argenti spumæ 40. ceræ ℥ 3 olei myrtei ℥ 10.* Aliud eiusdem generis mitissimum: *Eloti plumbi denarium pondo 2. spodii* iiij. *cadmiæ mitinnaim, diphrygis j ea omnia excipiantur terebinthina denariis sex.* Hæc valent ad vlcera dysepulota, id est, ægre ad cicatricem venientia, sed nondum maligna: & sunt Galeno probata. Aliud cicatricem obducens, imbecillius autem quam vt cacoethe persanet: *Molybdæna, id est, plumbaginis ʒ xxv. diphryg. ʒ iiij. sorios (aut vitrioli) ℥ ij. ß misyos tosti ʒ ij. tereb. ʒ ix. ceræ, myrtei ana ʒ x.* Porro in omnibus eius notæ pharmacis, illa quæ liquari possunt, liquefacta & refrigerata, deinde rasa, siccis diligenter in puluerem redactis admisceto. Nam si liquida ijs affundas, sæpe fiunt grumi ceræ modo, maxime cum frigus fuerit, in sole feruenti si mistura fiat, licet ea superfundere; mouendo vehementer, rudicula primum, deinde cochleari. Præstat autem in hisce omnibus (*inquit Galenus*) rudiculam palmæ esse ramusculum. *Dialadanon: Picis aridæ denar. pond. 25. ærug. rasæ 8. æris combusti 5. squamæ rubræ 8. ladani ℥ ij. vini septimi sextarium semis, quod capit ℥ xij. Oribasio.* Conuenit etiam hoc medicamentum prætumidis vlceribus & cauis. Deligatum vero membrum in diem quartum continẽdum est. *Argenti spumam* & *oleum* coquito, donec aliquam spissitudinem accipiant: deinde *squammam æris, æruginem* dum confluxerint, vt colorem bonum acquirant, mox *picem* adiicito: postea quam refrigeratum fuerit, adde *ladanum ex vino* tritum; obseruans, ne ex hoc adiecto, efferuescat, postremo supra moderatum ignem vnita confundito subigitoque. Mediocre medicamentum ad moderate maligna vlcera idoneũ: Accipe *æris combusti & ærug. ana ℥ j. alum. scissi, vel scissilis (quod vulgo in officinis alumen de pluma appellatur) ℥ ß. ceræ ℥ j. ß.* hoc pharmacum temperatum est, & medium facultate. Porro minus mordebit medicamentum, leneque prorsus 310
efficietur, si loco aluminis scissilis *diphrygem* acceperis, & *æruginem combustam* apposueris. Quod si expurgare sordes statueris, *æris squammæ ℥ ß.* addetur. Hæc autem pingui cera & recenti excipiẽda sunt. Quod si siccior paulo fuerit, quam vt commemorata accipiat, temperandum est *oleum myrteum*, quo mollescat: vel *melinum*, quod *oleum de cotonis* appellant: vel *ricininum*, quod vulgo in officinis *oleum de cheruia* nominatur: vel

Lib. 4. de comp. med. κατὰ γένη.

Benignũ imbecillius ac cicatricẽ obducens, tamen cacoethe non persanans.

Aliud mediocre tamen optimum et laudatum, quod dia ladanon, id est, ex Ladana vocatur, callosis vetustis & curatu difficilibus vlcerib. idoneum.

Mediocre medicamentum ad moderata maligna vlcera idoneum.

omotro-

omotribes vetus. Aut si omnino nihil oleosum medicamento adhibere placet. *Laricteam resinam* admisceto: cuius si copia non est; *terebinthinam* assumito. Alіud validius, ad vlcera Chironia: *Aetu squamma & aeruginu ra'a ana ℥ ceræ lib. ß resina laricina* (vel, si desit, *terebinth.*) ℥ i ß. ea quæ liquari possunt aridis affunduntur, quibus acceptis ac curiose mollitis vtitur. Item *platysma* (hoc est, linteum latum, cui emplastrum illitum sit) exiguum soli affectæ parte, vt vlcus tantum comprehendat, iniicito. Cæterum ambientes particulas, pharmaco quod phlegmonem arceat, circundare oportet: atque inter curandum tertio quoque die soluere expedit, deinde fomentis mitigare, ipsumque empla strum, quod à latitudine *platysma* vocatur, abluendo emollire, ac rursus (*vt iam supra diximus*) imponere, donec cicatricem inducere incipiat. Porro mediam ac (*vt Galenus ait*) symmetram habebit temperiem, vt etiam modice maligna curet, si non tripla, *vt in præcedenti descriptione*, sed quadrupla ceræ portio metallicis, squammæ scilicet & æruginis, commixta fuerit: Sed moderatius adhuc exsiccabit, si quintupla adiiciatur, vt nondum cacoethe, sed ægre cicatricem ducentia persanet. Itaque cum auxilium ad aliquid spectet, ac mollius pharmacum ad moderatiora *cacoethe*, id est, malefica, magis quam vehementius conducat, satius fuerit in vlceribus non ita malignis & contumacibus *ceram quadruplam* vel *quintuplam* amborum simul metallorum esse, *vt recte Galenus admonuit.* Aliud pharmacum vehemens & mitigatorium, ad cacoethe, Andromachi: *Ceræ Tyrrhenicæ* (*vel eius loco pinguis & recentis optimæ*) ℥ viii. *seui taurini, terebinth. plumbi vsti ana* ℥ iiii. linamentis excepto vtitor. Ad desperata vlcera, quorum scilicet curationem plerique aggressi, non absoluerunt, sed tanquam ab insanabilibus destitere, emplastrum admirandum, cui (*authore Galeno*) tum propter alia, tum quoniam longo experimento probatum est, multum confidere oportet: *Sorios* (cuius loco *vitriolum* sumi potest) ℥ xxiii. *aluminis scissilis* (quod vulgo *alumen de pluma* nominãt) *calcis viuæ, malicorii,* id est, *corticis mali granati ana* ℥ xvi. *turis, gallarum immaturar. ana* ℥ xxii. *ceræ* ℥. c. *& xx. seui vitulini,* vel si eius copia non sit, *veteris suilli,* quam *axungiam* vocant, ℥ c. lx. *olei veteris heminam,* hoc est, ℥ ix. (Aetius assumit *olei antiqui lib.* i.) arida trita & tenuissimo cribro excussa, denuo simul terito. Quæ deinde, his quæ liquari oportet, liquatis, & ab igne remotis, permisceto. Cum que omnia probe vnita fuerint, *alumen, tus, sori, calcem,* singula prius è vino astringenti trita adiicito: & vtitor. Dum Galenus hoc medicamentum conficeret, *oleum & adipem* quadraginta annorum adiiciebat: atque ita semper diuturna vlcera, prætet modum maligna, ac deplorata, opinione melius sanauit. Eius autem generis sunt ea, à quibus pars affecta in tam vitiosum ac deprauatum habitum ducitur, vt sanguinem probe etiam coctum, qui ad eam nutriendi causa defertur, mutet, corrumpatque, vel id quod influit, adeo cacochymum existat, vt etiam si pars nihil passa fuerit, ab illo certe ipso solo erodatur. Hoc itaque medicamento quod noxium est transmutatur, atque discutitur. Satius autem fuerit eacochymiam prius conuenienti medicamento expurgare, deinde (*vt supra monuimus*) vlceris curationem aggredi. Aliud Galeni, ad Chironia vlcera in mollibus corporibus: *Ceræ lib.* i. *ceroßæ* ℥ *viii. rosacei lib.* i. *salis ammoniaci* ℥ iiii. *squamma æris* ℥ ii. *turis, aluminis, æruginis malicorii, calcis viuæ ana* ℥ i. quæ liquari debent, liquata & frigefacta, aridis & vino tritis admisceto, atque placidiore igne decoquito. Aliæ innumeræ formulæ compositorum medicamentorum à veteribus scriptæ, apud Galenum reperiuntur *lib.* 4. *de compos. medic. secundum genera*: nempe ad dysepulota, cacoethe, inueterata, & *Chironia vlcera* per sananda. De maleficis vlceribus, & quæ cicatricem effugiunt, vide quoque Aetium *lib.* 14. *cap.* 39 & simplicibus medicamentis vlcera malefica sine erosione exiccantibus *cap.* 40. & de horum præparatione *cap.* 41. & de ligatione, via & ratione curandi *cap.* 42. *& de emplast. medic. compos. ad eadem vlcera cap.* 43 Et sic tertiam intentionem curandi vlcera, quæ sym promata complicata cum vlceribus corrigebat, & summouebat, absoluimus. Quartam igitur intentionem tempestiuum est persequi. Hæc autem quarta intentio est curandorum vlcerum cũ aliis dispositionibus complicatorum: quæ ablata & (*vt loquuntur*) rectificata dispositione agglutinationi repugnãte, loci vlcerati curationem nos aggredi debere suadet; & iisdem omnino intentionibus ac modis perficitur, qui supra dicti sunt in curatione vulnerum concauorum, in quibus substantiæ aliqua deperditio facta est. Proinde methodus ac curandi ratio, quæ à nobis in præcedente libro tradita est, in memoriam reuocanda erit. Itaque cum tanta sit curationis vlcerum, cum vulnerum atque etiam apostematum curatione communitas ac conuenientia, nil mirum, si Galenus multis locis eorum tractationem ac doctrinam cõmiscuerit, vt etiam Guido de Cauliaco recte admonuit. Cæterum his ita ad finem deductis, tempestiuum est, de propriis ac (*vt dicunt*) famosis vlcerum differentiis pertractare: inter quas primum se offert vlcus, quod *virulentum & corrosiuum* appellant.

Aliud validius, ad Chironia vlcera, ad ea, non mediocriter, sed maxime maligna contumaciaque, ex Asclepiade Platysma.

Aliud vehemens & mitigatorium ad cacoethe. Ad desperata vlcera.

In codice Græco Gal. & Aetii hæc pãdera reperiuntur. Hemina Græca cotyle dicta, continet olei ℥ ix. vini x. Oleum & adeps anno rum quadraginta.

Aliud Galeni, ad Chironia vlcera in mollibus corporibus.

Quarta intentio curandorũ vlcerum.

OBSERVATIO. XIII.

De vlce virulento corrosiuo, ambulatiuo, exedente.

IN quodam vlcus virulentum habente, chirurgus hac lotione commode vtebatur: ℞ *myrobal. citrinorum* ℥ ß. *myrtill. rosæ ana m.* ß *santal. omnium an* ℥ i ß. *aq. rosæ.* ℥ iiii. *aq. plantag* ℥ viii. bulliant omnia simul ad consumptionem tertiæ partis. Idem hoc puluere ad cicatricem inducendam vtebatur: ℞ *boli armen.* ℥ ß. *aluminis* ℨ ii *balaust myrtill. myrobal. citr. ana* ℨ i ß. *misce.* fiat pul. Hoc quoque vnguento, prohibente vlceris deambulationem vtebatur: ℞ *tutiæ præparatæ plumbi vsti, antimonii ana* ℨ ii. *pul.* subtilissime, & cum oleo myrt. fiat vng. Sed & hæc aqua à Carpo probata est ad

vlcus

vlcus virulentum: ℞ *aluminis de rocha ʒ iii. gummi arab. ʒ ii. albumen oui i. aq. rof. plantaginis ana ℥ vi.* bulliant ad consumptionem medietatis. Pro vlcere Cardinalis Rodulphi hæc scripsit: ℞ *myrob. citrinor. ℥ ii bulliant in lib. iii. aqua communis ad consumpt.* medietatis: ℞ *myrtill. rof. rub. balaust. cupul. gland. betonica, stœchad. mentha, iusquiami ana m. ß. garyophyl. ℥ ß. vini nigri lib viii.* bulliant omnia in dicto vino vsque ad consumpt. mediet. colatura vsui reseruetur: in qua balneentur panni ex scarlatu. Deinde pro exiccatione & incarnatione eiusdem vlceris: ℞ *thuris, mastich. aristol. longa, centaurea, myrrha, aloes, sarcocolla, vernicis, opopanacis ana ʒ ß. pul.* subtiliter, & infundantur *in ℥ i ß. aquæ vitæ*: deinde stent cum phiala per diem & noctem in aqua calida. Hoc etiam pro exiccando vlcere vtebatur: ℞ *aristoloch. longa & rotunda, centaur. minor. ana m. ß. cauda equina m. i. corticum thuris ʒ. i vini nigri lib. x. mellis lib. ß.* bulliant ad consumptionem duarum partium, & coletur. Puluis ad vlcera ambulatiua: ♃ *viridis æris q. s.* & pone in aceto, & bulliant ad consumptionem aceti. id quod remanet puluerizetur subtiliter, & vtere. Dominus de Mureul cum tibiam vlceratam haberet, vlcere virulento & corrosiuo, puluerem *cranii humani adusti* inspergebat, & supra dictum puluerem linamenta sicca ex pannis lineis decerptis apponebat, & ita curatus est. Qui tibiam vlceratam habebat cum calefactione ex vlceribus virulentis & corrosiuis, hac aqua lotus, semel vel bis, prout expediens videbatur, sanus factus est: ♃ *argenti viui sublimati, aquæ fontis q. s.* decoquatur, &cæt. Ea tamen cum cautione vtendum suadeo. Gulhelmus chirurgus de Molen, Brugis magni nominis, quosdam ab vlceribus corrosiuis hoc modo curasse fertur. accipiebat *æs viride puluerizatum*; quo vlcera implebat: & desuper ponebat pannum siccum, & loca vicina inungebat aliquo defensiuo. deinde *folia consolida minoris* pistabat cum modico *cerusa*: deinde contemperabat cum exiguo *lacte bouillo*: & in loco vbi eschara incipiebat separari, ponebat illud cataplasma cum proba lignea. seruabatque illud medicamentum in scutella lignea: & sic continuabat etiam post casum eschara vsque ad incarnationem: deinde cicatricem inducebat cum puluere aliquo apto. Id autem quod sequitur sæpius etiam expertum dicitur ad vlcus ambulatiuum seu corrosiuum: ♃ *iuris, aristolochia rotunda, auricula muris, hypericonis desiccatorum ana ʒ. i. cucurbita sicca, lithargyri auri, myrrha, cerusa lota in aqu. rof. tutia præparat. spodii, balaust. psidia, corticis salicis, hematitis, cineris sarmentorum vitis, ossium oliuarum infusarum in aceto rof. & postea exiccatorum ana ʒ i. ß farina lupinorum, hordei, lentium ana ʒ ii ß. mellis rosati colati ℥ iiii. succi granatorum acetos. ℥ iii. terebinthina lota cum aqu. plantag. ℥ ii. cera alba ℥ i. puluerizanda* puluerizentur, & cribrentur per sindonem, & fiat vng. isto modo. primo mel & succus granatorum decoquantur vsque ad consumptionem succi: & tunc remoueatur ab igne, & imponatur pul. postea terebinthina & cera simul liquefiant, & fiat vng. mediocris molliciei. Puluis ad idem: ♃ *rof. siccarum. cucurbita sicca, lithargyrii auri, cerusa, plumbi loti, hæmatitis, spodii, balaust. corticum bugia, corticis salicis, combustorum, tutia præparat. aristol. rotunda, aloes cicotr. ana ʒ i.* fiat pol. per sindonem. Vnguentum valde expertum, mundificans, consolidans omnia vlcera corrosiua ambulatiua difficilis consolidationis: ♃ *succorum depuratorum pentaphyllonis, pilosella, consolida minoris, bugla, absinthii ana ℥ i. succi cauda equina, virga pastoris ana ℥ ii. succi plantag. ℥. v. ol. rof. ℥ iiii. cera ℥ iii. mellis rof. ℥ ii ß, terebinthina ℥ ii. vel q. s. cerusa lota in aq. plantag. litharg. auri, tutia præparat. plumbi vsti & loti, spodii, balaust. corticum bugia, corticum cucurbita sicca ana ℥. ß. (forte ʒ ß.) sang. de drac. sarcocolla nutrita in aqua plantag. myrrha, thuris, aloes cicot. rosar. siccar. cinerum sarmentorum vitis ana ʒ iii.* fiat vng. secundum artem. Sed & hæc aqua mirabilis habetur in exiccatione vlcerum virulentorum: ♃ *succi portulaca, plantaginis succi vuarum non maturarum ana pintam i. albumina ouorum numer. viii. aluminis crudi libr. i.* optime puluerisentur: & extrahatur aqua per alembicum.

SCHOLIA.

IOhannnes de Vigo de vlceribus virulentis corrosiuis sub vno capite; & de malignis vlceribus tractauit. At alii seorsim de his scripserunt: & sic Bertapalia de vlceribus, *capit. 2. de virulentis vlceribus* egit: & de corrodentibus, *cap. vii.* ita & de ambulatiuis & difficilis curationis *cap. viii.* At Guido de Cauliaco de vlcere virulento & corrosiuo sub vno capite curationem comprehendit: nam vlcera ambulatiua etiam ad corrodentia spectant seu exedētia. quamuis ambulatiuum ad phagedænam refertur, nos autem de omnibus sub hoc capite tractabimus. Quid enim sit vlcus virulentum seu saniosum, & vlcus corrosiuum, siue arrodens, quid item ambulatiuum, & depascens siue manducans, quod Græci νομὴν appellant, & quomodo hæc inuicem dissideant, in diffinitionibus differentiarum vlcerum, abunde est explicatum. Sed breuiter iuxta Guidonem de Cauliaco: Vlcera virulenta à corrosiuis non differunt, nisi secundum magis & minus: nam in principio, dum non emittũt nisi solam virulentiam dicuntur *virulenta*: postquam autem augetur acuitas & malitia, & corrodendo augmentatur capacitas siue eschara, dicitur *corrosiuum*. Et si incedit hinc inde, nõ multum in carne se profundando, dicitur *ambulatiuum*. Si autẽ in tantum augmentatur malitia, quod consumit membrum, dicitur *manducans*. Et dehinc transit ad *lupum & cancrum*. Excitantur autem eiusmodi vlcera à prauis humoribus, sed præ-

De vlcere viruleto & corrosiuo, q Græcis nomodes, id est, exedens appellatur.

Causa.

fertum

fettim biliosis, acribus & mordacibus, qui propter adustionem, cacoethiam quandam seu fraudulentiam (*vt vocant*) hoc est, malignitatem acquirunt. Atq; hæc magna ex parte oriuntur post herpetas & prurientes pustulas, quas acer & biliosus humor excitauit; atque etiam post vulnera, quæ mordacibus medicamentis exacerbata atq; irritata fuere. Cæterum vt ad perfectam sanationem perducantur eiusmodi vlcera, triplici egent auxiliorum genere, sicuti & pleraque alia, nempe victus ratione proba, & conuenienti purgatione, quæ succo prauo, acri, & erosionem in affecta particula excitanti sit accommoda, & localibus remediis. Age igitur, esto aliquis, qui sanus quidem sit, hoc est, omnia naturæ munia inculpate exerceat, sed ex scabenda derepente quapiam particula, veluti brachio, pustulam statim excitarit, mox eadem ipsa particula iterum atque iterum pruritu vexetur, pustulaque dirupta vlcus decolor, & inæqualiter erosum gignatur, atque hæc in tribus quatuorve diebus à principio inciderint. Hac itaque hypothesi posita, dicat mihi hoc loco quispiam: *quo nam pacto sanare huiusmodi vlcus conueniat?* Certe vt eius curationem feliciter assequaris, inprimis qualis sit totius corporis tali vlcere laborantis affectus, statim tibi erit considerandum. Inuenies namq; tum ex vlceris ipsius symptomatibus, id est, accidentibus, tum ex notis quas totum corpus præ se fert, cuius maxime generis sit is qui redundat succus. Atque hunc (*si Galeni consilium sequaris*) idoneo purgante medicamento protinus educes, nec protrahes, dum totus hominis cubitus affectum quendam contumacem rebellemq; curationi contrahat; quemadmodum facere solebant Thessali sectatores, ipsius videlicet præcepta mordicus obseruantes. Præcipitur namque ab omnibus fere (*inquit Galenus*) antiquis medicis, quicunque ratione quadã ac methodo de vlcerũ curatione scripserunt, causas quæ illa creant abscindendas esse, æq; profecto vt cęterorum omnium morborum. Itaq; hoc tibi tanquam commune præceptum esto, omnino in omnibus morbis, nedum vlceribus, in quibus effectrix causa adhuc manet, ab hac inchoãdam curationem esse: & *digerentia*, hoc est, *resoluẽtia*, seu *discutientia* medicamenta, nequaquã particulis quibusdam applicanda esse, vbi redũdantia in toto corpore aut superiacẽte particula subest: quippe quod hæc sic admota implerẽt potius q̃ educerent. Itaq; tunc à totius corporis aut superabundantiæ, mittentis particulæ superiacentis vacuatione incipienda curatio est. Deinde eua potante auxilio vtendum erit. Facta igitur totius corporis, vt decet, vacuatione (*vt factum quondam fuit in Romana quadam illustri muliere, quæ herpetem esthiomenum, id est, exedentem, in malleolo primum habebat, qui tandem ad bubones vsque ascenderat*) ad curationem particularis affectus, hoc est, ipsius vlceris arrodentis deueniendum erit. Ergo si particulam exulceratam atque erosam, supra modum calefactam videris, ipsam statim frigidis stypticis desiccantibus refrigerabis. Commode autem feceris, si vlcus ipsum, & particulam totam vlceratam aqua aluminosa ablueris: hæc etiam auxilio magno vsui talibus vlceribus esse solet. Quippe quæ influentes humores potenter repellat, & siccandi facultatem obtineat, *vt author est Auicenna*. Poteris etiam affectum locum irrigare, vel *aqua plantag. & ros.* vel *aqua* in qua ferrum candens extinctum fuerit, aut etiam decocto *cyperi*, *myrobal. cupressi*, *plantag. maliceriii*, *balaustii*, quod flos est *mali punici syluestris*, & similium. Vt autem ab ingruentibus defluxionibus, vlcerata particula vindicetur, optimum fuerit circumiacentes partes *vnguento ex bolo armena* illinere. In medio vero vlceris, puluis aliquis, qui vim desiccandi habeat, apponendus erit: vt ex *lithargyro*, *plumbo vsto pompholyge*, quæ vulgo *tutia* dicitur, *antimonio*, quod *stimmi* & *stibium* Græce dicitur, *ære combusto*, *corallio*, *lapide hæmatite*, *spodio*, *abluto*: atque etiam *sidiis*, id est, *corticibus mali granati*, *myrobalani*, & id genus aliis. Item pannorum laciniæ in *linamenta* formatæ, *splenia*, Græci vocant. *vng: e.o albo* Rhas. illitæ, aut vng. quod sextam partem *lithargyri* recipiat, in quo omnes consentiunt, vel vnguento, quod *diapompholygos* nuncupatur, supra vlcus ipsum ponendæ sunt. Cæterum supra eiusmodi pulueres ac linamenta vlceri imposita, puluillus, seu puluinus aliquis, quem *plumaceolum* vocant, posca aquosa imbutus adhibendus erit: deinde conueniens deligatura, quam *exprimentem* nominãt, cuius supra in tractatu de vulneribus meminimus. Guido à Cauliaco in talibus vlceribus solebat post lotionem, nullo alio adhibito auxilio, apponere *laminam plumbi tenuem perforatã*, in qua *virtus argenti viui*, cum *aqua plantaginis* erat infixa, & ligare ligatura, & exprimere, quod non est (*inquit*) fas loqui, propter idiotas. Itaque tria hæc, *molybdos*, id est, *plumbum aqua aluminosa*, deligatura decenter facta, miram ac fere incredibilem vim habent in sanandis eiusmodi vlceribus. Porro deligaturam talem esse cõuenict, quæ ad vsum magis, quam ad elegantem formam conducat: hæc autem duobus modis fit, nempe vel vnico vinculo seu fascia vna, vel duabus. Itaque si vna tantum fascia fuerit, principio eius versus superiorẽ vlceris partem statuto, extenda erit siue sura, siue genu, siue malleolus, siue cubitus, siue manus summa, aut alia quæuis pars quæ laborauerit. At si duabus fasciis vti malueris, quemadmodum in fracturis fieri solet, altera à parte affecta, hoc est, ab ipso vlcere, ad superiorem feratur, altera deorsum prius ducatur, mox in superiore parte desinet, eo videlicet loco quo prius incepit. Cęterum p̃ter reliqua cõmoda, q̃ ex hac deligatione proueniũt, illud etiã accedet, q vlcera, q̃ ob rotunditatẽ coalescere nequeũt, oblõga reddẽtur. Solutio aũt nõ singulis dieb. sed alternis faciẽda est. Neq; in solutione vlcus aqua inspgendũ: sed molli linteolo, puro & sicco sanies detergẽda. Quod si partes vlceri adiacentes inflãmatæ videantur, & iam phlegmonodes quippiã rep̃sentẽt, platysmati exterius plurimo spacio lig̃dũ medicamẽtũ illinere oportet, quale est Galeni *phœnicinũ* hoc est, *è pal-*

Curatio vlceris virulenti & exedentis.

Hypothesis ex lib. 4. Therap.

A purgatione incipienda curatio.

Lib. 4. Therap.

Commune de digerentibus præceptum.

Particularis curatio vlceris arrodentis.

Aqua aluminosa Repercutiens & siccatiua.

Bolus Armena.

Puluis exiccatorius.

Splenia.

Horum vnguentorum formula ex ... apud ... nomatica chirurgica describuntur.

Nota de plumbea lamina.

Deligatura duplex.

Deligatura alternis diebus soluenda.

Si partes adiacentes inflammentur.

mulsi confectum, vel aliquod simile, non quidem quocunque cõtigerit dilutum, sed vino adstringente, quantum imbibi poterit. Sitque oleum quod adiicitur refrigerans & adstringens, cuiusmodi sunt *myrteum* & *melinum*. Quod si hæc non adsint, *omphacinum* & *omotribes* nominatum adhibebis. At si durities circa partes vlceri adiacentes apparuerit, ipsum *phœniciñ*, seu *emplastrũ è palmulis, oleo veteri*. aut *ricinina* (quod officinæ *oleũ de chiri* *na* nominant) diluendum est. Tutiusq; fuerit superpositæ regioni, quodpiam ex medicamentis repellentib. liquidis adhibere: quo si quid vel prauum, vel plusq̃ par est, influat, regeratur. Atq; id maxime cum in crure vlcus obortum, superpositam venam varicosam habeat. Quæ dum magna est, ac sanguinem nec colore rubrum, nec probũ, sed atriorem & melancholicum continere videtur, excidenda, *vt prius diximus*, auferendaque est. Cæterum si vlcera eiusmodi admota medicamẽta contemnant, indiesq; magis atq; magis erosio serpat, & augeatur, corpus subinde à vitiosis succis repurgandum erit, continensq; ipsa, *vt vocant*, coniuncta materia depascens atq; arrodens, inustione seu cauterio, *vt loquũtur*, actuali absumẽda veniet, & desiccãda modo laborãs id genus auxiliu tutũ, atq; vtile, cæterisq; aliis lõge præstantius, nõ reformidet, ac renuat. Quod si ferrũ caudens ob timiditatẽ aut delicatam nimis naturam pati, atq; admittere noluerit, medicamenta acriora, & quæ ignis vires habeant, admouebis, cuiusmodi sunt *pastilli Andronis, Musa*, aut *Pasionis*. Vel trochisci asphodelorum, aut qui *calidicon* nominantur, quorum formulę ex *6. lib. Tagautii* referuntur. His etiam *atramentum scriptorium*, quod & *encaustum* vocant magna vtilitate admonetur. Quod si hæc parum profecerint, *arsenicũ*, quod *sublimatum* nominant, modica tamen, *vt alibi dictum est*, quantitate, tuto adhiberi potest. Locus autem ambiens, hoc est, circumpositæ vlceri partes, interim refrigerantib. perpetuo muniendus diligenter erit, ne tam vehementib. admotis præsidiis fluxio irritetur. Porro si ne his quidem tam potentib. auxiliis malum aliquando victum fuerit, nec erosio ipsa depascens quouis modo sisti possit, membrum amputare necessarium est, *vt voluit Auicẽna*. Ioannes Lembergius lib. 2. Epist. 30. ita scribit: *At ego stratis in vere, antelucano tempore super gramina linteaminib. rorẽ excepi, expressimq; vt à sordibus graminis adherentib. expurgaretur, despumareturve, decoxi: & in decocta linteolos madefactos vlcerib. phagedænicis applicui, & raris acrimonia abstersa & siccata, consolidaui: inuncto quoq; non raro aluminis & olibani momento, consolidationem non parum promoui.* His adiunge ea quæ Aetius *lib. 14. cap. 48.* ad depascentias putridaque vlcera scripsit, tum *cap. 49* de aridis crustas inducentibus ad depascentias: & de iisdem *ca. 50. & 51.* de pastillis ad depascentias vtilissimis. Nunç ad sordida & putrida vlcera accedamus.

Olea refrigerantia & adstringentia.

Si durities adsit.

Si erosio nõ cedat medicamentis.

Pastilli caustici.

Arsenicũ.

Ad vlcera phagedænica.

Observatio XIV.

De vlcere sordido & putrido.

AD sordida vlcera M. Iodocus chirurgus, tum ad gangrænas, vnguento hoc abstersiuo vtebatur: ℞ *micam panis siliginei*, & tempera eam in aceto vini ad horas vi. Postea eam contunde, & adde *mellis rosf. & salis q. s.* extendatur super licinia. Postea superpone plumaceulum infusum in *aceto & aqua*, ita vt comprehendat totum vlcus: interim non omittendo defensiuum circa partes vicinas. At Iacobus Carpus hoc vng. tum lauamento vtebatur in vlceribus sordidis: ℞ *succi chelidoniæ, lapathii acuti, fumiterræ, marrubii, rad. ireos, scabiosæ, asphodelorum ana quart. i. fellis tauri, porci, ouis, capræ ana ʒ iii. axungiæ porci veteris lib. ii. viridis æris ʒ, ß.* fiat vng. ℞ *falior. oliuarum, plantag. agrimoniæ ana m. i. vini rub. quart. i.* bulliant ad consumptionem tertiæ partis, & colaturæ (si necesse fuerit) adde *vng. Aegyptiaci q. s.* fiat lauamentum pro vlceribus sordidis. Sed & hoc vng. mundificatiuo mirabili ad vlcera putrida sine corrosione commode vtimur: ℞ *succorum depuratorum apii, absinthii, betonicæ ana ℥. i. succi plantag. ℥. iiii. succi agrimoniæ ℥ ii. mellis rosf. colati ℥ iiii.* bulliant omnia simul leniter, semper mouendo vsque ad consumptionem quasi succorum, deponendo spumam: deinde remoueatur ab igne, & incorporetur cum eo puluis sequens, ad mellis spissitudinem: ℞ *gallarum quercus ℈ i ß. myrrhæ electæ ℈ ii. thuris, mastiches ana ℈ ʒ. corticis mali granati*, *sang. dracon. sarcocollæ ana ℈ i. psidiæ, rosar. rub. balaust. cineris sarmentorum vitis ana ʒ i.* fiat pul. subtilissimus per sindonem. Aliud vng. mundificatiuum mirabile in vlceribus sordidis & fraudulentis: ℞ *succi foliorum. lilii ℥ iiii. aceti ℥. i. mellis communis ℥ ß.* misce. & coque in vase æneo ad perfectionem. Aliqui addunt *succorum absinthii, apii & plantag.* q. s. & mirabiliter operatur.

SCHOLIA.

DE vlceribus putridis & sordidis agit Iohannes de Vigo *lib. 4. de vlceribus cap. 5.* & Bertapalia de *vlceribus sordidis cap. 3.* in quibus locis commoda remedia, quibus hoc tempore Neoterici ad hæc vlcera vtuntur, inuenies. Cæterum quid sit vlcus sordidum, quod Græci *rhyparon* vocant: quid item *putre*, seu *putrefactum vlcus* dicatur, supra diffiniuimus. Porro sordidum & putrefactum vlcus Guidoni dicitur, quod sine malitia, *vt eius verbis vtar*, putrefacit membrum, dimittendo viscositatem, aut carnem mollem, siue, *inquit*, crustosam, fœtidam, à qua fumus eleuatur fœtidus, ac pene cadauerosus. Ac tale quidem *vlcus* etiam *fraudulentum* appellant. Cæterum si eius malitia vlterius progrediatur & serpat, in sphacelum (*quem vulgus biomenum vocat*) degenerat, & homini vitam adimit. Horum autem vlcerum causæ sunt, succi praui, crassi, sanguinis naturam quodãmodo resipiscentes, hoc est, sanguinei, qui feruore quodam velut ebullientes, venenositatẽ, atq; malignitatem quandam indipiscũtur. Et hęc quidẽ magna ex parte carbũculos maleficos, siue anthraces, abscessus, & vulnera male

Vlcus sordidum & putre.

Vlcus fraudulentum.

Causæ vlcerum putridorum & sordidorum.

Curandi ratio.

curata consequuntur. Porro talium vlcerum curatio consistit in proba victus obseruatione, & euacuationibus accommodis, quibus corpus vniuersum ab excrementis, atq; à natura alienis humoribus expurgetur. Vbi autem iam purum ab excrementitiis, atq; à natura alienis humorib. corpus vniuersum tibi apparuerit, tum particula ipsa laborans, hoc est, vlcerata, cucurbitulis, scarificationibus, hirudinib. atq; epithematis siue fotib. à corruptis ac deprauatis succis ipsam occupantibus, vindicanda erit, *vt præcepit Auicennas*. Post hæc

Sordis ablutio.

vero propriam ipsius vlceris curationem aggredieris. Sordes igitur primo tibi abluenda erit, aut *hydromelite* quidẽ, aut *marina aqua*, vel, si eius copia non est, salsa. Deinde mundificandum vlcus *vng.* vulgo *Apostolorum* dicto, aut eo quod *Aegyptiacum* nominatur. posthæc desuper adhuc dandum esse quidam monẽt mundificatiuũ aliud ex *absinthii* succo, *melle rosaceo myrrha & farina hord.* compositum, & circumiacẽtes vlceri partes vng. ex *bolo arm.* illinunt, ac supra cetera prædicta puluillos ex stuppis cannabinis studiose ac diligẽter pexis, aut ex lineis pannis lenibus, pusca aquosa (quod *oxycratum* vocant) imbutos apponunt atq; alligant. Si vero sordes in putredinem aut corruptionem degeneret, locus abluendus erit oxycrato, aut *(vt voluit Guido)* aqua cineris vel saponis.

Si sordes in putredinẽ degeneret.

Deinde emplastrum ex carnib. piscium salsorum, *farina orobi & aristolochia longa* (non autẽ rotunda) & scilla, omnib. ex vino coctis & cum melle mixtis, supra accõmodandum est. Ad eandem intentionem Auiceonas subsequens medicamentum describit, multa *(vt adfirmat)* experientia cõprobatum. ℞ecipit *tragacanthi rubri ℥. i. calcis viua, aluminis, cortic. granat. ana ʒ. vi. thuris, gallorum ana ʒ. iii. ceræ & olei, ana q. s.* Aliud: *Vitrioli part. xii. chalcitidis (quod & colcothar Arabes appellant) part. x. tragacanthi part. ix.* coquantur in acero, & ex eis fiat linimentum ac semper quidem vng. *ex bolo* in ambitu vlceris, *vt supra monuimus*, apponito: desuper vero stuppæ puluillos *oxycrato* madefactos. Porro si vlcera eiusmodi depascentia putridaq; eousq; feritatis & malitiæ deuenerint, vt partes adiacentes magis atq; magis erodãt, ac sine modo in illis corruptelam excitent, vehementissimis medicamentis) *qualia supra in curatione malignorum vlcerũ recensuimus*) indigebunt. Imo vero frequentes inustiones, atq; etiam excisiones illis erunt necessariæ, ita vt quicquid vitiatum ac corruptũ est, prorsus extirpetur, & viua ac sana dũtaxat caro relinquatur, quã ex natiuo ipsius colore & sanguinis bonitate facile deprehendes. Inter cætera autem medicamenta acria, quæ viuum à corrupto separant, & in hoc affectu celebrari solent, omnium præstantissimum atq; efficacissimum quotidiano experimento deprehenditur arsenicum, q̃ *sublimatũ* vocãt, vt aliquoties alibi annotauimus. Hoc enim confestim malum sistit, & id quidem sine dolore. Quod si medicamentis eiusmodi malum non cessarit, membrum ipsum tali depascente ac putrido vlcere affectum, cogimur abscindere vt cætera pars tuta sit. Id autem miserum atque vltimum auxilium nunquã tentandum est, nisi dum cetera præsidia nihil proficiunt, & à malo prorsus victa sunt, vt alibi admonuimus.

Emplastrũ Auicennæ.

Linimentum.

Arsenicum sublimatũ.

OBSERVATIO XV.

De vlcere profundo & cauernoso.

MVlier quædam Delphensis, quæ vlcera in coxa habebat valde profunda, diuturna, etiam ex parte corrupta, eandem cum sæpe purgassemus, ad decoctum *ligni guaiacini* deuenimus: ipsis vlceribus abstersis cum iniectionibus & lotionibus ex *lixiuio, melle rosato, & alumine roch.* factis nam & ipse Auicenna, *vt etiam à Iohanne de Vigo lib. 4. de vlceris cap. 5. de vlceris putridi & sordidi curatione citatur*, aqua aluminosa cum *melle rof.* aut *aqua maris* egregie confert. Pro putrefactione circa labia, vt etiam vlcera ampliarentur, aliquando præcipitatum imponere mandauimus; deinde ablata eschara ad maiorem mundificationem etiam *vng. Aegypt.* cum decocto *hordei & mellis* modico abluimus, & abstergi mandauimus. Vlceribus satis abstersis, quod ex loci lenitate percepimus, tunc per tres dies, post applicationem mordicantium dictorum, hac lotione vlcera ablui iussimus: *℞. aq. hordeacea lib. ß. mellis rof. ℥. iii.* Deinde ad incarnationem chirurgus deuenit hoc sequenti ex eodem Ioanne de Vigo: *℞. terebinth. claræ ℥ ii mellis rof ℥ i. sarcocollæ ʒ iii glutinis piscium, tragacanth. ana ʒ. i. antimonii, plumbi vsti ana ʒ i ß. succi centaureæ ʒ ii.* vel eius loco *pul. ʒ iii. far. hordei cribrati ʒ i ß. croci ℈. i.* bulliat terebinthina cum *melle rof.* parum. deinde omnia simul misceantur: In isto casu mirabilis est incarnationis. Interim in circuitu etiam ab initio aliquo *defensiuum commodum* appositum est. Postea *vng. de minio* super linteum admotum est. Et ita cicatrizatum est hoc vlcus.

SCHOLIA.

DE sinibus ex Galeno multa collecta videas apud Aetium *lib 14. cap 54.* & de sinibus attritis apud eundem *cap. 55.* quæ ad vlcerosa sinuosa & cauernosa egregie commendantur: quibus & ea adiungere poteris, hoc tempore etiam vsitata, quæ Bertapalia inter neotericos scripserit de vlceribus profundis & cauernosis, *cap 4 libr. sui de vlceribus*. Cæterum de profundo & cuniculoso vlcere, quod *sinus* Latinis dicitur, insequẽd Guidonem à Cauliaco *tract. 4 cap. 3 de vlcere profundo & cauernoso*; sciendum, quod vlcera *cuniculosa* seu *cauernosa* supra appellauimus, quorum orificia stricta sunt; profunditas vero in latum se diffundit, & sensui occulta est, multos interdum anfractus habens, modo rectos, modo obliquos, citra duritiem tamen & callum. Atque hoc vno à fistula differt, quamuis promiscua turba, eiusmodi vlcera omnia cuniculosa fistulas nominẽt: cum tamen fistula proprie vlcus sit altum, angustum & callosum, *Galeno, Celso, Aetio & Paulo*. Itaque quod *profundum & cauernosum vlcus* recentiores chirurgi appellant, id Latini apposite *sinum*, Græci *colpon* nominant. Fit autem, cum adiacens vlceribus cutis, diutius subiectis corporibus non

Vlcus cauernosum.

Fistula quid.

Sinus quid, & eius differentia multiplices.

coalescit, glutinaturq;: cuius multę ac variæ sunt differentiæ, nimirum ex *cauernarum magnitudine, situ, figura, ac numero* desumpta. Aut enim breues sunt, aut alte penetrantes, iuxta carnem desinentes, aut ad ossa vel cartilaginem subeuntes; sursum, deorsum, vel ad latus tendētes; recti aut flexuosi, simplices aut duplices triplicesve. Galenus autem eorum duntaxat, qui à positionis figura sumuntur, meminit: vt qui præcipue curandi rationem immutent. Siue enim magnus, siue paruus aut breuis, vel altus aut iuxta superficiem consistens, simplex vel duplex triplexve fuerit, eadem semper est eorum curandi ratio. At si vel sursum vel deorsum, vel ad latus, vel intro ad ossa tendit, curationem variat. Cum enim sursum tendit, facile per eius os saniosa colluuies, atq; ipsum pus effluit. Cum vero deorsum vergit, intus retentum pus, aut sanies cōtiguas partes erodit. Quare nisi facto ex aduerso (vt statim dicetur) emissario, nihil omnino profeceris, siue carnem generare, siue glutinare velis. Cum vero ad latus declinat, aut sursū vergit, aut intro fertur: sed si ita locari pars affecta vel afflicta potest, vt libere sanies aut pus, è sinu effluere possit, incisione ex aduerso facta opus nō est: sed de his adhuc in sequentibus. Cæterum *causa* eiusmodi sinum, seu cuniculosorum vlcerum, sunt abscessus, siue suppurantes affectus tardius dissecti, & vulnera perperam curata. Pus namq; longo nimis spacio in suppurato abscessu, aut in profundo vulnere, quod non rite expurgatur, retentum ac delitescens, malignitatem, & veluti acrem atq; erodētem quandam naturā acquirit, & cuniculos tandem molitur, qui difficulter admodum carne impleri & glutinari queunt. Ad affectam namq; particulam, quæ iā imbecillitatem cōtraxit, vndiq; ex circumiacentib. ac vicinis partibus, imo vero & ab vniuerso corpore, superuacanei humores confluunt; atq; ita ægre sanabile redditur vlcus. *Differentia* cuniculorum seu cauernularum eiusmodi vlcerum deprehenduntur tenundis (quas *tentas* vocant) & specillis, siue contis (*qua proba vulgo dicūtur*) argenteis vel plūbeis, aut ex alia consimili materia factis, in ipsos cuniculos leniter, ac blande immissis. Item minutis quibusdam, atq; exilib. radicibus, & cereis candelis, nec non & coloratis quibusdā iniectionibus. Color vero materiæ, quę ab ipsis cauernulis & sinub. egreditur, qualitatem eius manifeste insinuat: si .n. tenuis fuerit & lotura carnis persimilis appareat, calidam esse haud temere eam iudicabis. At si candida visitur & serosa, indubie frigida erit. Sed & saniei puriśue bonitas, & paucitas, doloris quoq; & tumoris, quæ prius aderant, priuatio, sinum carne impleri & glutinari demonstrant. Si vero cōtraria his adfuerint, glutinationem nequaq̃ adhuc fieri nobis indicant: vt Galenus hisce verbis nobis testatum reliquit lib. 4 de ratione curandi ad Glauconem: *An vero* (inquit) *alte sinus partes coaluerint, ex manante sanie deprehendes, si ea multa vel pauca, cocta vel cruda sit: praterea si neq; in ipso sinu dolor sentiatur, nec tumor appareat, sed totus locus aqualis sit, siccus, ac doloris expers. Quod si puris probe cocti portio exigua in ore conspicitur, multo magis de glutinando sinu sperandū est.* Hactenus de sinuum differentiis, caussis & indiciis dicta sufficiant. Itaq; tempestiuum est vt rationē sinus seu vlceris profundi & cauernosi, non tamē adhuc callosi, curandi aggrediamur, & qua poterimus breuitate, nunc prosequamur. Cum sinus, quo de hic agimus, vlcus sit cauum & profundum, geminus in eo curando scopus ac finis medenti proponitur, vnitio scil. & repletio. Vlcus .n. qua vlcus est, vnitionem; cauitas vero impletionem desiderat. At quæ dissident, ea vniri non possunt, nisi prius cauitatem, *si cum vlcere, vt in sinu, coniuncta sit*, impleuerimus. Ordo igitur curationis postulat, vt à cauitatis impletione ordiamur. Sed cauitas rursus carne impleri non potest, nisi laborans particula & iusto temperamento prædita sit, & sinus ipse omnino purus, & ab omni sorde immunis extiterit. Itaq; si vel phlegmone, vel erysipelas, vel gangræna, vel intēperies aliqua simplex aut cōposita, partē affectā obsederit, manifestum est, quod nisi quis illos affectus prius sanauerit, implere cauum vlcus nō poterit. Fieri .n. non potest, *vt lib. 3 meth. medend: Galenus inquit*, vt in vlcere vel carnis productio, vel sinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, recte vnq̃ cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. Ad hæc cū in ipsa nouæ carnis generatione, duplex prouenire excrementū necesse sit, alterū quidē crassius, quod *sordes* proprie appellatur: alterū tenuius, quod Græcis ἰχὼς, nobis vero *sanies* dicitur: ac ex tenui quidē hoc excremento, vlcus humidum reddatur, sicuti ex crassu sordidū: duplicibus sane medicamentis sinuosum vlcus egebit, anteq̃ carne repleatur: nēpe vt humidū est, siccantibus, vt sordidū, expurgantib. seu detergentibus. Ordo igitur sanationis à sorde expurgāda in sanādo sinu incipiet; quod videlicet nec glutinari quicq̃, nec carne impleri possit, priusquā purum, hoc est, detersum & à sordib. rite expurgatum fuerit. Vbi vero iā ab omni alio affectu immunis, & purus ab excrementis sinus fuerit, tū primū agglutinantibus medicamentis vtendum erit. Hæc aūt nec detergent, nec expurgant, vt sarcotica, i. carnem generantia: sed contra prorsus (*inquit Galenus*) substantiam omnem in idem cogūt. Cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea, quę *austera & adstringentia* vocantur. Hæc .n. siccant tantisper, dū humoris redundantiā, qui secundum naturam est, absumunt. Sed de iis alibi fusius à nobis dictū est. Pone ergo in eadē particula sinu occupata, intēperiem aliquā vel phlegmonem, aut consimilem actū, & cauitatem & vlcus, & sordem simul cōsistere, ordo curationis expostulat vt primū phlegmonem aut intemperiē, secundo loco sordē tertiō cauitatem, & quarto vlcus persanes. Siquidē iusta subiectæ carnis temperies, causæ rationem habet, vt quæ concrescere secum, quod vlceratū est, faciat, & cauitatem impleat: puritas vlceris, rationem eius sine quo nō. Atq; hanc sordes interpellās curationem moratur. Habet vero & ipsa cauitas, ad vlcus rationem eius sine quo non, *vt lib. 4. Therap. Gal annotauit.* Quando, *inquit*, nisi cauitas

prius

Qua sinuū differentia curādi rationem varient, & qua non.

Causa sinuum.

Sinuū differentia quomodo deprehendatur.

Indicia.

Ratio curandi sinus seu vlceris profundi & cauernosi, non tamen adhuc callosi.

In curando sinu geminum esse scopum.

In noua carnis generatione duplex prouenire excrementum.

Vlcus sinuosum duplicibus eget medicamentis.

Agglutinantium facultas.

Hypothesis.

prius impleta sit, induci cicatrice vlcus non possit. Atque hæc in vniuersum dicta sint de ratione curandi sinus, quod & vlcus profundum & cauernosum nostri chirurgi appellant. Cui magna ex parte complicari solent, quæ supra commemorauimus. Hæc igitur vniuersali methodo præmissa, particularem ipsorum sinuum differentiarum *quas curandi rationem variare diximus*, sanationem subiungamus. Constituatur igitur inprimis sinus ad superiorem partem porrectus, ita vt eius orificium deorsum spectet: talis certe non adeo multum negotii in sanando facesset. Quandoquidē per os eius facile sanies effluet, atque ideo promptе conglutinabitur, adhibitis saltem iis quæ statim dicentur auxiliis. Sed neque cum ad latus declinat, aut intro fertur, aut etiam deorsum vergit, incisione ex aduerso facta opus erit, si pars ipsa afflicta ita locari possit vt libere sanies e sinu emanare queat. Itaque ponatur sinus, artus aliquos, nempe cubitum, aut femur occupare: poterit vtique decliuis figurat⁹, citra diuisionem ex adverso factam coalescere. Etenim in cubito cum oræ gibbero vicinæ sunt, summam manum elatius protendens, sinum ad effluxionem incitabis. Hic & in femore, si sinus deorsum vergat, & ad genu terminetur, os autem ipsius sublime supra femoris medium sit, popliti mollem puluinum subiicies, quo demissius inguen, quam genu, positum sit. Cæterum si sinus deorsum vergit, aut ad latus declinet, vel intro feratur, sitū affectæ parti commodum dare nō possis, quo libere sanies effluat, nihil vnquam promouebis, siue carnem generare, siue glutinare velis, nisi prius collectionem purulentæ effluxum molitus fueris. Intus enim retenta sanies contiguas partes erodet. Porro saniosæ illi colluuiei effluxum bifariam moliri poteris. Nempe vel facto in cauo sinus vulnere, vel tota cauitate dissecta. In imo, seu radice sin⁹ fit sectio, si vlcus magnum fuerit. & locus totus sine periculo secari non possit. Præstiterit autē semper, si nihil obstiterit, totā ipsius sin⁹ cauitatē dissecare, q̄ ex aduerso plagā facere. Ita .n. facilius, ac citius multo, ad sanitatē vlcus perducetur. Tota igitur cauitate dissecta, ellichniis & pannorū laciniis in linamēta formatis, congruisq; medicamentis sic expurgand⁹, atq; resiccādus erit sinus vt tandem caro regignatur, cauitas impleatur, & ad perfectā sanationē, modo quo supra de altis & cauis vulnerib⁹ docuimus, pducatur. Cæterū priusquā ex aduersa parte diuisio fiat, purulenta colluuies sinenda est, magna satis copia, in fundo ipsius sinus colligi, quo sin⁹ parietes magis attenuētur, atq; ita melius specillū (*supra quod sectio fieri debet*) in cauitatē demittatur, sinu scilicet ex puris copia distento, & ampliore facto. Specillum autē ipsum quod sic in sinū immittitur, leue, hoc est, minime asperū esse debet, vnctuoso aliquo (*vt citra dolorē immitti p. sit*) illitū. At hæc parte posteriore perforatū esse decet, in modum acus, vt in eo imponi possit ceto aut seto (*vt vocant*) ex stuppis cannabinis, aliqua gracili fascia, aut certe funiculo quopiam molli, vt cannabino factus. Incisione autē facta, dolor qui per eā excitatus est, sedādus erit, &

Si sinus orificium deorsum spectet. Incisio ex aduerso quando in sinu fieri debeat, & quando non.

Ex Paulo. Ex Gal. 2. ad Glauc.

Bifariam effluxum moliri possumus saniei aut puri in sinu.

Multa puris copia sinenda est colligi in fundo sinus, priusquam ex aduerso diuidatur. Specillum quod in sinum immittitur, quale esse debeat.

impetus profluētis sanguinis, oui candido. atq; aliis id genus supprimēdæ sanguinis profusioni dicatis auxiliis, cōpescendus. Post hæc autē ceto altius, quando opus erit, detergente aliquo medicamento imbutus, indendus erit; atq; vt id commodius fiat, alteri qui sinū adhuc occupat, aut assuetur, aut alligabitur. Poterunt & ellychnia seu linamenta in mundificatiuo aliquo tincta in sinū ipsum imponi: superq; atq; in ambitu dāda sunt, quæ mox infra dicimus. Porro si neq; in imo ipsius sinuosi vlceris, plaga cōmode fieri possit, neq; cauitas tota dissecari, sinus totus eluēdus erit collutionibus primū quidem detersoriis, si inhærentem saniem subesse suspicaris; deinde sarcoticis, id est, carnem generātibus: postea vero ad glutinans medicamentū trāseundū erit. Proinde *Gal. lib. 2 de ratione curādi ad Glauconē*, sinū ipsum nunc melicrato solo, id est, mulsa, nunc quidem puro vino, nunc vero mulso eluendum esse monet: sed præsertim in sinu cuius os deorsum spectat, per quod sanies libere effluat. Huius namq; sinus profunditatem totam, ad glutinationem aptā (*vt Galenus inquit*) sola reddet ep. test iniecta mulsa. Ad purgandū vero simul & roborādum, vbi scilicet adhuc aliqua leuis cuiusdam sordis derelictæ suspicio est, vel ipso etiā Aetio authore, mulsum eligimus. At vbi carnem iā in sinu mediocriter regenitā, omnino purā esse conieceremus, & glutinationē quærimus, vino puro subastringente sinū ipsum eluimus. Vinū .n. eiusmodi, quod medium est inter *dulce & adstringens*, leviter glutinat. Si autem cruentus fœtidusq; sit humor, qui è sinu excernitur, oxymeli (*Aetio authore*) cæteris præstat. Auicēnas & qdā alii, sinū, præsertim maligniorem & vehementer sordidū, detergent, & eluūt aut lixiuio, aut marina aqua (*vt in obs. præcedente quoq; diximus*) aut etiā aluminosa, quæ in hoc affectu præstātissima est. Hæc .n. præterq̄ quod poterter sordes abluit, à parte quoq; affecta fluxionē arcet, & repellit, Albucasis chirurgus insignis *vng. Ægyptiacū cū aqua & melle liquatū*, in sinū eiusmodi, detersionis & corrigendæ malignitatis gratia immitti iubet. Galenus quoq;, vbi sinus ipse, aut situs aut alterius cuiusvis occasione, sordidior aut humidior est, medicamēta, quæ valēntius q̄ mulsa desiccent, & detergāt admovēda, esse suadet. Cuiusmodi est medicamētū ex *cōbusta charta* cōpositū quod ad hunc modū tēperatur: *Squama æris. galla. myrrha singulorū* pōdo denariū octo: *sandaracha, arsenici, elaterii*, id est, *succi cucumeris agrestis singulorū pōdo denariū quatuor: thuris pōdo denariū triū, atramēti sutorii*, (quod Græci *chalcāthū* vocāt) tātundē, *charta* quātū satis est ad inducendū colorē. Debet autē exigua eiusmodi medicamenti portio largo rosaceo misceri, quo & eius vehemētia remittatur, & per angustū foramē in sinus pfundum, p fistulā aut æneā aut corneam recto ductu forată possit iniici. Iniecto autem medicamento, vlceris os linamento concerpto claudēdū est, ne id refluat. Nisi enim diutius maneat exiccare non poterit. Cæterū si vlcus calidū fuerit, hoc est, calidā intemperiem sibi adiunctam habuerit, & virus ab ipso sinuoso vlceri manans,

Si neque vlcus in imo neque cauū ac tota dissecari possit. Sinus quibus liquoribus abluendus. Melicratum.

Mulsum.

Vinum subastringens.

Oxymeli.

Aqua aluminosa.

Medicamentum ex charta combusta.

Si vlcus sinuosum calidum fuerit.

manans, rubrum & loturæ carnis recenter mactatæ persimile appareat, non alienum fuerit ipsum abluere melicrato, hoc est, aqua mulsa recenti, in quo lenticula, hordeum, rosæ & balaustium incocta fuerint. *Si vlcus sinuosum frigidum fuerit.* Si vero vlcus frigidum sit, & sanies tenuis & aquosa conspiciatur, mulsa in qua incocta sint marrubium, *absinthium, pimpinella*, & *myrrha*, eluendum est. Porro vbi sic ab omni sorde puros sinus effecerimus, carne replentibus medicamentis (*sarcotica* Græci vocant) si cani saltem fuerint, deinde glutinantibus & tandem cicatricem inducentibus, similiter reliquis vlceribus *Idem medicamentū detersorium, sarcoticum, & glutinans.* vtendum erit. Carne autem replent, quæ humiditatem siccant, & sordem detergent. Itaque idem medicamentum primario atque ex sese *sordiu detersorium* Galeno appellatur, altero vero significatu *sarcoticum glutinans*. Quippe quod tali imposito medicamento, vlcera carne repleantur ac coeunt. Opus enim ipsorum proprium est (*vt alicubi scripsit Galenus*) affectam partem recrementis vacuare, ne videlicet sanies carnis generationem glutinationemque impediat. *Sarcoticorum facultas.* Sarcotica igitur detergendi etiam vim habent, sed omnis rosionis seu morsus expertem. *Glutinantium finis.* Finis autem glutinantium est, nullam inter coitura subnascentem humiditatem permittere. Glutinaturo namque (*vt tertio methodi Galenus ait*) vnum id propositum est, vt eius quod secundum naturam est, redundantiam consumat. *Epuloticorum.* Epuloticorum vero, id est, cicatricem inducentium medicamẽtorum finis est, non hanc totam subnascentem, ac redundantem humiditatem impedire, sed etiam nunc consistentem in iis quæ mox cicatricem ducunt consumere, ad hæc callo obducere, & adstringendo indurare. Sed de iis vide Tagautium fusius *lib. 6. & Antidotarium Guidonis*. *Aetius.* Quæ autem sint vlcera minime malefica, quæ cicatrice indigent, ad longum docuit ipse Aetius ex Galeno *lib. 14. cap. 36. & cap. 37.* de aridis medicamentis quæ vlcera nequaquam malefica consolident, & *cap. 38.* de emplastris quæ vlcera non malefica ad cicatricem ducant, quæ omnia non opus est hic ad longum explicare. sat est locum indicasse ex quo ea remedia petenda sunt. Ergo (*vt ad propositum reuertamur*) si cauus *Si cauus sinus carnem requirat.* sinus carnem requirat, primum medicamenti, quod charta constat, aridi, paululum cum multo rosaceo inseri conuenit: Deinde carpto linamento os obturari. Inde emplastrum Iisis aut Machærionis aut simile quoddam, vna cum rosaceo cerato liquidiore solutum inijcitur. Vbi vero mediocriter carne repletus est sinus, aliquid ex glutinantibus medicamentis non vehementer siccantibus adhibendum est, quod crescentem tenellam carnem blande & sine morsu cogat, non aliter ac si recens aut cruentum vulnus curaretur. Curatur autem hoc mollibus, blandis, minimeq; dolorem excitantibus medicamentis, qua- *Enhæma.* lia sunt *enhæma*, quorum opus seu facultas est coniungere, & diuisas partes conglutinare, vt in pristinam vnitatem particula reducatur. *Multa* (*inquit Galenus*) eiusmodi medicamenta inueniuntur, alia quidem ex bitumine confecta, vocantur que nescio qua ratione. *vt idem ait*, emplastra Barbara: alia vero, quia fului & fusci sunt coloris, *cirrhæ*, & *phæa* nominantur, ex argenti spuma & ærugine liberalius decocta. *Cirrha & phæa medicamenta.* Horum autem medicamentorum misturas, Galenus, Paulus & Celsus docent. Sed præstat de hac re interpretis vulgaris Auicennæ verba subiicere. *Ad incarnandum*, inquit, *oportet quod medicinæ fiant currentes lauatiua, cum viscositate adhærente, & inijciantur in eis cum clysteris, & immittantur cum ellychniis & tentis.* Et nos quidem iam experti sumus emplastrum apostolicon, id est, *apostolorum*, & *centauream*, quia cum ea implentur, & est mirabilis valde. Succedit huic *symphyton*, deinde *iridis Illyricæ radix* postremo *erui farina*. & id genus alia, quæ glutinan- *Medicamentum incarnans & glutinans.* di facultatem habent. Porro sequens medicamẽtum, quod in frequenti est vsu apud chirurgos, miram vim habet in glutinandis seu incarnandis eiusmodi vlceribus: ℞ *aquæ decoct. hordei lib. 1. mellis rosi ℥ iii. sarcocoll. ℥ ii. myrrhæ, thuris ana ʒ. i. vini odoriferi* ℥ vi coquantur omnia simul vsque ad tertias, id est, vsque ad consumptionem tertiæ partis. Quibus & addi potest interdum aliquid aloes. Cæterum post glutinantis medicamenti impositionem, sola *spongia noua ex mulso*, iuxta Galeni consilium, circumponenda est, quam fieri potest mollissima. *Modus deligandi sinus post glutinatorium medicamenti impositionem.* Eius autem deligatura à sinus fundo incipiat, & eius ore finiat: fasciarum vero spiræ siue circumflexus, sinus profundum sine dolore arctent: ac paulatim vsque ad os eius relaxentur, eidemque (*oris inquam sinus*) indatur medicamentum molle, circumducto forinsecus emplastro ad os ipsius sinus forficibus discisso, vt sanies effluere possit. Effluet autem è sinu sanies, supposito aliquo paruo emplastro ad solutionem vsque, quam tertio die quoque faciens, hoc ipsum tanquam operculum circumpositum auferes, relicto eo quod rotum ambit sinum, medicamento. Ideo autem tertio quoque die, aut certe citius *Tertio quoque die spongia ac paruum emplastrū demonendum.* aut tardius, prout res efflagitabit, demẽda spongia est, ac paruum emplastrum, quod superpositum erat, vt si qua humoris colluuies in ore sinus collecta sit, vacuetur: exploremusque an altæ sinus partes coaluerint, an minime, quod ex manante sanie (*vt docet Galenus*) deprehendetur: si *Lib. 2. de arte curat. ad Glauc.* scilicet ea multa vel pauca, cocta vel cruda sit. Itaque alias ipsius partes coaluisse demonstrat, pus coctum ac paucum: præsertim si neque in ipso sinu dolor sentiatur, nec tumor appareat; sed locus totus æquabilis sit, siccus ac doloris expers. Cumque spongiam rursus imposueris, rursusque (*vt diximus*) adalligaueris, postero vel tertio die soluito, *vt dictum est*, semper linteolum sinus ori admotum permutans, quod eodem emplastro illitum, totum os ambitu cingat. Neque vero omnino appressum (*vt Galenus admonet*) esse debet: sed ita, vt pet id tota sanies vacuari possit. Itaque cum secundo vel tertia quoque die (*vt iam semel atque iterum dictum est*) spongia vel paruum emplastrum eximitur, considerandum, multa ne an pauca, cruda an cocta materia ad os vlceris affluxerit. Deinde expers ne sit an particeps doloris locus

tis locus effectus, & an tumor remanserit, aut diminutus sit. Altas enim sinus partus coisse testatur pus coctum ac paucum, præcipueque si dolor & tumor non adsint. Contra multum & crudum, & cum fœtore, & loci humiditate, dolore & tumore, nondum coaluisse significant. Neque vero (*vt scribit Galenus*) si primo vel secundo die teouis quædam sanies ex sinu manet, de glutinatione omnino desperandum est. Sæpe enim vis medicaméti affectæ particulæ admoti, ex ipsa cute & subiecta carne tenuem humiditaté vehementer exprimit, quoties eius q curatur corp⁹ ita affectũ est, siue ex natiua temperie, siue mala victus ratione. Hac humiditate expressa, luca mediocriter resiccata glutinantur. Quod si tertio aut quarto ab initio die, sanies cruda in ore apparuerit, scito (*inquit idem*) sinum non esse glutinatum. Quare affecto loco medicamentum, quod vehementer quidem exiccet, sed nec mordeat, nec cutem coo trahat, circumponendum est. Cuiusmodi est Galeni mendicamentum, quod a fuluo colore *cirrhum* dicitur, ex concoctis metallicis, oleo ricinino (quod *oleum de cherua* appellant) & aceto cũ cera confectum. Hoc enim medicamentum (*vt idem Galenus testatur*) sine morsu vehementer exiccat. Cuius compositio & vsus ex *lib. 2. de compos. medicamentorũ κατὰ γένη* requiri debet. Guido a Cauliaco iubet post glutinans medicamentum appositum, desuper apponenda esse emplastra & pannos, aliquo quod habeat *vt e us verbis vtar*, vim rectificare illa illitos. Cuiusmodi sunt, *emplastrũ diachalciteos* nominatum, quod à palma Græce φοινικινὸν, & vulgo *diapalma* appellatur. Item *emplastrũ* inquit *nigrum vel flauum, cum gallis: & mel coctum cum puluere thuris, myrrhæ, & aloes:* vel quædam horum, vel omnia simul, & vinum stypticum crassum, quod *grossum* vocant. Postea ligare præcipit, *vt docet Galenus lib. 2. ad Glauconem.* Paucis autem interiectis subdit, detenta (vt loquitur) hæsi asse multos, vt Henricum, & præceptorem suum Bononiensem, quod solida non ponatur, qua sa iem *inquit* in loco retinet, sed cañulata aut duplicata, vt sanies continuo valeat exire: & spongia super orificium ponatur, vt sanies trahatur exterius sugendo. Spongia namque ideo circumdatur atque alligatur, vt exiccet manantemq; è sinu saniem excipiat, alioqui partem eroderet, aut pruritum excitaret. Imbuta autem *vt supra diximus*, mulso spongia sit, vt detergeat, mel is, ne asperitate lædat; noua vero, vt aqua marina adhuc imbuta partem affectam desiccet. Hactenus de ratione curandi vlceris alti, angusti, cauernosi, non tamen callosi. Nunc ordo postulat, vt de calloso vlcere, seu callo obducto sinu, quam fistulam nominant, dicamus.

Nota coitionis altarũ sinus partium.

Cirrhum medicamentum.

Guido à Cauliaco.

Spongia qualis esse debeat.

Observatio XVI.

De fistulis, seu callo obductis sinuosis & arctis vlceribus.

LAurẽtius Bruninck chirurgus expertissimus hac aqua vtebatur ad cauterizandum fistulas, & ad vlcera exiccanda, abstergenda: & tepida ea vtendum est. ℞. *ireos, aristoloch. rot. cauill. ven. an. m. s. prassii ℥. ij.* terantur & coquantur in vino albo & acerbo, & colaturæ addatur mellis q. s. & coquantur per vnam horam. istis addebat aliquando & aquam maris, & cineris. Sed hæc valent & in vlceribus cuniculosis: verum tamen ab iis abstinendum vbi adest inflammatio: & vbi aderant sordes, prius cum *melle ros.* detergere solebat: & postea hac e quenti lotione per syringam vtebatur: ℞. *ros. ℥. ß. lentium. sumach ana ℥ iij. balaustiorum ℥ ij.* omnia contusa coquantur in oxycrato. At aqua illa mirabilis in fistulis est, cum qua ferro calido inscribuntur literæ aureæ, cornu arietis abrasum & subtiliter incisum ponatur ad destillandum subtiliter: aqua reseruetur ad fistulas: Atque hoc modo curata est monialis illa apud Diuam Vrsulam, quæ tres vel quatuor fistulas habebat in dorso è regione renum, neque potionibus illis vulnerariis quas libro præcedente ad fistulas valere diximus, curari potuit, cum multis annis ad fluxum iam consuetæ essent.

SCHOLIA.

DE fistulis plurima diximus *lib. 22. obser. & curationum medicinalium nostrarum obser. 47.* & in Scholiis *eiusdem obser.* cum de ani fistulis ageremus. At de fistulis quæ in aliis locis etiam euenire possunt, egregie cum veteres tum Neoterici scripserunt, vt Paulus *lib. 4. cap. 49.* multa collyria ad fistulas extergendas posuit. Aetius quoque *lib. 14. cap. 56.* de fistulis & fistularum ad os desinentium dignotione varia addidit. Non minus & Neoterici, vt Iohannes de Vigo *lib. 4. de vlceribus, cap. 8 de fistula*, & Bertapalia *de vlceribus, cap. 10* Ceterum quantum ad præsens negotium attinet, sequendo Guidonem à Cauliaco, quem & ipse Tagautius in omnibus suis quæ ad chirurgiam spectant, sectatus est, etiam insequendo vestigia ipsius Galeni tum aliorum illustrium medicorum iam supra commemoratorum. Cum pus in abscessibus sic excoriat particulam, vt continentia subiectis se paret ac diducat, dein eo quomodocunque euacuato, distantia inter se pristinum statum recuperare nequeant, affectio eiusmodi *sinus* appellatur Galeno *lib. de tumoribus præter naturam.* Quem si quis (*ait ille*) non statim curet, callo obducitur, durusq; temporis progressu fit, nec conglutinari ipsum cum subiectis sibi possibile est: vocaturque tunc hic affectus proprie fistula, de qua nunc dicere instituimus. Est igitur fistula (quam Græci *syringa* nominant) arctus oblongusque & callosus sinus, aliquatenus indolens, qui magna ex parte ex abscessibus parum dextre curatis, oritur: sed & ex aliis nonnunquam vlcerũ generibus ac sinubus perperam curatis nascitur. Nam, vt Guidu à Cauliaco *tract. 4. cap 5. de fistula* dicit, plerunque cauernosa vlcera fistulam præcedunt, à quibus & ipsa fistula oritur ob continuum humorum defluxum, locum ipsum corrumpentem: est enim illa materia pituitosa & melancholica, *vt dicit Guilhelmus de Saliceto*, in qua adustio adducit acuitatem & venenositaté. Vnde recte

Sinus.

Sinus degenerat in fistulam.

Fistula quid.

causa.

dereċte

de recte dicebat Arnoldus, *humiditas dominans & accellans frigiditas corrupta fistulæ viam præbet.*

Vnde fistulæ nomen.

Hæc autem nomen accepit ab harundinearum fistularum tralatione, *vt Paulus annotauit.* Quandoquidem in eis cauitas quædam deprehenditur, harundinum cauitatibus similis. Fit autem fistula in omni fere parte corporis; habetque quædam (*vt Celsus ait*) in singulis locis propria: Sed de communibus hic dicimus.

Fistularũ differentiæ multiplices.

Differentiæ igitur fistularum plures sunt, sicuti & sinuum, quæ ex situ, figura, numero, magnitudine, & aliis id genus sumuntur. Si quidem aliæ sub cute extensæ sunt, aliæ altius penetrant, aliæ rectæ, aliæ flexæ & tortuosæ sunt: aliæ intra carnem desinunt, aliæ ad ossa aut cartilaginem penetrant: aut vbi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt. Aliæ neruos attingunt, aliæ venas aut arterias occupant. Aliæ præterea simplices sunt, aliæ duplices, triplicesve, ab uno ore intus orsæ, quæ tres fiunt, aut etiam in plures sinus diuiduntur. Aliæ deinde facile, aliæ cum difficultate curantur. Atque etiam (*inquit Celsus*) quædam insanabiles reperiuntur.

Cur fistulæ ad Diuos relatæ.

Hinc ego a vulgaribus fistulas ad Diuos relatas esse puto, quod eorum ope indigeant: quare idiotæ tum vulgares *foramina Diui Quirini* fistulas vocant. At hæc deinceps de signis & indiciis adiiciamus.

Signa & indicia fistularum. Fistularũ notæ à quibus petantur.

Fistularum itaque dignotiones sumendæ sunt ab his quæ secundum essentiæ rationem ipsis insunt, atq; etiam iis quæ consequuntur accidentibus & effectibus. *A substantialiter quidem inhærentibus*, vt ab illo (*inquit Guido*) corio calloso, & a forma fistulæ instrumentalis & factitiæ. Callositas namque cum forma fistulari, essentialis est differentia ipsius fistulæ. *Ab accidentibus vero & effectibus*, vt à virulentia illa horribili, quæ aliquando ab ipsa fistula effluit, emanante. Item à dolore, qui in ea modicus esse solet, nisi dum partes quæ iuxta neruum sunt, occupat.

Quibus notis deprehendatur simplexne sit fistula, an multiplex.

Cæterum simplicesne fistulæ sint, aut in plures partes diducantur, cognosci potest ex modo puris. Cuius si plus fertur, quam quod simplici spacio conuenit, plures sinus callosos esse manifestum est. Corporis quoque inquinatio docet, num in plures partes fistulæ penetrarint. Quia sæpe cum quis aliter decubuit, aliterque membrum collocauit pus ferri, quod iam desierat, incipit: testaturque non solum alium sinum esse ex quo descendat, sed etiam in aliam corporis partem eum tendere. Cumque fere mixta sint caro & neruus, & aliqua neruosa, quales fere tunicæ membranæque sunt; genus quoque puris docebit, num plures sinus varias diuersa corporis genera perroserint. Si quidem ex carne (*inquit Celsus lib. 5.*) pus læue, album, copiosius fertur: at ex neruoso loco coloris quidem eiusdem, sed tenuius & minus: ex neruo pingue & oleo non dissimile.

Aetius

Cuius sententiæ refragari videtur Aetius, sic de nerui fistula inquiens: humor inde delatus tenuior est, ei similis, qui ab ossibus defluit, non quidem oleaginus aut pinguis, sed saniosus & glutinosus. Sed & ex aliis notis quam ex pure, deprehenditur nerui fistula; nempe dolore: stuporis enim punctionisque sensum incutit.

Nerui in fistula, vrosi nota.

Deinde motus, qui ab eo neruo perfici solet, deterior apparebit. Sed in specilli attactu (*inquit Aetius*) molestus acutusque sensus redditus, rem manifestissime indicabit. At fistula locum erodente, si vena suberit, tunc crassus sanguis effunditur: si arteria aperiatur, tenuis & flauus cum multo spiritu stridoreque exibit.

Vena atque arteria erosa signa.

Ante omnia autem (*vt recte consulit Celsus*) demitti specillum in fistulam conuenit: vt quo tendat, & quam alte perueniat, scire possimus: simul etiam protinus humida an siccior sit: quod extracto specillo patet.

Fistula specillo maxime exploranda.

Si vero os in vicino est (*et quod disci potest, an eo fistula iam penetrarit, an non*) quatenus nocuerit. Nam si molle est, quod vltimo specillo contingitur, intra carnem adhuc vitium est: si vero magis id renititur, ad os ventum est.

Ossis cariosi nota.

Ibi deinde si labitur specillum, nondum caries est: si non labitur, sed æquali innititur, caries quidem, verum adhuc leuis est. Si inæquale quoque & asperum subest, vehementius os exesum est. At cartilago vbi subhæsit, ipsa sedes docet, peruentumque esse ad eam ex renixu patet.

Obliqua fistula quomodo exploranda.

Cæterum si obliquæ fuerint fistulæ, flexumque aliquem, vel plures habuerint, vt specilli apex progredi nequeat, virgulam plumbeam, stanneamve conflabimus, aut ceream potius candelam assumemus, qua iter perteтemus. Cum enim flexilis admodum sit, ad fistulæ figuram facile accommodabitur. Hactenus de signis fistularum:

Fistularũ indicia seu prognostica.

nunc de indiciis seu prognosticis. Fistulæ si altius penetrant, vt ad vltimas demitti collyrium non possit, si tortuosæ atque anfractuosæ sunt, si multiplices, maius (*inquit Celsus*) in manu, quam in medicamentis præsidium est, minusque operæ est, si sub cute transuersæ feruntur, quam si rectæ intro tendunt.

Cor. Celsus lib. 5.

Expedita quoque curatio est in fistula simplici recenti, intra carnem, adiuuatque ipsum corpus, si iuuenile, si firmum est, inimica contraria his sunt. Itemque si fistula, os, vel cartilaginem, vel neruum, vel musculos læsit, si articulum occupauit, si vel ad vesicam, vel ad pulmones, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriasve, vel ad inania, vt guttur, stomachum, thoracem penetrauit. Ad intestina quoque eam tendere, semper periculosum: sæpe pestiferum est. Quibus multum mali accedit, si corpus vel ægrum vel senile, vel mali habitus est.

Paulus.

Ægre (*inquit Paulus*) consanescit in ano fistula, quæ orificio caret, tum quæ delitescit & in os terminatur, multifariamque fissa est.

Guido.

Sed (*vt etiam Guido ait*) omnis fistula ex toto genere difficilis est curationis, maxime profunda, tortuosa & inueterata plures habens cōcauitates, quæ est in mēbro nobili, vel ad interna penetrat, vt pectus, vētrē & vesicā, aut aliq̃ ex costis, aut spondyles, vel iūcturas subeat, potissimum manus, aut pedis: tales omnes suspectæ sunt, & difficilis curationis.

Albucasis.

Et occupatio in ea est (*vt recte dicebat Albucasis*) labor, & ignorātia. Sed

ria. Sed ex his quidem colliguntur fistularum sedes, spatia & noxæ. præterea an simplices hæ sint, an multiplices. & in plures partes diductæ. Hactenus igitur de fistularum differentiis, signis & indiciis. Deinceps vero de medicamentis ad easdem conferentibus differere oportet, atq; de fistularum in vniuersum curatione dicere. Nam & harum curatio alia, *teste Guidone*. vniuersalis est, alia particularis. Vniuersalis autem tres scopos curandi habet, vt præscribendi victus rationem, seu vitæ regimen, aut constitutionem, *vt vocant*, materiæ peccantis enacuationem; tertium vt mēbra interna roborando, fistulam exsiccando. Inprimis igitur genus vict⁹ conueniēs, & quod substantia & qualitate, causis, quæ fistulæ consolidationem impediunt, aduersatur, instituito. Deinde corpus vniuersum à superuacaneis & noxiis humoribus (*illis tamen prius, si ita res exigat, expulsioni paratis*) idoneo carthartico medicamento purgato Mox potionibus roborandis ac desiccandis interioribus partibus accomodis, fistulam ad consolidationē præparato. Cæterum tametsi potiones multæ ad hācintentionē à variis authoribus descriptæ sint, duæ tamen sunt (*ex Guidone de Cauliaco*) quæ frequenti vsu & fœlici successu à recentioribus medicis probatæ sunt. Prior ad hūc mo-

1. dum habet: ℞ *agrimonia part. iii. plantag. part. ii. foliorum olea part*. i. scindantur minutim, & contundantur: postea in vino albo coquantur, & fiat colatura, de qua quolibet die sub auroram cyathus

2. vnus administretur. Altera: ℞ *osmunda (quæ filix mas ist Dioscor.) part. iii. gentiana part. ii. centaurii part*. i. coquantur in vino albo, quæ vt prior administretur. Hæc postrema etiam valde efficax est ad ossium corruptorum expulsionem. Ego hæc ipsa tum similia decoqui iubeo cum decocto *ligni guaiaci*. & eam potionem permagna cum vtilitate etiam ad sinuosa vlcera, commodissime sæpe propinaui, tum ad fistulas omnes. Quod autem ad Topica pertinet auxilia, & regimen (*vt vocant*) particulare, quatuor sunt ordine peragenda. *Primum* quidem fistulæ orificium, si non satis hiet, aut si nimis strictum fuerit, imo vero sinus ipse fistularis vsque ad fines eius, si fieri possit, dilatari debet. *Secundo* loco callum eximere, fistulamque auferre, atque omnino destruere conuenit. *Tertio*, post exemtum (*quocunque modo id fiat*) callum, sordities detergenda veniet. *Quarto*, vbi purus iam ab omni sorde sinus videbitur, similiter reliquis vlceribus ad sanitatem perducetur; nempe glutinatoriis, seu (*vt loquuntur*) incarnantibus medicamentis, & epuloticis, id est, cicatricem inducentibus, atque etiam (*si carnis aliqua fuerit amissio*) sarcoticis, id est, carnem generantibus pharmacis. Ergo si nec aduri nec incidi commode possit fistula, & eius os, aut sinus totus, siue vnus ac simplex, siue multiplex fuerit, non late satis pateat, immisso collyrio aliquo, seu (vt vocant) tenta ampliari ac dilatari debebit. Materia autem ad conficienda collyria, dilatandis eiusmodi fistulis & sinubus non callosis idonea sunt radices gentianæ & mali terræ (quam *Aristolochiam* Græci nominant) radix item *bryoniæ*, hoc est, vitis albæ, & dracuntii seu dracunculi, præsertim maioris, qui *serpentaria* officinis, & Romanis veteribus *colubrina* nuncupatur. Sed inprimis huic negotio accommodata sunt frusta spongiæ contorta & valide compressa. Ex iis igitur fiant collyria siue penicilla (quas *tentas* vocant) altera quidem parte tenuia, altera paulo pleniora. Atque ea parte qua tenuia sunt, demitti oportet in fistulam, sed filo semper appendice, vt tutius, si altius descenderint, & promptius, si nimis hæreant, extrahi possint. Dimittantur autem horis duodecim, aut certe plus aut minus, donec late satis dehiscat fistula. Cæterum orificio fistulæ, atque eius sinu, sufficienter dilatatis, ipsius destructio prorsus molienda est. Id autem trifariam fieri consueuit. Nempe vel medicamentis acrioribus, & callum exterentibus, vel incisione sinus, & vstione: vel incisione citra vstionem, cum calli euulsione. Ergo si recens fuerit fistula, aut non adeo multum antiquata, nec etiam admodum profunda aut flexuosa, & chirurgiam, hoc est, sectionem & vstionem, prorsus recuset æger, medicamenta callum exterentia adhibebimus. Deinde remoto callo ad curationem reliquis vlceribus communem vertemur. Itaque callos elidunt, atque excindunt, quæ ex Galeno, Paulo, Aetio, Cornelio Celso & aliis recentioribus chirurgis subiungam. Spondylii radix circumrasa, & fistulis imposita, earum callos eximit. Item veratrum nigrum duobus tribusue diebus insertum idem præstat. At hæc amurca cocta, & in collutionem adbibita. At idem, elaterium, id est, succum cucumeris agrestis, seu (*vt vocant*) asinini, terebinthina exceptum in collyria cogito, impositoque: vel laserpitii radicis succum infundito. Id quod sequitur etiam callos consumit Paulo Æginetæ: *Æruginis* ʒ *xii. ammonia* 1 ʒ *ii. excepta aceto in longum diducuntur*, & fiunt penicilla. Hoc medicamentum expeditissimum atque ex primis esse ad callos eximendos, ex præcepto Megetis, nobis testatum reliquit Aulus Cornelius Celsus. Verum exemplaria omnia eo loci corrupta sunt. Pro *drachmis* enim *duodecim*, habent tantum *denarios duos*. Plurima eius collyria, hoc est, fistulis callos exterentia, à mudo nominatis authoribus describuntur, ex quibus quisque, quæ suo proposito magis conducere videbuntur, poterit deligere, & in vsum assumere. In communi autem vsu (*ex Guilhelmo de Saliceto*) apud recentiores chirurgos sunt collyria siue penicilla ex trochiscis asphodelorum; & iuxta Rogerium ex sapone & calce. Adhæc quæ auripigmento, hoc est, arsenico illinuntur penicilla, neminem vnquam fefellerunt, vt præter quotidianam experientiam, recentiorum fere omnium scripta testantur. At vero si fistulæ multos & valde anfra-

ctuosos

De fistularum curatione in vniuersum.

Ratio curandi vniuersalis.

Potiones fistulis idonea.

Ratio curandi particularis.

Sinus fistula amplia tio.

Fistula destructio seu mortificatio.

Trifariam fistula destruitur.

Callos exterentia.

Locus in Cor. Celso emendatus.

Trochisci asphodelorum

Arsenicū.

ctuosos aliosq; cuniculos habeant, ita vt in eos collyria eiusmodi, prout res exigit, indi nõ possint eadem ex aceto aut liquore aliquo ad rem accõmodo per auricularíũ clysterem intro infundenda sunt, vt scilicet per omnes multiplicis ipsius fistulæ anfractus perficiantur. Mirifice autem prodest in antiquis fistulis & admodum callosis sequens iniectio: *℞ vnguenti Ægyptiaci ℥ ß sublimati ʒ ß lixiuii ℥ iiii. aquæ rosaceæ ℥ ii. arsenici ℈. i. aquæ plantag. ℥ iiii.* bulliant vsque ad consumptionem tertiæ partis. Iniecto medicamento, fistulosi vlceris os, linamento concerpto (*vt de sinubus dictum est*) aut quouis alio claudendum est, ne id refluat. Nisi enim aliquamdiu maneat, nullum effectũ effatu dignum præstare poterit. Si autem duplices aut multiplices eiusmodi fistulæ, breues, intraque carnem sint, eadem etiam medicamenta quæ callos elidunt, arida in calamum scriptorium conüci possunt. Calamus igitur ille ori fistulæ aptandus est: postea in eum insufflare oportet, vt ea medicamenta intus compellantur. Si quando vero longior (*inquit Celsus*) & transuersa fistula est demisso specillo, contra principium huius incidi commodissimum est, & collyrium vtrimque demitti. Hinc & fistula tortuosa & intricata nunquam perimitur (*vt dicebat Arnoldus de Villanoua*) nisi felleis aut nitrosis liquoribus imbibatur. Aqua fortis Alchymistarum, saltem prima, in eiusmodi tortuosis, atque labyrinthi modo flexuosis fistulis, mirifice prodest. Hæc enim (*inquit Guido ex sententia Arnaldi de Villanoua*) omnes fistulas mortificat & disrumpit. Secundus modus abolendi fistulas est, qui primum per incisionem totius cauitatis fit, deinde per adustionem, quæ vel caustico medicamento, vel ferro candente & ignito inducitur. Cæterum quæ in magnas arterias, vel neruos, vel tendines notatu dignos, aut membranam costas succingentem, aut aliquam principalem particulam deueniunt, vel nequaquam (*vt supra diximus*) vel certe cum multa artificiosaque diligentia, ac prudentia attingendæ sunt. Reliquis vero hunc in modum manum admoliemur. Primum quidem tentabimus, an rectæ sint vel obliquæ, demisso intro (*vt paulo ante monuimus*) specillo, vel cerea candela. In quibus autem duæ pluresve oræ habentur, quæ specillo aut consimili instrumento tentari minime possint, ita notantur. Clystere in sinum per vnum os liquorem compellimus, exque transitu eius in reliqua ora, facile deprehendimus, vna ne, quæ multa ora habeat, an multæ fistulæ sint. His ita exploratis, si in summo fuerit sinus, atque is angustus, specillo demisso explicandus est, supraque id accommodata figura, scalpello incidendus. Si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo & ferro persequendi sunt idemque faciendum, si plures se quasi ramuli ostendunt. Vbi ad fines fistulæ ventum est, diuiso vlceri imponenda sunt penicilla, cui candido liquore imbuta, quæ labra solutæ continuitatis distendant, & inuicem coire non sinant. Postera die locus adurenduserit, vel ferro candente, vel caustico, seu adurente aliquo medicamento, nempe vel puluere asphodelorum, vel arsenico, aut alio consimili, quod facultatis sit causticæ siue vrentis. Auicennas *hydrargyrum*, id est, argentum viuum, sublimatum admouet, quo efficitur, vt nihil corruptum, nihil callosum, nihil denique quod præter naturam sit, in vlcere remaneat, quod non omnino desiccetur, elidatur, & absumatur. At si non summa occupauerint fistulæ, & sub cute non transuersæ ferantur, sed rectæ intro tendant, vbi quam profundissime potest, & quatenus licet, incisus fuerit sinus, orbiculatim totum callum, modo qui nuper dictus est, si fieri possit, auferemus. Quod si aliquid ex eo relictum fuerit, adurente id medicamento absumemus. Si autem multum sit, quod ex callo remansit, nec medicamento cedat, candentibus ferramentis adurendum est. Cæterum superponenda sunt atque in circuitu semper admouenda quæ refrigerent & reprimant. Nam fere quæ circa fistulam sunt (*vt Celsus ait*) aliquid habent inflammationis. Quomodo autem separetur os corruptum, superius fuit dictum. Signum autem quo dignoscimus medicamentum acre atque adurens, suum effectum, quod satis est, induxisse, est vlceris elatio siue tumefactio, & (*vt Rogerius dicit*) trium dierum mora, vt communis vsus habet. Itaque adusta, & vt oportet resiccata fistula, mitigatorio aliquo medicamento primis diebus vtitor, vt oleo cum oui luteo mixto. Deinde ea quæ crustas, ferro ignito aut adurente medicamento inductas resoluunt, ac deiiciunt, admoueto: cuiusmodi est *butyrum*, aut aliquod aliud simile, pingue ac vnctuosum. A quorum vsu non prius desistito, quam crustæ deciderint & in pus conuersæ fuerint. Mortificatæ autem fistulæ euidens argumentum est, cum pus quod ante multum & crudum appareret, nunc paucum, & coctum visitur. Tertius modus abolendi fistulas est, qui per incisionem fit, siue cauterio, vel actuali, (*vt vocant*) vel potentiali. Itaque facta quemadmodum ante proditum est, incisione vsque ad fines, seu fundum ipsum fistulæ, callus totus vel vnguibus, vel acie scalpri, vel cultro rasorio, id est, nouacula detrahi debet, ita vt locus, seu sinus ipse, purus & ab omni sorde mundus appareat, quod viuæ ac probæ carnis præsentia deprehenditur, *vt docuit Auicennas*. Et hæc vera est fistulæ curatio, quam statim, si nihil obstiterit, aggredi debemus, quoties fistula nobis sananda & abolenda proponitur. Cęterum fistula in totum abolita, detergentibus, si quæ sordes adhuc supersit, & sarcoticis, siue incarnantibus medicamentis vti nos oportebit: qui postremi duo scopi erant in sanandis fistulis propositi. Ergo callo fistulæ eliso, atque absumpto, si sordes aliqua subsit *mulso*, vel *aqua* in qua eruum coctum sit, sic vt huic quoque mellis paulum adiiciatur, locum abluito, vel sequenti medicamento repurgandis fistulis, vtitor. Terebinthinæ in in aqua vitæ ab-

At antiquas & valde callosas fistulas.

Si fistula longior & transuersa sit.

Aqua alchymistarum.

Secundus modus abolendi fistulas.

Argentum viuum sublimatum.

Si fistula sub cute intro tendant.

Quid post adustionem & resiccationem fistulæ agendum sit.

Mortificatæ fistulæ signum.

Tertius modus abolendi fistulas.

Vera fistulæ curatio.

Tertius scopus curandi, detersio.

tæ ab-

Medicamẽtũ fistulas repurgans ac detergẽs.

vita abluta ℥ *iij succi apii, succi cynoglossi* (quod Romani *linguam canis* appellant) *ana* ℨ *vi. mellis rosf. colati* ℥ *j* ß. *aristoloch. rotund.* ℨ. *ij. farina lupinorum* ℨ. ß. coquantur succi & terebinth. cum melle rosf. vsq; ad consumptionem medietatis soccorum, deinde reliqua commisceantur. Si prędicto medicamento absteisorio *myrrha sarcocolla, rad. peucedani arida, & iridis*, singulornm momentum adieceris, optimum incarnans medicamentum effeceris, modo ex eo turũda illinatur. Aliud Aetii Amydeni experimento probatum, *callum exterens*, & *incarnans*.

Quartus scopus, carnis generatio.

Radicum liliorum crematarum cinere fistulam repleto, & callus excidet; quo ablato smilacem herbam sumito, arundinibus se implicantem, flore candido, folus hortensi phaselo simil:bus: qua arefacta, vsta, trita fistulam replebis, & incarnabitur. Aliud aridnm Magistriani, ab eodem relatum fistulas incarnans: ℞ *Chamaleontis nigri radicem, pini corticem, thus masculum, aristolochiam longam pari pondere terito*, fistulæq; mulsa ablutæ aridum applicato. Sequens quoque collyrium à qnodam chyrurgo nostri temporis vsurpatum, fistulam agglurinat, insigniter deficcat, & affectæ parti robur addit. *Aqua vita* ℥ *ij. vini maluatici* ℥. *j. mellis rosf.* ℨ x. *myrrha, radicis peucedani trita ana* ℨ *ij. sarcocolla, aloes hepatica ana* ℨ j. ß. misceantur deinde bullianr omnia ad ignem moderatum vnico feruore, & per oricularium clysterem, quam *syringem* vocant, iniiciantur in fistulam. Alind ad fistulas vsque ad os attingentes, ex Aetio: ℞ *Squama aris, aruginis, ammoniaci thymiamatis portiones aquas*, ex aceto terito, & pastillum. id est, trochiscũ conflato. Deinde collyria, hoc est, torundas, fistulæ ęqualia formaro, & imponito. Quomodo autem ossi vitiato & corrupto medendum sit, in pcedentibus diximus. Hæc de vera fistulæ curatione. Si tamen ea ipsa sit in tali loco vt curari nõpossit, & quando est in membris sublimibus, & in locis vicinis neruorũ & venatum, vel si æger sit debilis, neque possit sustinere chirurgiam, aut eam abhorreat, vt potius cum ea ægritudine permanere velit, aut præstantius sit non curari eo modo qno diximus, cum peior forte affectus succederet, vt in fistula longanonis, inuoluntarius fecis exitus, tunc necessarium est ipsam palliare (*vt dicunt*) cum victus ratione, purgatione, & diuersione materiæ ad partem minus nobilem, & mũdificare ipsam à carne fraudulenta & vnctuosa. Deinde repleatur (*vt Guido annotauit*) exsiccantibus domesticis medicamentis, & cooperiatᷣ diapalma, aut emplastro nigro: hoc enim modo diutius quia manebit: interim cauendum est ab aqua, à situ dolorem inferente, & motu laborioso, Et istam palliationem ponit Auicenna: & Arnoldus de Villanoua ita de ea commentum tum rationem attulit, cum dixit: *Meatus innaturalis, qui diu manauit, vt in fistulis inueteratis, obturari nequit absque metu grauioris incommodi, nisi manatio consueta ad proxima deriuetur*. Hæc de fistulis dicta sufficiant: nunc ac vlcera cancrosa accedamus.

Medicamẽtũ callũ exterens, & incarnans

Aliud fistulas incarnãs

Medicamẽtum ad fistulas longe optimum.

Aliud Aetii, ad fistulas vsq; ad os peruenientes.

Palliatio.

OBSERVATIO. XVII.

De excrescentia cancrosa supra oculum vlcerata.

MIserabilis est ille casus cuiusdam viri sexagenarii, habentis excrescentiam cancrosam vlceratam, ad quantitatem pilæ, emittentem virulentiam, ad hæc magnitudine sua ita excedentem, vsque adeo vt oculus plane delitesceret, nec conspici posset, vt quando conspiciebatur, vix pisi magnitudinem habere videretur. Excrescentia autem hæc originem capiebat ex angulo lachrymali. Cæterum non potuit corrodi exedentibus medicamentis, ob senium, & propter debilitatem partis nec consumi, propter continuum fluxum. Idcirco D. Iodocus, chirurgus insignis, qui accitus erat, sibi scopum palliandi & roborãdi oculum proposuit: & per triduum apud eundem manens, *vng. diapompholygos* præscripsit: & discedens collyrium pro confortatione oculi, & etiam carnem cooperientem oculum consumens præscripsit: quod erat tale: *Antimonii loti cum aqua caprifolii* ℨ *ij tutia prapar. & extincta in aqua rosf.* ℨ j. ß. *cimolia* ℨ *ij.* puluerizentur, & cribrentur vt *alkohol*, & cum *aqua rosf. decoct. memitha* ℥ *iij.* misce & fiat collyrium, addendo in fine *camphora puluerisata* ℨ. ß. Deinde præscripsit vng. palliatiuum exsiccans, vt non cresceret sed consumeretur: ℞. *aqua caprifolii, rosf. solatri ana* ℥ *ij. tutia prapar. cum aqua rosf. terra sigillata, minii ana.* ℨ *j. plumbi vsti & loti cum aqua rosf.* ℨ *iij.* puluerisentur subtiliter, & misceantur cum aquis prædictis per noctem: mane vero cum *olei cherini q. s. & cera* ℨ. *j thuris pulueri sati* ℨ ß. fiat vng. adiiciendo ℨ. j. *camphora*. Cum isto vng. fecit emplastrum; prius loto oculo cum collyrio.

SCHOLIA.

DE cancro non vlcerato diximus *lib. 4. obser. & curationum chirurgicarum nostrarum*, de rumoribus præter naturam *obseruatione 5.* & quomodo cancri fiant, & in quibus locis abunde quoque diximus *lib. 17. obs. & curationum nostrarum medicinalium*, cum de mammillarũ affectibus scriberemus, potissimum Scholiis *Obs. 25. de cancro in mamilla sinistra*. Iam quoque plurima de cancris vlceratis & non vlceratis tum occultis egimus *lib. 26. obs. & curat. medicinalium, Scholio Obser. 35.* quando de vteri carcinomate loqueremur: etiam *Scholio Obs. 5 lib. 4. obs. & curat. chirurgicarum*, de cancroso tumore, & quomodo curetur, ad vnguem scripsimus: deinde *eodem lib. obs. 6. & Scholio eiusdem, de cancro vlcerato*, quomodo fiat & curetur, absoluimus, vt nõ opus sit eadem repetere, quare eadem loco iam citata diligens lector perscrutari poterit: & ita omnem vlcerum curationem communem, tum earum differentiarum vlcera famosa cõplectentium absoluimus: nunc restat pauca de iis subiungere, prout in quibusdam certis particulis fiunt, quæ particulæ vlceratę propriam quandam sibi curationem requirunt; & vltra intentiones cõmones, quas de vlceribus curandis nunc explicauimus, non solum in prognosticis, sed etiam in curatione variare solent. Nam vlcera capitus si vs-

Vlcera capitis.

que ad cranium aut menyngas perueniunt, & ad menyngas internas, vt in talpa & testudine sępe contingit (*vt Guido c.1. de vlceribus capitis doct. secunda de vlceribus prout insunt in membris cōpositis annotauit*) haud exiguum in operando infertur periculum, maxime iuxta commissuras. Et ideo cōsulit quoque Rogerius potius talē curationem relinquere, q̃ opere ꝓsequi, & hoc (*inquit Guido*) cōsiderans vna cū Lanfranco, in talibus plus consulere soleo palliationem q̃ curationem. Nihilominus & ipse Rogerius, quantum ad chirurgiam, in tali casu si æger affectet & requirat, præcipit vt cutis tota radicitus separetur, & cranium infectum trepanetur, & eleuetur, & à dura matre separetur: & postea cum pannis & ellychniis in melle rosato infusis, & aliis auxiliis repurgetur, & incarnetur, *vt de vulnerib. capitis dictū fuit*. Id & p̄stabat præceptor ipsius Guidonis tū ipsemer Guido, in Græco quodā, qui fistulam & corruptionē ossis in capite pone aures patiebatur. Iamerius autem post trepanū & ossis depurationē, ad hunc puluerē deueniebat: ℞ *Rana aquatica cōbusta* ℥ ß. *gallarū, saluia, myrrha ana* ʒ ij. fiat pul. & super vulnus *diapalma* aut *emplastrū nigrū* ponatur. Cæterum de excrescentiis cū vlceratione q̃ in capite fiūt, vt de talpa & hydrocephalo, ac harū curatione, diximus *lib. 3. obs. & curat. chirurgicarū nostrarū de tumorib. præter naturam, obs. 5. 6. 7. & præcipue in Scholiis earundem obseruationū*. De aliis quoque vlcerib. capitis, vt de achoribus, tinea, saphati, fauis, & psydracia dixim⁹ *lib. 8. obs. & curat. medicinaliū obs. 11. & 12. & in Scholiis earundem obseruationū*.

Vlcera faciei.

Iā quoq; de vlcerib. q̃ in facie eueniunt, vt est *Noli me tāgere*, de eo quoq; affectu *lib. 2. obs. chirurg. nostrarū* diximus, *obs. 9* quibus si libet, adiicias ea, q̃ Guido *doct. 2. c. 2.* de *noli me tangere* scripserit. Neq; hic opus est ea recensere, q̃ ipse eodem loco citato de *vlcerib. & cancris, vesicis ruptis, & eleuatione vueæ oculorū*, tū de *ruptura corneæ, & exitu vueæ*, ac *fistula lachrymali* scripserit, refricare; cum de his omnib. *li. 13. obs. & curationum medicinaliū* egerimus, quando de oculorum affectibus scriberemus.

Vlcera oculorum.

Vlcera narium.

Ozæna.

Polypus.

Iā quoq; de vlceribus nasi tū nariū egim⁹ *lib. 14. obs. & curat. medicinalium nostrarū obs. 13.* de ozænis & naribus vlceratis, & *obs. 14. de polypo.* quib⁹ ēt si placet, ea q̃ Guido de iisdē scripserit *cap. iā citato*, adiungere poteris.

Vlcera oris.

De vlcerib. oris & aphthis, q̃ in febribus sæpe contingunt, in libris febriū diximus passim in multis locis, deinde & *lib. 15. obs. & curationū medicinalium obs. 3. de aphthis & oris vlcerib. & de labiorum fissuris, gingiuarumq; vlceribus* in propriis locis tractauimus.

Vlcera aurium.

Sed & de auribus quoque supputatis & vlceratis, *lib. 14. obs. & curationum medic. obs. 3. & obs. 10. & 11. de parotide.*

Vlcera colli & dorsi.

At vlcera q̃ in collo & dorso fiunt, non habent ab aliis diuersitatē, nisi in iudiciis, quia sunt periculosiora pp venas & arterias & neruos & vias aeris & cibi: & q̃ sunt in dorso manus periculum denuntiant pp nuchā.

Vlcera omoplatæ & brachiorū.

Et vlcera omoplatæ & brachiorum, nullam habent diuersitatem ab vlceribus aliarum partium, nisi in prognostico & modo ligandi, de quib. satis fuit dictū, *libro præcedente de curatione vulnerum ipsorum*.

Vlcera pectoris.

Vlcera præterea q̃ sunt in pectore, si non penetrant, curantur vt alia: q̃ aūt penetrant, in genere fistularum reponuntur, & curatio, *vt præcedēte scholio diximus*, non hēt locū, sed palliatio, semp præsupposito optimo vitæ instituto: *vt de vulnerib. pectoris dictum fuit*. Interim obseruandum an materia intus coaceruata vel ad interiora decūbat, anhelitumq; impediat, & an non possit per locum affectum probe expurgari, foramen ampliandū est imposita turunda cānulata, vel ex gentianę radice, optimæ ligatæ, ne introcadat, & postea expurgandum ac detergendum melicrato, *vt docet Gal. 6. Therap.* aut vino mellito, aut lotionē aliqua descripta in curatione vulnerum pectoris: ad quē locum recurrendū, & desup imponendum mundificatiuū mox *melle* cocto: aut ea q̃ trahunt materiam à fundo & ab vlcerū concauitatib. vt de vlcerib. cauernosis dictū est. hac tñ cautione adhibita, q̧ medicinæ acutæ ibidē descriptæ, velut est *flos æris*, iniiciendę non sunt. Si autem non possit cōmode expurgari colluuies, aperiat̃ intra quartam & quintam costam, *vt eo loco latius explicauimus*: & curetur illud vlcus *vng. apostolorum* aut alio mundificatiuo cōuenienti. Vlcus antiquum superius, consumpto callo fistulæ cum cauterio, permittat̃ consolidari. Potiones superius quoq; descriptę in hoc casu valde cōmendantur. Inter quas vnā præ cæteris eligit Henricus, qua vidit plurimos sanitatem consecutos esse. Constat aūt radicib. *cardui fullonum tritis, & cum melle mistis*; exhibeturq; mane & sero vespere, ad quātitatem nucis cōmunis. Hinc Auerroes 5. *colliget*, *Cardo fullonū*, inquit, *calidus est in secundo, & siccus in tertio: mundificat omnē putredinem per vrinā, coctus cum vino, & remouet axillarū & totius corporis fœtorē, & generaliter resistit à tota specie omni putredini, & ē medicina cibalis & saporosa* idē dicunt de *Cinara*, qua in cibis delicatis vtimur, q̃ forte & ipsi Arabes solā intellexerunt, non autem vulgarē nostrum *carduum fullonum*.

Vlcera ventris.

Cæterum vlcera ventris q̃ non penetrant, ēt curantur vt alia: q̃ vero penetrant, similiter ad fistulas reducuntur, quorum ēt parum valet curatio, sed sufficit sola palliatio (*vt dicunt*) cum bono tegimine, & cōuenienti potione, & mundificatione cū emplastro mundificatiuo & cōsolidatiuo.

Vlcera ancharum & partium earum.

Vlcera aūt ancharum & partium eius (*vt scribit Guido tract. 4. doct. 2. de vlceribus membrorum organicorum ca.* VII. modo fiunt in membris continentibus, in contentis, aut procedentibus. in procedentibus, vt in virga, vteri collo, ano. At in continentibus curantur vt vlcera ventris. Quæ vero fiunt in membris contentis, vt intestinis vesica, & aliis potius ad medicos quā ad chirurgos spectant. Quæ aūt fiunt in ꝓcedentib. vt *in virga, vel vteri collo*, sunt *excoriationes, inflāmationes, calefactiones, vlcera virulenta, putrida, corrodētia, cancrosa*. In ano *rhagadia, vlcera, fistula*. In vtrisque, *hæmorrhoides, carnis excrescentia. ficus & condilomata*, omnibus in propriis locis diximus, vt non opus sit ea repetere. Quibus si addere velis ea quę Guido capite iam citato scripserit, doctrinam hanc clariorem habebis. Nunc ad illa vlcera quæ in aliis partibus externis fiunt, properemus, ad q̃ curanda maxime chirurgus accersitur.

OBSER-

OBSERVATIO. XVIII.

De vlceribus tibiarum.

QVidam qui vlcera in tibiis habebat hoc cerato de plumbo, quo vti solebat M. Angelus de Parma, tandem curatus est, ℞ *antimonii, cerusæ lotæ ana ℥ ß. plumbi vsti, lithargyrii, terebinthinæ ana ℥. j. olei rof. completi ℥ ij. ceræ albæ. ℥. j. ß. liquefacta cera in oleo addatur terebinthina, deinde pul.* & fiat vnguentum. Aliud vnguentum exiccatiuum in vlceribus tibiarum: ℞ *ossis sepiæ ℥ ij. lapidis calaminaris ℥ iiij. testarum ostreæ cathimiæ auri ana ʒ j. bol. arm. ℥. ß. axungiæ porci recentis sine sale ℥ ß ceræ ij. olei communis veteris lib. ß* ponatur oleum cum axungia ad ignem, & liquefiant, deinde quasi infrigidatis imponantur pulueres, & fiat vng. Sed & hoc egregie probatũ est ad vlcera tibiarum ostracosa: ♃ *ceræ, resinæ ana ℥. j. sepi castrati ℥ ij. picis naualis, olei ana ℥ iij. masticis, thuris, myrrhæ ana ʒ iij. litharg ʒ j ß cerusæ ʒ ß.* coquãtur simul *oleum, resina, sepum & cera*, vsque ad bonã glutinositatem, & postea addantur reliqua. de tertio autem die in tertium vlcus debet lauari vino calido montano. Hęc tela quæ ad Galenum refertur, etiam competit vlceribus tibiarum: ♃ *olei rof. ℥. x ij cerusæ. ℥ iij. litharg. ℥ iiij. ß. thuris masticis ana ℥. ß. sang. drac. ℥ ß. myrrhæ, sarcocollæ ana ʒ ij.* coquãtur parum vsq; ad rubedinem, & extrahatur ab igne, & imponatur tela antiqua ex lino. Ad idem de miniis: ♃ *olei rosacei lib. j. minij ℥ iij. litharg. auri ℥. ß. plumbi vsti ℥ ij. ceræ ℥. iij.* puluerisanda puluerisentur, & cribro excipiantur tenuissimo. lithatg. primo cum oleo coquatur vt inspissetur; postea ponantur reliqua & fiat in forma emplastri, & isto incarnantur vlcera tibiarum post debitam mundificationem. Sed & hoc vng. optimum exiccans existit, quod loco *diapompholygos* quis vsurpare potest cum non habeatur: ℞ *cerusæ ℥ ij. litharg. ℥ j. olei rof. lib. j. ceræ ℥ ij. fiat vng. in mortario plumbeo.* Postea addidit D. Laurentius Bruninck *tutiæ præpar. in aqua solatri, olibani, plumbi vsti ana. ℥. j.* & iterum ducebatur in mortario plumbeo, & fiebat vng. Aliud exiccãs pro vlceribus tibiarum antiquis: ♃ *boli arm. cerusæ, litharg. auri ana ℥ j. camphoræ ʒ ij. axungiæ porci sine sale quart. j.* misceantur & temperentur simul per ix. dies in aceto fortissimo, postea extrahatur ab aceto, & cum *oleo rof.* fiat vng. Ad idẽ (exiccans: *lapidis calaminaris lib j. ossis sepiæ lib. ß. ossis ostreæ, cathimiæ an. quart. j. bo. ar. quart. ß. olei antiqui lib. ij. axungiæ porci veteris ℥ ij ceræ. quart ij.* fundantur & colentur. deinde in fine adde pulueres. Aliud emplastrum: ♃ *ceræ lib. j. sepi arietini ℥ iij. olei oliuarum ℥ vi.* dissoluantur omnia simul super ignem. postea amoueatur ab igne, & ♃ *lapidis calaminaris lib. j. ß.* minutissime pul. ad ice & in fine *℥. ij. terebinthinæ lotæ cum aqua rof.* & fiat emplastrum. alii vtuntur emplastro *Gratia Dei dicto*. Hoc vnguentum vtebatur chirurgus quidam Antvverpianus magni nominis ad vlcera antiqua tibiarum (♃ *ceræ albæ. terebinth. resinæ ana ℥ j. thuris. masticis ana ʒ ij. storacis calamitæ ʒ ij gummi elemi. ʒ. vi. aristoloch. rotund. ʒ ij. succi millefolii & betonicæ ana ℥. ß. olei rof. olei terebinth. ana ℥. ß.* fiat vng primo sumatur *cera, resina, terebinthina*, & olea simul dissoluantur: deinde imponantur succi: & cum infrigidari inceperit, pulueres addantur. Hoc vng. vsus est M. Guilhelmus Drayere chirurgiæ doctor in fistulis thoracem penetrantibus & non penetrantibus, applicãdo exterius & dando ægro *vinum album decoctionis eupatorii, saluiæ agrestis*: & quam plures curasse dicitur eo modo. Vng. vero ad vlcera tibiarum, quo vtebatur olim M. Guilhel. Buscoducensis Illustrissimi Ducis Burgundię chirurgus: ♃ *Lapidis calaminaris ℥. iiij. litharg. auri ℥. j. cerusæ. ℥. ß. olei rof. ℥ iiij. sepi renum mutonis ℥. ij. ceræ ℥. j. vini albi Rhenensis ℥. iiij. terebinthinæ ℥. j.* fiat vng. bulliendo vsque ad consumptionem vini lento igne: & in fine addatur *terebinthina*, semper ducendo cum spatula, quousque infrigidatum fuerit. Aliud vnguentum in vlceribus tibiarum M. Gualteri de Turnour: ♃ *ceræ, resinæ specularũ*, quæ magis alba & cæteris purior existit, sine fece, *terebinth. lota in aqua rof. aut plantag. ana ℥. iij olei rof ℥ iij. mellis rof. ℥. ß.* liquefiat: deinde adde medium *vitelli oui. pul. boli arm. ʒ. iij. terræ sigill. ʒ ij. myrrhæ ℈. j. sang. drac. ʒ j. ß.* simul incorporentur, agitando ad spissitudinem.

SCHOLIA.

Vlcera coxarum, tibiarum & pedum.

VLcera (*inquit Guido de Cauliaco tract. iiii. doct. ij. de vlcer. membr. organ. cap. viii. de vlceribus coxarum tibiarum & pedum*) quæ in coxis tibus & pedibus fiunt, neque alium modum specialem curandi habent, q̃ alia iam dicta, excepta ligatura, quę in coxis incipit, in genu, in tibia super cauillam vel malleolum, & indigẽt maiori quiete, propter promptitudinem descendendi humores ad ipsa: quamquam & hoc notatu dignũ ꝙ *cancros*, qui in eiusmodi particulis fiunt, vulgus tum etiam Rogerius ipse in coxa *lupos* vocat, in tibiis vero gangrænas: Lanfrancus vero *esthiomenon* vocat, & facit differentiam inter ipsas & *malum mortuum*, quę est *scabies fœda*. at plurimum hæc mala inter se differunt, vt de tumoribus præter naturam diximus. Sed hoc sciendum vlcera ipsa, quæ in tibiis fiunt, maiori exiccatione indigere. Verum si hęc ipsa vlcera fuerint gangrænosa aut cancrosa (*vt ipse Guido ait*) procul dubio alia curatione indigent: Nã si (*inquit*) talia vlcera cancrosa non curantur cum aqua aluminosa & plantag. *vt supra dictum est*, placet mihi secundum Lanfrancum vt totaliter cauterizentur cum cauterio cultellari: & cum ipso eorũ forma rotunda reducatur ad longam, vt citius consolidetur: & postea mitigetur ignis cum *ouo & oleo rof.* & maturetur & mundificetur eschara cũ emplastro de apio, & defendatur locus cum vng. de bolo, *vt frequenter dictum est*. Si vero os fuerit cõtaminatum, & super ipsum aliqua eminentia apparuerit, præcipit Rogerius vt munitis circumferentiis cum aliqua *pasta*, vel *panno cerato*, vel *diachylone* aut alio emplastro frigido adherente, cato superposita impleatur aliquo caustico, & stet à mane vsque in vesperum, vel è contra. & postquam cato fuerit denigrata & mortificata, ad extinguẽdum ignem desuper ouum cum *oleo rosaceo*, si vis apponatur, & procuretur cũ butyro & caulibus

Doct. 3. tra. 1. cap. 13 de gangrænis, vlceribus rotundis in cruribus, & malo mortuo.

stis, vt caro mortificata cadat: & postquam ceciderit, os abradatur, & remoueatur, quousque purum ac mundum remanserit. Et si opus fuerit, cauterizetur, & tractetur, vt supra dictum fuit: de osse corrupto. & deinde vt cætera vlcera, curet. in casu tamen si os ex toto mortificatū (*ita enim loquūtur*) & tabefactum fuerit, dimittatur, quia incurabile est. interim caueas, *vt idem Guido de Cauliaco monet sub finem*, quantum possibile est à remediis corrodentibus & causticis, quia (*inquit*) vidi pericula, à quibus nos deliberet omnium Deus liberator. His addere poteris quæ ipse Aetius *lib. 14. cap. 44.* de vlceribus quæ dissoluuntur & ad tibiarum vlcera diuturna scripserit. idem ad extremorum vlcera cap. 45 *Vnguentum cum vino*, inquit, *illine, vel peucedani radicem tritam, & vetustorum lignorum cariem applicato, vel brassica aut sauina folia, fœnigreci farina, & aceto commixta, vel sideritidem cum melle subactam apponito, vel oleum in quo scilla decocta sit absque linamentis cum penna illitum: ita enim neq; musca vlceri appropinquabit.* Ad inducendam cicatricē diuturnis tibiarum totiusque corporis vlceribus: ℞ *Calcis viuæ & plurima aqua ablutæ, deinde effusa aqua exiccata* ℥.j. *cimoliæ tantundem: ceræ, terebinthinæ liquidæ, singul.* ℥ ij. *olei myrtini vel ros.* ℥.iij. addere potes etiam *ostreorum combustorum in puluerem redactorum* ℥.j. aridis è vino tritis in mortario, quæ liquari possunt, liquata admisceto, & conficito. Et ita hunc tractatum De vlceribus compleuimus, anno 1570. 24. die Octobris.

Aetius.

Ad extremorum vlcera.

Ad tibiarū inducendā cicatricem diuturnis. totiusque corporis vlceribus.

OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM

CHIRVRGICARVM

Liber octauus,

DE FRACTVRIS;

OBSERVATIO I.

De costarum contusione, in qua metus erat fracturæ.

ANno 1553. mense maio, cum accitus essem ad quendam contusum ex iactu mallei parui, ita vt costę spuriæ intro repulsæ essent, cum metus esset de fractura, & cum ex nimio dolore aliquando in lypothymiam incideret, huic, cum valde debilis esset, etsi, ne apostema fieret, ad diuersionem sanguinis missione opus esse videretur, tamē, ob imbecillitatem virium, sanguinem mittere minime ausi fuimus. Quare post aluum glande irritatam, fecibusq; eductis, tantum cucurbitulas cum scarificatione ipsis natibus apponi mandauimus. Et vtcunque extracto sanguine, postea etiam admota magna ventosa absque scarificatione ipsi loco dolenti, ad costarum retractionem, melius habere cępit. Interea inunxetamus locum affectum cum *oleo chamomil. myrtino, & rosaceo*, etiam ad dolorem sedandum exiguo adiecto *oleo anethino*. Postea etiam *alabastrino vng.* ad resolutionē contusionis faciente inunximus. Interea vt hæc quoq; per os sumeret, mādauimus: ℞ *capill. ven. scolopend. vngulæ caballinæ, scabiosæ cantium rub. art. misiæ rub. ana m.j. rad. rubiæ tinct.* ℈.j. *sem. anisi* ʒ.j.ß *sem. nigellæ* ʒ. j. *follicul. senæ* ℥.j. *vuar. pass. enucleatarum* ℥. ß. *liquiritiæ rasæ* ʒ.iij. fiat decoctio in iure caponis ad lib. j. ß. dulcoret. zach. in quo & hæc puppa exprimenda dum potio biberetur, pendebat: ℞ *pul. rhab. elect. crassiore modo puluerisati, vel potius incisi, mūmiæ, spermatis ceti, rubiæ tinctorum ana* ʒ. ß. *spicæ gr. iij. nucem muscatam vnam puluerizatam.* omnia in puppa ligentur. Ex quo decocto cum modo bis in die aut semel, iuxta eiusdem medicamenti solutionem, sumeret, magno cum meo honore hic conualuit.

SCHOLIA.

QVandoquidem in præcedentibus libris de vitiis chirurgiæ subiectis, quæ carnosis & mollioribus corporis partibus accidunt, abunde satis dictum est, ordo iam postulat, vt de aliis quæ ossibus cōtingunt, hoc est, fracturis agamus, quas & ipse Hippocrates luxationibus pręmisit. Quid igitur sit fractura, & quæ sint eius differentię, nūc dicamus. Est igitur fractura, vt in vniuersum dicatur, *vnitionis*, siue *continuitatis solutio quæcunque in osse*, quam veteres Græci proprio nomine & omnibus suæ gentis hominibus noto *catagma* vocabāt, *vt Galenus 6. method. medend. & aliis plerisque locis testatum reliquit.* Paulo vero Æginetæ, atque aliis posterioris medicinæ Græcis scriptoribus, fractura ossis est diuisio, aut ruptura, aut præcisio discissioue, à violentia quadam extrinsecus irruente accidens. Guido à Cauliaco (*cap. 1. de restauratione fracturarum vniuersali*) & alii quidem ætatis illius medici, fracturam definiunt, continuitatis solutionem in osse, non à quolibet re factam, sed ab ea tantum quæ contundit. Vt vera sit (*inquit*) prima differentia solutionis ossis, quod quædam est incisa, quædam contusa: ossium enim diuisionem quæ incisione fit, non fracturam, sed ossis vulnus appellant. Cæterum plures fracturarum eiusmodi differentiæ sunt: aliæ namque *simplices* sunt, alię *composita*. Ex simplicibus quidem aliæ sunt, q̄ fracti ossis partes iam protsus separarunt, easque *cauledon, raphanidon*, atque etiam *sicyedon* factas Gręce dicunt, hoc est, ad caulium, raphani & cucumerum fractorum speciem ac similitudinem. Manifestum autem est, eiusmodi ossiū diuisionē transuersim per crassitudinem fieri. Hæc quibusdam virgalis & transuersalis nominatur. Aliæ vero fiūt *schidacidon*, quasi asseris modo: Hæ autem per longitudinem magis fiunt, dicunturque oblongę ossis fissuræ. In iis nō omnino separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinem findūtur. Præter has aliæ quædam adhuc simplices numerantur fracturarum differentiæ, quarum aliæ dicuntur Græcis fieri, *εἰς ὄνυχα*, id est, *ad instar vnguis*, alię *alphitidon*, id est, ad farinæ vel pollinis similitudinem. Aliæ *cata apothrausin*, id est, iuxta refractionem, seu (vt alii interpretantur) abruptionē. Fractura quæ *εἰς ὄνυχα*, id est, *in vnguis forma* fit, fissura est ossis, quæ cum aliqua in parte recta sit,

Fractura quid.

κάταγμα. Paulus.

Guido à Cauliaco.

Ossis vulnus.

Simplices fracturæ differentia.

Fractura schidacidon facta.

Aliæ fracturarum differentiæ.

Fractura vngularis.

cta fit in extrema tamen lunata euadit. Atque hæc etiam *calamidon*, id est, harundinatim ab aliquibus nuncupatur. *Alphitidon* ad similitudinem farinæ vel pollinis dicta, est, cũ os in multas tenues partes confringitur, quę & ipsa *carpedon*, id est, nucarim, à quibusdam vocatur. *Apothrausis*, quę & *apocope* dicitur, id est, abscisio seu præcisio, est cum pars ossis per summitatis ruptuam seu superficiei abruptionem detrahitur, ita vt pars ea quę detracta est, & recessit, supereminear, vt fere fit cum squamula ab osse resoluitur. Cæterum hæ fracturarum differentiæ curiose nimis (*vt Galen. inquit*) atque ambitiose à medicis Hippocra. iunioribus, iis propriis nominibus interpretatæ sunt. Nõ cõtenti fuerunt oratione, os quo varie seu multifariam sit fractum, explicasse. Ab eiusmodi autem appellationibus omnino abstinuit Hippocr. sed quoad fieri licuit, vsitatissimis & vulgo satis cognitis vtẽs nominibus. oratione interpretari non est grauat⁹ nõ has modo fracturarum differentias, verum etiam q̃ in capitis ossibus inueniunt. Cæterum q perfectam tractationem de fracturis diligenter velit pdiscere, & harum omnium curationem, videat Hippocratis librum *de fracturis*, cum trib⁹ Galeni cõmentatiis, nuper etiam per Vidum Vidium Florentinum editum, & figutis illustratum. Quæ omnia diligens lector perlegere poterit, vt hæc nostra, quę nunc de fractura scribemus ad vnguem intelligere possit. Breuiter, duæ potissimæ sunt fracturarum differentię simpliciter Galeno à quib. curandi indicationes sumuntur, nempe q̃ p *transuersum*, & q̃ *longitudinẽ* facta est. Cornelius Celsus tertiam addidit, q̃ scil. *oblique fit. Omne* (inquit) *os, modo rectũ. vt lignum, in longitudinem finditur, modo frangitur transuersum. interdum obliquũ.* Cæterum ossis fracturæ nonnunq̃ carnis quoque vulnus accedit, sed potissimum cum ossa multifariam fracta sunt, sępe etiam dolor ingens, & interdum inflammario. Contingit etiam aliquando vt aliud os super aliud efferatur, ex osse male ferruminato ac cõmisso, veluti *tophaceus* aliquis nodus relinquatur. Horum autem affectuum & symptomatum cum ossium cõtinuitatis solutione cõplexus, cõpositas fracturæ differentias, iuniores medici vocauerunt, cum tñ proprie differentiæ non sint. Quandoquidem quod seorsum & per se consistere potest (*vt alibi ex Gal. diximus*) nunq̃ alterius erit differentia. Vulnus autem, dolor, inflammatio, & id genus alia seorsum & per se cõsistere possunt. Proinde verę fracturarum differentię, & à ppria ipsarum natura desumptæ nec reuera sunt, nec rectæ dici possunt. Quod si à loco quoque, seu parte in qua est fractura, differentias censeas, veluti si *nares, aures, maxillæ, costæ, clauiculæ, caluaria, spina dorsi, humeri, brachia, femora, crura, digiti, fracturã patiãtur,* fuerint pfecto & ipsę fracturarum differentiæ Albucasi: nõ vtiq; à ppria ipsarum natura, sicuti neque pcedentes, desumptę, sed à locis in quib. cõsistunt. Verum enimuero quoniam ab iis omnib. supra cõmemorans agendorum sumuntur indicationes, donemus eas cum recentioribus medicis & chirurgis differentias appellari. Nũc ad causas, signa & indicia & in vniuersum fracturę veniamus. Causę fracturarum internæ nullę sunt, externæ vero ea omnia, vt breuiter dicam, quę contundere, aut diuidere ossa possunt. Quę contundunt, ea dura grauiaque, & in mole nõ exigua sint oportet, vehementique impetu deferri ac irruere. Ossa diuidunt, q̃ vulnerando incidunt: item casus ab alto, pręsertim si ossa sicciora sint, nec admodum crassa, fractura quoq; ossib. interdum accidit ex circumtortione in luctantibus: vt si tibia siue crus Dioclis, cruri aduersarii Socratis cum eo luctantis per transuersum suppositum sit, ita vt vtraque eius capita, & iuxta pedem, & iuxta genu deorsum vehementer deprimantur, os procul dubio ipsius Dioclis, pręsertim si infirmum sit natura, hoc luctationis genere medium disrumpetur, seu si mauis frangetur. Id quod in lignis quoque quæ à nobis ipsis circumtorquentur, videre licet. Si.n. lignum aliquod neque magnum neque validum sed paruum & imbecillum s̃ femur impositum tuum, ex vtroq; capite deorsum vehementer manibus vrgeas statim id in media parte frangi aspicies. Sed & illis quib. rota currus super femur, crus aut brachium agitur, os quoque subinde frangere solet: ita fractura in femore euenit puerperę illius q̃ extra portam qua ad Mosam itur: fuit tamen hæc probe curata, erat autem fractura sine vulnere. Signa vero ossis fracti, & pręsertim per transuersum atq; in artubus, hęc fere sunt. Tactu ossis partes disiunctę separatęque ac variæ reperiuntur: membri figura inæqualis percipitur: dum membrum dimouetur, & manu varie tractatur, ossa colliduntur, & velnti crepitus quidam ex ea collisione auditur. Pars afflicta, contracta dolet: corpus membro fracto haudquaq̃ inniti potest: causæ quæ frangunt aut cõtundunt, pręcesserũt. In osse vero quod per longitudinem fractum est, substantiæ eius crassities non naturalis tactu percipitur: cætera signa non adsunt, pręterquam quod dolor & inæqualitas, indicio sensus, etiam deprehenduntur. *Prognostica:* Ossa minime periculose media franguntur in humeris, brachiis femorib. crurib. & digitis. Quo autem propior fractura capiti vel superiori, vel inferiori ipsius ossis, est, eo prior iudicatur. Nam & maiores dolores adfert, & difficilius curatur. Ea itidem quę in artuum vicinia est, curatu difficilis est, vel eo potissimum nomine quod commode ligari non possit. Atque hęc vt plurimum motum relinquit difficilẽ. Maxime tolerabilis est, simplex transuersa: peior vbi fragmenta plura sunt, atque vbi aliqua, pessima autem eadem acuta. Nam & carnem vulnerant, interdum neruum quoque & musculum. Fractura q̃ cũ dolore & inflãmatione aut carnis contusione incidit, mala. Quippe q̃ instaurari nõ possit, donec ea prius curationem receperint; Si ossis fracturę. carnis quoque vulnus accessit, in malo etiã ęger est, maximeque si id musculi femoris aut humeri senserunt. Nã & inflammationes multo grauiores, & (*vt inquit Celsus*) promptiores cancros habent. Adde quod in eiusmodi fractura neque ferulis neque canalibus (*inter qua vulnus sanescere*

Fractura alphitidon facta.

Fractura κατὰ ἀπόθραυσιν facta.

Hipocrates de fracturis cum tribus Galeni commentariis.

Dua potissima fracturarum differentia.

Composita fractura differentia.

Methodi 3.

Causa.

Signa.

Indicia.

Prò cancrò hic gangrænã & sphacelum intellexit, sicuti & alii quibusdam locis.

nō potiſt) vti poſſumus, Sed nec primis faſciis, quas Hippocr ὑποδεσμίδας, id eſt, *ſubl gamina* vocat, vulnus contegendū eſſe volnortū hnius ætatis chirurgi, tum q̃ ſeculo Hippocrat. fracturas curabāt. Itaq; vlcere nō deligato, hinc & inde, hoc eſt, vtrinque ab eo faſciis circūiectis qua vlc⁹ eſt, feneſtellam relinquunt, per quam medicamenta vulneri accōmoda imponant. Quem deligandi modum damnat ille medicorum princeps & anteſignanus Hipp. lib. quē de fracturis inſcripſit, eūq; lemmatis ac rationibus non abſurdis quidē, aut ꝓbabilibus tantū, ſed ſcie:ificis quoque & neceſſariis, inutilem, erroneū, prauumque eſſe conuincit ac demonſtrat. Si brachium aut crus fractū eſt, bonum eſt ſaltem alterum os integrū manere. Altero namq; oſſe integro manente, neceſſe eſt neruos ac tendines minus contrahi, quippe qui ab io tegro ipſo oſſe & non cōminuto adhuc intendātur. Adde q̃ curioſius omnia in continendis oſſibus fieri debent, vbi vtrumque os fractum eſt, & neutrum alteri auxilio eſt. Itaq; ſi alterum os integrum manet, plus opis in eo quam in faſciis, feruliſque, eſt: Cornelius Celſus memoria tradidit, i-

Locus in Cornelio Celſo, aut falſus aut mancus.

gnorari minime oportere, ſi femur perfractum iſt, fieri breuius (quia nunquā, inquit, *in antiquū ſtatū reuertitur) ſummiſq; digitis poſtea cruris eius inſiſti.* Quod equidē à ratione & experientia, ab ipſiuſq; Hippocr. ſententia protſus eſt alienum. Non enim quoties femur frangitur, protinus neceſſario ipſum breuius efficitur: ſed duntaxat ſi ſtatim quum fractum eſt, minus q̃ par ſit, à chirurgo diſtētum fuerit, vel tortuoſe diſtractum & ſeparatæ ac diſtantes inter ſe oſſis confracti partes, nō recte atque adamuſſim, priusq̃ ferrumē impleāt, coaptatę extiterint. Tūc .n. & breuius femur redditur, & crure eius partis claudicabit homo. Sicaūt de hac re *de fracturis* ſcripſit Hippo. *At vero ſi femoris os fractū ſit, extenſio inprimis diligenter facienda eſt, ut minus quā debeat efficiatur. Amplior enim ſi ſit, nullā læſionē affert.* Verum quoque eſt, vt in eodē opere idē teſtatur Hippoc. *quibuſcunq; vtraq; vel tibia vel cubiti effracta oſſa fuerint, illa breuiora effici.* Quod ſane intelligendum eſt: *nempe vt Gal. interpretatur,* niſi ante conformationē extenſio debita adhibeatur, & cōmoda deligatione oſſiū coaptatio ſeruetur, quoad call⁹ obducatur: tunc .n. non ſolū in maiorē tumorē, q̃ naturaliter conueniat, membrū illis attollitur, verū etiā breuius, ꝓpter retractos muſculos efficitur. Sed hæc ꝑſtagis particularia ſunt. Fractura quo vetuſtior eſt, h. e. quo tardius fracta oſſa vt oportet cōmittuntur, eo deterior efficitur. Quādoquidem & callus illic gignitur, & ſpacia ipſa inania, aliena quadā ſubſtantia opplentur. Quo fit vt dum inſtauratio molienda ſit, maiore ac valentiore multo extenſione ſit opus. Magna aūt & valens eiuſmodi extenſio, nō raro conuulſionem inuehit, *vt alicubi teſtatus eſt Auicennas.* Fracturæ non pari dierū numero in omnib. oſſibus ferruminātur, ſed in aliis tardius, in aliis citius. Caluaria triginta quinque dieb. glutinatur. Brachiū & tibia ſi rite curentur, diebus circiter quadraginta occalleſcunt. Firmatur cubitus diebus plurimum triginta. Si in naribus os perfractum eſt, decem & octo dierum ſpacio cōſolideſcit. Coſta poſt vnum & vigeſimū diem Celſo, aliis non niſi poſt vigeſimum octauū ferrumē implet. Fere etiam intra decimū quartū & vnum & vigeſimum diem ſaneſcunt, maxilla, iugulum, ſcapula, os tali, calx, manus, planta: inter vigeſimum ſeptimum & quadrageſimum humeri & femina. Coxa vero dieb. quinquaginta coaleſcit Hippocrati: Pes eidem ſexaginta dierū ſpacio, ſi quieſcat, conſaneſcit. Et ita de aliis, ꝓ fracti cuiuſque oſſis natura dicendum eſt. Quin etiam confert aliquid ad valde celerem aut tardam ſanationem & ætas & corpus, & vitæ propoſitū, & anni tempus, vt de vulneribus dictum eſt. Proinde in iis nihil certum aut perpetuum eſt. Factionis Arabicę princeps Auicennas affirmabat *oſſium agglutinationē in bilioſis, conualeſcentibus, & primis ſenib. difficilimam eſſe: in decrepitis vero ac valde ſenibus, impoſſibilē.* Cæterum coſta aliquando tota, interdum non tota frangitur: nempe cum pars eius interior (*quæ rara eſt*) duntaxat lęditur, ſummo oſſe manēte integro. Si tota coſta perfracta eſt, caſus aſperior eſt. Nam & graues inflammationes, & febris, & ſuppuratio, & ſępe vitę periculum ſequitur, & ſanguis ſpuitur. Narium fractura peior eſt, vbi aut cartilagini fractę, cutis quoque vulnus acceſſit. In

Nota mali aut boni indices in fractura cranii.

cranii fractura (*vt de vulneribus eiuſdem diximus*) malum portendunt, *membrana immobilis, nigra vel liuida, vel aliter coloris corrupti, dementia, acris vomitus, neruorum vel reſolutio vel diſtenſio, caro liuida, maxillarum rigor, atque ceruicis.* Spem vero certam faciunt *membrana mobilis, ac ſui coloris, caro increſcens rubicunda, facilis motus maxillæ atque ceruicis.* Cętera quę ad ſummum cibi deſiderium, febrem, puris colorem attinent, eadem quę in cęteris vulneribus, vel ſalutaria vel mortifera ſunt. Ferrumen ſeu agglutinationem in oſſibus remorantur, *multa ex aqua calida perfuſio, crebra ſuperpoſitorum mutatio. feſtina nimis ac præpropera membri affecti dimotio, nimia coarctatio, & quæ partis oblæſa (alimenti in eam diſtributionem prohibendo) atrophiam inducit. Sanguinis* quoque *viſcoſi penuria,* & item *fragmenta quæ remanſerunt.* Oſſa quę fracturam expertą ſunt, recte commiſſa eſſe, teſtantur, *æqualis membri perfracti compoſitio, & figura naturalis, ſi alteri ſibi compari, nihil noxæ perpeſſo, conferatur: dolor ſublatus, ac veluti quidam voluptatis ſenſus, ſanguinis quoque ſolerti quadam naturæ prouidentia, ad fracturæ locum pulſi apparitio.* Proinde non minus vere quam communiter dici ſolet, *quod tumor mēbri perfracti, poſt primam eorum quæ fracturæ admota ſunt mutationem ſine magno dolore apparens; atque vbi fracti oſſis partes recte concurrerint, & in naturalem ſitū aptatæ fuerint, euaneſcens; certam ſalutis ſpem pollicetur.* Sed iam tempeſtiuum eſt fracturę in vniuerſum curandę veram methodum, quam ipſa rei naturę pręſcribit, tradamus.

Quæ agglutinationem remorantur in fractis oſſibus.

Oſſis fracti recte commiſſi notæ.

Fractura non pari dierum numero conglutinantur.

OBSARVATIO II.

De quodam qui fracturam cruris patiebatur.

VAlentino Andreæ pro fractura cruris hęc ꝑſcripta ſunt: *bo. i arm. terra ſigillata ana ℥ ij. ſang. drac. ℥. j. farina fabarum, lupini ana ℥ j. ß. ol. roſ. myrtini ana.*

ana ℥ ß. *aceti & mellis q.s.* fiat instar pultis, ꝓ defensiuo. ℞ *farina fabarum* ℥ iiij. *balaustiarum, nucis cupressi, ros. rub. an.* ℥ j *stœchad. arab. absinthii an.* ℥ ß. *sem. myrtill.* ʒ v. *terra sigillata* ℥ iiij. *santalorum rub.* ʒ iiij. puluerizanda puluerizentur, & cum *vini styptici & aq. plantag. q.s.* fiat emplastrũ in fine addatur *sang. draconis, sarabe ana* ℥ ß. misce ℞ *cymatum rubi, foliorum salicis, agrimonia, ros. rub. an. m. j. sem. plantag. myrtill. ana* ℥ j. *absynthii m.* ß *psidia, balaust. cupul. gland. nucis cupressi, acacia, sumach ana* ℥. ß. bulliant omnia in aqua extensionis ferri ad *lib. ij.* ß. coletur & in colatura addatur *aluminis rocha* ℥ j ß. iterum bulliant vnica ebullitione, postea dissoluentur in colatura *lapidis calaminaris, cerusa ana* ℥ ij *aceti ros.* ℥. iiij. *misce.* ℞ *summitatum anethi, flor. chamomil. meliloti ana* ℥. j. *folior. agrimõ. absinth. squinanthi. stœchad. arab. ana. m. j. cortic. granat. nuc. cupressi ana* ℥. j. ß. *sem. myrtill. coriand. prep. an.* ʒ. iij. *sem. lini fœnugr. ana p.* ij. fiat omniũ horũ puluis, & cũ *vini rubei & lixiuii ana p. aq. & farina fabarũ ad pondus omniũ* fiat cataplasma. addatur in fine ℥. ß. *santal. rub.* & omnia simul misceantur.

SCHOLIA.

Vnitio finis primus, quo tẽdit is, qui fracturam curat.

VT autem ad generalem curãdę fracturæ methodum veniamus: quoniã fracti ossis soluta partium continuitas est, vtique (*inquit Galẽ.*) finis quo tendet is, qui fracturas curabir, saltẽ primus vnitio est. Quod uis primus in curatione propositus finis per affectarum partium siccitatem perfici non possit, testat alter; qui est, vt alterius cuiusdã interuentu disiunctæ ossis partes glutinẽtur. Qui si nec ipse comparabilis aduertitur insanabile esse vitium dixeris. Quod igitur coalescere (*saltim per se & nullius alterius ope*) nequeat tam durũ os, quã id quod in iuuenibus & adolescentibus & viris, multoque magis in senibus cernitur, id ꝓfecto (*inquit Gal.*) vel cuiuis patere potest. Quæcũq; enim concrescere & coalescere debent, omnino mollia humidaq; sint naturaliter, oportet. Quæ igitur dura siccaque sunt, eorũ diuisæ partes coire simul nequeunt, sed glutinum aliquod vinculũue, quo cõmissa maneant, requirant. Itaque potest certe illud os tantum vnitionem per se, & nullius alterius interuentu recipere, quod abunde molle est, cuiusmodi cõspicitur in pueris: in adultis vero & sicciorib. corporibus, separatæ fracti ossis particulæ, nõ p se vnquã, sed substantia duntaxat quapiã interueniẽte, ceu glutino quodã, ferruminari colligariq; secũ possunt. Interuenit aũt ea substantia, quoniã omnis particula sibi familiare trahit alimentũ: os aũt crassius ac terrenũ magis, quã aliud quoduis nostri corporis membrũ alimentũ ad se allicit, exugitque. Quod aũt ex hoc ipso proprio ac maxime idoneo ossis alimento redundet, & in labris fracturę concrescit, suo ipsius interuẽtu ossis extrema, dura licet & sicca, conglutinat, vt sæpe vsu euenire conspicimus. Vocatur aũt corpus id, ꝗ sic fracturis innascitur, Græcis πῶρος Latinis vero *callus*, qui (*vt supra de vulneribus ossium diximus*) mediocritatem in crassitie & tenuitate, duritie etiam ac mollitie seruet, oportet. Sed de hoc adhuc in sequentib. Age igit̃ dicamus, quo modo finem hunc primũ, quo tendit is, qui fracturã curat, nẽpe vnitionẽ, assequi valeamus, initium quidem facientes ab ea fracturę differentia, qua p transuersum os frangitur, & suo loco excidit Quãdoquidẽ hoc fracturæ genus sæpius incidit. Itaq; quatuor mehercle intentionib. in hac fracturę differentia, qua per transuersum os frang̃t, curanda est opus, quas & scopos appellare possimus. *Prima* intentio est, vt fracti ossis partes recte cõmittant̃ & in naturalẽ sitũ coaptent̃. *Secunda*, vt tũc cõmissa ossis perfracti extrema cõiuncta atque immota maneant. *Tertia*, vt poro (*seu vt dicimus*) callo interueniente disiunctę ossis partes agglutinent̃, coalescãtue. *Quarta* ẽ symptomatũ, h. e, accidentiũ, q̃ fracturam sequi cõsueuerũt, correctio. Quod ad primã intentionẽ attinet, cũ in hac fracturæ differentia, quã ἐγκάρσιον καὶ ῥαφανηδὸν, id est, *per transuersum* fieri diximus, sic à se fracti ossis partes dissideãt, vt è directo non iaceant, clarum est primum id esse agendum vt in directum agantur. *Directum* autem hic vocamus, quum in figuram pristinam, naturalemque situm reducuntur Sane (*inquit Gal.*) eum situm habuerunt, si quis ea, quæ sic dissident integrę partis exemplo vsus, in contrariũ adducat: à qua nimirum certissima iudicatio transpositionis comperit. Fieri .n. põt, vt tum prorsum, tum retrorsum, tum in hãc partẽ mẽbri, tum in illã facta translatio sit. Quæcunq; igitur retrorsum magis sunt acta, ea prorsum impelli conueniet: nec minꝰ altera quoq; fracti ossis partẽ modice ad contrarium retrudi: Contra, quę prorsum sunt emota, hęc rursus ipsa quidẽ retrorsum, reliquam partẽ sensim duci prorsum. Eodẽ ẽt modo & eorum q̃ ad dextram sunt, detorta medicatio est, si ad sinistrã ducantur: contraq; eorum q̃ ad sinistram, si mutentur ad dextram, semper scil. altera parte modice in contrarium acta. Guido à Cauliaco (*præmissis quibusdam præceptis cõmunibus, q̃ hic suo loco referemus, quomodo primã hanc intentionem assequi possit*) verbis non adeo multis perstringit. Itaq; iubet inprimis membrum perfractum (*si ossa suis sedib. ꝗ sæpius cõtingit, exciderint aliudq; super aliud efferatur, & musculi ad capita sua retracti sint*) decenter intẽdendum esse. *Deinde* os depressum attollendum. & eleuatum deprimendum; atque id, quatenus fieri licet, sine dolore, donec ossis fracti fines recte concurrant, & in naturalẽ sitũ coaptentur. Neq; .n. vnq̃ fracta eiusmodi ossa, & suis ẽt sedib. mota, in suũ locum veniunt, nisi illa per vim aliquã intendat. Intendere aũt digitum, vel aliud quodq; membrũ, si adhuc tenerum est, ẽt vnus homo potest, cũ alterã partẽ dextera, alteram sinistra apprehendit. At vero valentius membrum duobus eget, qui in diuersa contendant. Si firmiores nerui ac tendines sunt (*vt in viris robustis, maximeq; eorum feminibus & cruribus euenit*) habenis quoque vel lineis fasciis, vtrimque capita articulorum deliganda & per plures in diuersa ducenda sunt. Cauendũ aũt semper est, ne immoderatius confractum membrum extendatur. Immoderata enim distensio, in duris pręsertim & siccis corporib. vehementes dolores, febres, cõuulsiones & resolutiones interdũ inducit. Quin ẽt p eã diuelli ac disrumpi musculorum ac nerio-

Quorũ fracta ossa coalescere non possunt, & quorum possunt.

Lib. 6. method. medẽ.

Pori, id est. calli substantia vnde nascatur.

Calli mediocritas.

Scopi quatuor in curanda fractura, qua per transuersum facta sunt.

Recta partium fractarum inuicẽ commissio & coaptatio.

Hippoc. lib. de fracturis

Guidonis praceptum de reductione fractura.

Celsus li. 8.

neruorum fibras aliquando contingit. Proinde summa in hac re prudentia opus est. Igitur ęgro in

Aeger quomodo collocandus, in fractis artubus.

sedili collocato, vel resupinato potius, *vt Sorano placuit*, ministris duob iubebimus. huic, ꝰ fracturã illi, infra digitos circũponãt, atq; sic tensionẽ pficiant. Quod si valentiore opus sit intensione, non solũ manib. sed ẽt, *vt diximus*, habenis aut funibus intẽdere aggrediemur. Ergo duos funes æquales cõfracto mebro, vel bi gratia, brachio aut cruri circũdamus: vnũ ꝰ fracturã, alterũ infra: atq; vni ministro ad ægrotantis caput cõsistenti. Alteri iuxta pedes, capita funiũ trahentibus, iubemus in diuersa mẽbrum pfractum distendere. Vbi paulo longius, q̃ naturaliter esse dẽt, mẽbro vim fecit distẽ-

Distensio quando remittenda.

sio, remittenda est: ac tũ demũ ossa manib. in suã sedẽ cõpellenda sunt. Ossis aũt repositi certũ indicium est dolor sublatus. Cæterum ossib. fracturæ iã sic ꝓbe coaptatis, iuxta Hippocraticã consuetudinẽ memb. ũ deligandum erit, *vt statim subiungemus*. Modus alius reducendi ossa fracta in suũ locum & naturalẽ sitũ p distensionẽ *libro de fracturis traditur ab Hippocrate*, qui & à Paulo refertur *lib. vi. sui operis de re medica*; quo ẽt, si velis, & parata habeas q̃ describit instrumenta, vti poteris. Sed hic modus quē ◦ ◦ ra posuimus, longe facilior, & magis ad manũ est. Atq; eo ẽt Soranus medicus vtebatur, est ;, hodie apud nos in frequentiore vsu. Oportet (*vt summatim dicamus*) aut manib. ipsis, v-

Anacrisbanosis.

tiq; si cont. actũ membrũ exiguũ est, aut vinculis impositis, si maius est, & validiore tractu opus sit, aut eiusmodi instrumenta ꝙ nobis Hippo. descripsit, *anatasin* ossiũ facere, h. e. retorsum extrahere, è directo cõmittantur, exactaq; eorũ coniunctio fiat, sic vt pristinã vnionẽ imitentur. Postea vero q̃ abunde retracta fuerit, & nullus amplius supsit motus, ne se in adducendo contingant tũ in directũ opponere, vinculaq; relaxare, ac musculis ipsis diductorum in idẽ cõmissionem pmittere opus est. Interim vero (*recte Galen. admonet*) te ipsum

Lib. 6. Therap.

quoque q operi ptæes manib. subseruire expedit, ac sicubi aliquid paulũ subsultet, ac ꝓmineat, corrigere atq; formare. Cęterum in adducendis sicvt supra expressim⁹, cõtrario motu partib. ne aliquæ frangantur ossium extantiæ, non leue periculum est. Nõ .n. veluti (*inquit Galen.*) in fetra defectis visitur, lenis est semp vtriusq; partis finis. Quod si illæ (*ossiũ, inquã, extantiæ*) forte fortuna frangantur,

Ossium extantia.

nõ poterunt adamussim secum coaptari fracti ossis fines: tum q a forsan fragmenta inter partes vniendas interciderint, tum ẽt ꝙ quidpiã ossium forte extra ciciderit, & comminutum perierit: vnde spacia inter applicata simul ossa, maneant inania: in q̃ sanies collecta, atq; tẽporis tractu puttescens, totum pariter membrum secum corrumpit. Atq; hæc tractandæ fracturæ ratio omnibus propemodum cõfractis artub⁹ cõuenit, vbi pſertim ossa fracta suo loco (*vt sæpius contingit*) exciderint, aliudq; sup aliud efferttur. Neque enim semp dum franguntur ossa, suis sedib. moueri cõtingit. sed interdum fracta in suo loco, ac naturali situ remanent. Quod ante omnia (*vt nos admonet Celsus*) considerari debet: & sunt notæ certæ, quibus id discrimẽ deprehendere possis. Namq; si suis sedibus mota

Nota ossis fracti & sua sede moti.

sunt, resima apparent, punctionisque sensum repræsentant: ac tactu (*vt supra annotauimus*) inæqualia sunt. Vbi vero loco suo non exciderunt, neque punctionis sensus vllus, neq; vlla q̃ tactu percipi possit inæqualitas adest. Cæterum si primis dieb. ossa ipsa perfracta & suis sedibus mota reposita nõ sunt, non leue inflammationis periculum subest. Sub qua & difficile & periculose vis neruis & tendinibus adhibetur. Atq; hæc de prima intentione dicta sufficiant. *Secundus scopus* in curandis fra-

Secundus scopus.

cturis nobis propositus est, vt ossib. iã sic (*vt supra docuimus*) ꝓbe coaptatis, & è directo admotis, eorum positura seruet̃, & exacte cõiuncta maneãt, sic vt pristinã vnionem imitentur. Porro nequaq̃ ꝓhibere poteris, quin diuisa eiusmodi ossa, q̃ sic effinxeris & ad amussim secum coaptaueris, sua sede moueantur, & rursum dissideant, si laborans quoquo pacto, vel vigilãs, vel dormiens membrũ fractum dimoueant. Ergo, vt secundum hoc scopũ assequaris, perfractũ membrum prorsus im-

Membrum fractũ prorsus immotũ seruandũ.

motum cõsistat necesse est. Quod si ipsi quidem ægrotãti, vt quietudini membri ꝓspiciat. pmiseris, vigilans fortassis (*quẽadmodũ inquit Gal.*) probe id curauerit, at dormiens omnino membrum

Li. 6. meth.

mouebit. Vt igitur non dormietis modo hominis sed etiã ad desidendum, itemq; cum cubile resternitur surgentis, eorum q̃ rite formata & exacte cõiuncta sunt positura seruetur, tuta deligatura cõplecti fracturã oportet, q̃q; fracti ossis partes secũ coarctare ad amussim possit. Tuta aũt nõ erit deligatio, si vel nimis arcta, vel laxa nimis fuerit.

Os fractum deligandũ esse & quare.

Quandoqdem p laxiorem ossib. moueri licet; per arctiorem vero & vehementi⁹ adstringentem, & alimẽti in locũ affectũ distributio prohibetur, & dolor (*q humorẽ in agrã partẽ affluxus euocat, & phlegmonas creat*) excitatur. Danda itaq; opera est, vt vtrumq; excessum declinemus. Cõstrictio igitur mediocris esto, tũ nostri sensus, tum ipsius ægrotã-

Deligaturæ modus.

tis iudicio. Ac siquidem ęqualis esset crassitudinis membrũ ꝓque. vtiq; latissima fascia (*vt Galen. ait*)

Comment. lib. Hipp. de fract. & 6. Therap.

cõmodissima esset, vt pote q̃ totum æqualiter cõtinenterq; ex omni parte fractum os cõplecteretur. Sed quoniã id nõ est, ꝙ deest nobis ex fasciarũ latitudine circuituũ numero pensabim⁹, vt in artub⁹ ipsis, q omniũ maxime fracturæ p transuersum factæ, expositi sunt. In talib. namq; vtilior est *angusta deligatura*, q̃ valde lata & remissa. Quippe

Angusta deligatio artubus vtilis.

q̃ nec rugas, vt ea q̃ latiore fascia sit, cõtrahat, & totius membri cui circumdata est, cutem cõtingat. Eo igitur vsq; augere tibi latitudinem fasciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiatur. Cæterũ in eiusmodi deligatura, q̃ fracturis (*in medio præsertim brachii, vel tibiæ vel femoris existentib*) adhibetur, duabus fasciis lineis mollibus (*iuxta Hippocrat. dogma*) opus est. Has autem Hipp. ipse nomine peculiari

Ratio deligandi artus perfractos, ex Hipp. Gal. Celso.

ὑποδεσμίδας, id est, *subligamina*, seu *malis subfascinationes* appellauit. Primę fascię initium sup fracturã iniici debet, ac circa eã bis terue cõuoluta, sursum versum ferri, & quasi in cochlea serpere, atq; illic desinere. Id tñ ppetuo obseruandum est, vt multum partis sanæ fascia hæc cõplectatur. Ita .n. fiet,

vt &c

vt & firmius reposita ac confirmata ossa contineantur. & magis ab affecto loco in circumuicinas partes humores elidantur, magisque, ne hi à superiore parte eo defluant, impediantur. Altera etiam super fracturam debet incipere, priori aduersa, deorsumq; (*vbi primos complexus super fracturam fecit*) tendere; atque inde iterum reducta in superiore parte vltra priorem fasciam desinere. Quocirca dimidio longior prior esse debet. Terminus autẽ longitudinis earum fasciarum non vnus ac certus statui potest, sicuti nec etiam latitudinis: sed pro magnitudine fracturę, & perfracti membri crassitie, vtraque dimensio varianda est. Hunc Hippocrates libro κατ' ἰητρεῖον, id est, de *medicina*, seu *Medici officina*, & libro *De fracturis*, trium, aut quatuor, aut quinque, aut sex cubitorum longitudinem, digitorum vero latitudinem cõstituit. Digiti autem & cubiti intelligendi sunt eius ipsius qui deligatur, nempe vel viri adulti vel pueruli. Hæc autem duplicis deligaturæ ratio, ex ipsa rei natura desumitur. Quandoquidem duo hæc prima lintea fracturam quidem muniunt ac stabiliunt, nec phlegmonem (*qua in hac re inprimis est arcenda*) oriri sinunt. Siquidem & ab integris ad laborantem particulam sanguinis confluxum arcent, & quod iã collectum est in ea exprimunt. Prior quidem deligatura quod in læsa parte continetur, ad superposita expellit atque elidit: quod vero ex iis (*super positis inquã partibus*) in locum perfractum confluit, repellit. Altera vero primis quidem complexibus, quos (*vt supra diximus*) super ipsius fracturę locum facit, itemque dispensatione deorsum tendente, quædam ad inferiora extrudit, quædam ne quid ex iis in locũ fracturæ cõfluat, prohibet. Reliquis vero deinceps complexibus (*quibus videlicet ab infimis partibus sursum versum recurrere deligaturam diximus, vt eodem scil. loco cum priore fascia, secunda desinat,*) tũ ad superiora, vti & priore ligatura, repellimus, tum confluxum ab iis prohibemus. Cæterum priusquam fasciis huiusmodi fractura deligetur, vnus aut alter panniculus lineus candido oui liquore & rosaceo delibutus, nudo membro non absque ratione à recentioribus chirurgis superaccommodatur; ea quidem magnitudine, vt etiam aliquid partis sanæ comprehendat. Sunto autem eiusmodi fascię duę prælongæ, nempe quatuor aut quinque, aut sex, vt diximus cubitorum, & circiter tres quatuorue digitos latæ, aqua aut posca potius madefactæ, & postea expressę, præsertim si fractura inflammatione vacet. Si vero dolor vehemens, aut inflammatio adest, lanis tenuibus mollibusque aut stuppis lęuibus oleo vel oxyrrhodino imbutis membrum contegendum est, & nõ arcte deligandum. Satis enim fuerit tunc, si deligatura adhibeatur, quę & membrũ vtrumque fulciat, & admota medicamenta, ad hęc symptomata psliganda idonea cõtineat. Verum enimuero cũ hæ duæ primæ deligaturæ, ad ambos hos vsus quos supra retulimus, (*nempe ad fracturæ munimentum stabilimentumque, & vt phlegmone excitari prohibeatur*) non satis adhuc faciant, pertim solę, ad earum quidem tutelã & fracturæ stabilimen Hippoc. remediũ excogitauit, vt scil. plagulæ, siue splenia à splenis forma ita appellata vna cũ exterioribus fasciis, quas ἐπιδεσμοὺς, i.e. *subligamina* vocat, desup adhiberent. Et hęc quidẽ tertiæ deligaturę rationẽ quibusdã obtinẽt. Splenia enim eiusmodi siue plagulæ, duarũ primarũ fasciarũ, q̃ peculiari nomine ὑποδεσμίδες, i.e. *subligamina* Hippoc. appellantur, firmamenta sunt, *vt commentarius in librũ Hippoc. De fracturis Galen. annotauit.* Ne autem phlegmone suscitetur, medicamento quopiam ex iis, quæ inflãmationũ iniurias arcẽt, vti censuit. Quale nimirũ est *Cerotũ humidũ siue liquidum*, q̃ conici solet ex cera in rosaceo aut oleo colliquata, aut eius loco rosaceũ. Huius meminit & Cornelius Celsus *lib. 8.* sic inquiens: *Super has (duas inquam primas deligaturas) imponendum latiore linteo ceratum est, quod eas contineat.* Quod si ossis fracturæ, carnis quoque vulnus accessit, neque ceratum neque rosaceum tuto admouetur: quãdoquidem hæc vlcus tum sordidum tũ putre efficerent: sed in vicem eorum puluilli prælongi vino nigro styptico imbuti, superinniciendi erunt. Reliqua autem curatio q̃ eiusmodi fracturis cum vulnere incidentibus conuenit, alias dicta est, & in sequentibus dicetur. Porro præter has modo à nobis commemoratas deligationes, quasdam adhuc alias quatuor cõmemorat A. Cornelius Celsus, *cap. 10. libri paulo ante citati.* Sic autem ea dispensat, vt semper insequens priori aduersa sit, & tertia fascia (*qua duas primas & splenia comprehendit*) tãtum in inferiori parte, tres reliquę in superiore finiãtur. Quia satius est (*inquit*) sępius circuire quã adstringere. Siquidem id quod adstrictum est, alienatur, & cancro oportunum est. Quo loco (*ni fallor*) cãcrum pro sphacelo, quẽ vulgus medicorum *esthiomenum* vocat, vsurpauit vt & quibusdã aliis locis, *vt antea diximus.* Cęterum cum multis complexibus atque inuolutionibus duę illę superius commemoratę Hippocratis deligaturę fracturam contineant (*alias enim parum tutæ essent*) tã numerosis fasciis opus esse minime censeo. Hę enim in membro ipso perfracto pręter solitum cooperto, & pruritum & dolorem (quę duo symptomata à fractis membris diligenti studio arcenda sunt) excitare, atque etiam eius q̃ infixũ fracturæ est, pspirationẽ phibere possunt. Pręterea & ipsius Rhasis consiliũ est (*vt Guido quoque annotauit*) q̃ circa diẽ septimã strictior deligatura incipiatur: in principio tamen & fine laxior; ob timorẽ apostematis seu inflãmationis in principio, & vt commodior fiat nutritio in fine. Porro vbi decẽter sic mẽbrum confractũ deligaueris, de apposita repositionis ipsius figura, maxima tibi sollicitudo habenda est. Si quidẽ sub alia forma aut figura mẽbrũ pfractũ deligare, in aliã vero mutare ac reponere, non dolorẽ modo (*vt inquit Galen.*) excitare potest, verũ ẽt ossa intorquere. Necesse enim est, vbi figura mutatur, alios musculorum rẽdi, ac velut cõtractos rotundari, alios vero solui ac remitti. Vbi aũt tenduntur, tũ premi eos à deligatura est necesse, tũ ex cõpressione ipsa dolere: at vbi tẽsio remittitur, quo loco deligatura est laxa, ibi fractu-

ram

Hæc secunda fascia nõ bis aut ter, vt in priore ligatura, sed semel tãtum membro perfracto circumdatur Hippocrates.

Prioris deligaturæ vis & facultas. Quid secunda deligatura efficiat.

Fasciarum longitudo & latitudo.

Si inflammatio adest in fractura.

Splenia cur adhibeat Hippoc. Tertia deligatura seu fascia ad custodiã spleniorũ seu plumaceolorum inuenta.

Ceratum humidum cur adhibeatur.

Si ossis fracturæ carnis quoque vulnus accessit.

Alia quatuor Cornelii Celsi deligatura.

Cornelii Celsi opinio refellitur.

Rhasis.

De apposita repositionis perfracti membri figura, ex Galeno.

ram fulcimẽto destitui. Cęterũ aptissima fuerit in
ossium fractorum repositione, sicut etiam & in
retractione (q̃ *Antitasin* dixim⁹ à Gręcis appellari)
& coaptione, & deligatione, partis figura, quæ (vt
Repositionis figurã ad duo dire ctã esse. verbo vno dicatur) maxime à dolore abest, &
in qua æger persistere immotus diu possit. Hęc e-
nim & rectissima est, & maxime naturalis mem-
Rectissima figura quæ dicatur Galeno. bro, ac fere consueta. Rectissimam aũt hic partis
figuram cum Galeno vocamus, q̃ venas, arterias,
& musculos q̃ rectissime hẽt. Itaq; angulosa figu-
ra, q̃ ἐγγώνιος Græce dicitur brachio quidem ma-
xime naturalis est, cruri vero, q̃ paulo minus por-
recta est. Hæc namq; & rectissima est, & à dolore
maxime aliena. Cęterũ tametsi angularis figura;
quæ Græcis ἐγγώνιος dicitur, proprie ea dicatur, q̃
acutum angulum, quem recto *minorem* appellamus,
efficit; per Engonium tamen, id est, angularem fi-
guram Hippocrates eam intelligit q̃ recto angu-
lo constituitur, non prorsus tamen recto, *vt quodã
in loco Galenus est interpretatus*, sed prope ad rectum
accedẽte, ita vt paululum ad obtusum tendat: cu-
iusmodi in manu, ꝙ vulgo brachium appellem⁹,
ea figura est, non quæ prorsus quidem inter extẽ-
sionem & inflexionem media est, sed quę ad ex-
tensionem procedere incipit. Quo plerunq; po-
situ eos, qui dolore afficiuntur, si diligenter inspe
xeris, manus tenere deprehendes. Porro vt dolor
vitetur, cum ad quietem membrum reponitur,
non modo naturalis habitus, cuius instrumento
est vtilis, verum eam consuetudo quoque condu
cere nonnihil videtur. Hinc quoque, *vt Guido ait*,
& inuenta sunt cunabula & suspensoria, & instru-
menta mechanica ad firmius & tutius continen-
da ipsa ossa fracta, vel eorum membra. Ergo vt a-
Ratio inueniendæ figuræ in qua custodire membrum perfractum conueniat. Ex Galeno & Hippocr. pte membrum perfractum, & decenter ligatum
reponatur ex situs figura illi inuenienda est, quæ
& naturalis sit & consueta, & à dolore maxime a-
liens. Sed iam hę indicationes inter se consenti-
unt, & conspirant maxime. Nam quęcunq; figu-
ra magis quam alia est à dolore libera, ea & maxi-
me naturalis membro, & fere consueta esse solet.
Atque è contra quæ naturalis consueta est, ea do
lore est alienissima. Atque hæc quidem figuræ, in
qua custodire membrum perfractum conueniat,
inueniendæ ratio est. Vt autem in hac naturali, &
quæ doloris minimum habeat, figura immotum
prorsus (quoad expediet) membrum persistat,
recẽtiores chirurgi secundum deligaturam, pro-
tinus ferulas (quas Guido cũ alii *Hastellas lenes* vo-
cant) etiam circumponunt, ipsas quidem cõstrin-
gentes, prout sensus & tumor ex inflammatione
Ferulæ quãdo in fracturis circumponenda. (si quæ adsit) postulat. Veteres autem, vt Hippo-
crates, Celsus & Galenus, à die tantum *septimo* vel
etiam *nono* & *vndecimo* ferulas accommodabant.
Quæ vitare oporteat: in ferulis adhibendis. Verum non abs re factum putamus (vt etiã Gui
do facit) si statim ab initio post deligaturã, ferulæ
iniciantur, modo illæ nimis premendo dolorem
Ferula ab initio non vltra adstringenda, quã vt ossa contineant. non excitent, aut phlegmonẽ (q̃ maxime arcen-
da erat) accersant, vel præsentem (si adsit) exacer-
bent. Quæ igitur à principio adhibentur ferulæ,
non circũponunt, vt adstringant, sed vt adaptatio
nis figurã contineãt, & ossa in suã sedẽ reposita vt-
cunque fulciant. Primis namq; dieb⁹, cum phle
gmones deuitandæ cõsilium vinceret, tutum non
erat ꝑfractum mẽbrum ita ferulis premere. Cum
vero nullus iam amplius inflãmationis metus sit,
antea q̃ prius fuit discussa, membrum aliquanto
gracilius, q̃ ꝓ naturali habitu apparuerit, (quod
intra septimum diem fere solet contingere) tum
licebit ferulas circumponere, & eas (vt fracturã
stabiliãt) valide satis adstringere. Ferularum enim *Ferularum vsus.*
vsus idem est, qui & plagularum seu spleniorum,
nempe vt fractum os cõtineant, & deligationem
stabiliant & firment. Sunto autem ferulæ, vt *libro* *Ferulæ quales esse debeant.*
de medici officina, recte præcepit Hippocrat. lęues,
id est, leuigatæ & planæ: æquabiles, id est, neque
in latus neque in superiorem aut inferiorem par-
tem distortæ: in summis partibus, id est, extremi-
natibus: resimæ, id est, leuiter derasæ, ac retusæ:
minores hinc inde q̃ deligatio est: & ea parte cras-
siores, id est, latiores & valentiores, qua fractura
erupit. Lęues autem ferulas, i. e. non asperas (læui *Læues.*
enim asperum opponitur) adhibendas esse censet
Hippoc. ne sua asperitate & inæquabilitate (ꝙ e-
nim asperum est, continuo etiã est inæquale) fra-
ctis partib. negotium facessant. Vtroq; enim mo-
do cõprimunt. Cæterum quoniã fieri potest, vt fe- *Æquabiles*
rulæ læues sint, non tamen æquabiles (inæquabi-
le enim nõ ꝓtinus necessario est asperum, vt pa-
tet de via, q̃ ascensus habet & descensus nõ aspe-
ros) ideo non solũ læues, sed etiã æquabiles, i. e.
nõ distortas, assumẽdas esse ferulas monet. Quæ
enim distortæ sunt, similiter vt aspera, lædunt: ac il-
lud insup efficiunt, ꝙ deligationem simul distor-
quent, qua distorta, pars et fracta distorqueatur, *Simæ.*
necesse est. Simus ꝑterea in extremis partib. eas de
ligi voluit, i. e. *vt Galen. interpretatur*, leniter dera-
sas ac retusas in extrema parte, ne sua acutie arti-
culum lædãt, & ęqualiter vbiq; partẽ fractã, ꝑp ę- *Crassæ.*
qualẽ suã crassitudinem, comprimant: ꝙ certe fi-
eri nullo modo debet. Vult enim Hippocra. vt in
media parte, hoc est, s̃ locũ fracturę, νάρθηκες, i. e.
ferulæ, deligationem magis astringãt. Hinc ea par-
te, hoc est, s̃ fracturam ipsam crassiores esse iubet:
quia scil. *locus ipsissimum* (vt supra ostendimus) *cõ* *Minores.*
pressione ipsarum indiget. Vult item Minores eas esse
longitudine, id est aliquãto breuiores quam sit i-
psa deligatio, ne cutem vltra deligationem attin-
gat: q̃ sępenumero ex eo quod humores à fasciis
expressus suscipit, paulo altius turgescit atque ex-
tat. Sed & breuioribus ferulis vtendum pręcepit
senior ille Hippocrates, ne pars eminẽtior, id est,
gibba, & carne nudata, attingatur, vt circa cubi-
tum & malleolos, vbi ossiũ extuberationes sunt.
Modus autem ac ratio adhibendi ferulas, talis e- *Modus ac ratio adhibendi ferulas.*
sto: Splenia triplica aut quadruplicia oleo deli-
buta super fascias similiter atque ęqualiter, si mẽ-
brum in crassitie fuerit ęquale, circumdato: si ve-
ro inęquale, partibus magis concauis, per sple-
nia repletis, membrum vndiq; ęquale ferulis ac-
cõmodãdis, efficito. Deinde ferulas lana aut stup
pa mediocriter involutas, in orbẽ, non minore q̃
vnius digiti spatio inter se distantes fracturę cir-
cumdato, eaque leniter ac moderate constringi-
to. Sed

to. Sed & in hac ferularum accõmodatione summopere caueto, quatenus fieri potest, ne articulus aliquis (vt paulo ante notauimus) & præcipue interior flexus pars, ab eis attingatur. Vlcera siquidem in ipsis nonnunquam & neruorum inflammationes pariunt: nã illis, hoc est, iuxta articulos ipsos deligatione aliquanto (vt diximus) breuiores, tenuiores, laxiores & magis flexibiles ferulas esse oportet, queadmodũ valẽtiores qua fractura excidit atq; inclinat.

Quando soluenda deligatio.

Cęterũ si nulla prurigo, nulla inflãmatio, nulla suspecta vlceratio, nullusue dolor adest, & ossa recte cõmissa fuerint, fracturaq; recte procedat, sic manere ferulas, & ligamẽta, ad decimum vsque diem, vel quintum & decimum, aut etiam vigesimum, vtile est. Si vero in membro perfracto præter solitum cooperto, vel dolor excitetur, vel pruritus creetur, vel eius, quod iam infixũ fracturæ est perspiratio prohibeatur, propter quam non modu noxius pruritus quibusdam accidit, sed etiam erosa à saniei acrimonia nonũq̃ cute, exulceratio concitatur; non abs re feceris, si tertio quoq; die, *vt iussit Hippocrates*, deligationem solueris, & membrum ipsum aqua intemperata perfuderis ac foueris. Hac enim perfusione & acrem atque erodentem saniem discuties, & dolorẽ mitigabis, & prurigini pulchre medeberis.

Tertius scopus.

Pori generatio.

Porro cũ nec ferulis, nec deligatione, nec figura situue mẽbri apposito, diuisę ossis partes (tametsi exacte atque adamussim cõiunctæ fuerint) citra glutinum aliquod vinculumue (*vti supra diximus*) coire ac concrescere possint, maxima calli, quem *Poron* Græci dicunt, gignendi solicitudo habenda ẽ. Ad hunc igitur gignendum cogi concrescereque aliquid proprii ossium alimenti crassi terrenique oportet, quod in labris fracturæ coalescit. Ipsum igitur nec eluendum, nec foras euocandum est, sed siccandum. Crassa autem hæc terrenaq; substãtia, ex genuino, maximoq; idoneo ossis alimẽto redundans (q̃ propria est calli materia) diẽ circiter duodecimum, aut decimum quintum ab ossis fractura fere gigni, atque accrescere incipit, vt recentiores chirurgi testatum reliquerunt. Cæterum huius generatio (quæ in aliis citius, in aliis vero tardius aduenit) in fere notis deprehenditur.

Callus quibus notis generari deprehendatur.

Dolor qui prius aderat, sedatur: nullus amplius inflammationis, aut tumoris alicuius pręter naturam metus adest in membro perfracto bonus ac natiuus color efflorescit.

Victus poro gignendo aptus.

Vniuersa autẽ victus ratio poro gignendo accommodata talis esto: Dum callus gignitur, victum paulo pleniorem, q̃ ab initio fracturæ, laborantis instituo. Cibi dandi sunt, qui boni succi sint, & multum nutriant; nisi vulnus adsit. Sed & q̃ offeruntur alimenta, talia sunto, ex quibus prouenire succus soleat non solũ bonus, sed ẽt tenax, ex quali fieri callum maxime expedit. Quippe (*inquit Gale. lib. 6. method.*) cum ex serosa humiditate, ac tenui gigni protsus nequeat ex crassa vero, sed q̃ fragilis sit, ac pinguedinis expers, gigni quidem poterit non segniter: cæterum tempore siccescens friabilior, atque ita fractioni obnoxius redditur. Itaque poro gignendo conueniunt Auicẽnę, oriza, panis similagineus, frumẽtum triticeum tamdiu in aqua coctum, donec fiat (*inquit*) sicut puls: id Galli vulgo appellant *Froumentee*. Alicã nonnulli existimant. Ad hæc, pedes, ventres & capita animalium, sed præsertum hædi & vernecis: Hæc enim & multum alunt, & crassi ac tenacis succi sunt. Circa initium fracturæ vsq; dum callus gignitur (quod fere circiter decimum diem contingit) ægrũ tenuissime cibato. Cibi nãque subtiles (*vt censuit Hippocrates lib. de fracturis*) & non validæ materiæ, tunc satis sunt. Venam interdum, cum scil. res expostulat, secato, & per ventrẽ superuacua expellito. Carne & vino vsq; ad decẽ dies, *ex eiusdẽ Hippocratis præscripto*, abstineto. Post hoc tempus vinum crassum & stypticũ audacter concedito: tametsi Celsus vinum per omne curationis tempus alienum esse dixerit.

Pori magnitudo.

Magnitudo calli minor quam par est, nec maior iusto sit, sed mediocritatem ad vnguem seruet: qui enim iusto minor est, hic ossa parum tuta reddit; qui maior est, dolorem musculis inuehit: ergo calli magnitudo, vt breuiter dicam, ea sit, quæ & ossibus tuto vinculo sit, nec musculos tamen comprimat: attendendum vero est diligenter, *quemadmodum nos Galenus admonet*, vt vel promoueatur, si minor iusto prouentiat; vel inhibeatur, si immodice crescat. Quibus vero hæc efficies, paulo post dicem⁹. Atque hæc de poti generatione, qui tertius erat scopus in curandis fracturis nobis propositus, dicta sufficiant.

Quartus scopus.

Superest igitur de quarto & vltimo scopo agamus, qui dispositionum pręter naturã, quæ fracturę interueniunt, emendationem atq; ablationem concernit.

Symptomata qua fracturam comitãtur.

Ea autem fere sunt, *dolor, inflammatio, pruritus, vulnus, immoderata siccitas aut humiditas callo gignendo obsistens, gangrana, durities, pori magnitudo, aut deficiens aut excedens*.

Dolor. *Inflammatio.*

Itaque si *dolor*, aut *inflammatio* adsit, deligationem, si iam facta est, statim soluito, & lanam, oleum, & acetũ, congruaque id genus alia auxilia parti dolenti, atque inflammatæ admoueto. Sed neque priusquã hæc sedata fuerint, vel deligaturam adhibeto, vel ferulas circumponito, nisi duntaxat eatenus vt mẽbrum fulciant, & vt impositum medicamentum contineant, hoc est, laxe admodum.

Fomentum aqua calida.

Celsus consulit liberale fomentum aquæ calidæ, dum inflãmatio adest: cum vero ea non adest, modicum: sedata inflammatione, & dolore sublato, deligationes & ferulæ (*vt supra diximus*) adhibendæ sunt.

Pruritus.

Si noxius *Pruritus* accidit, & erosa à saniei acrimonia (vt aliquando cõtingit) cutis exulceratio concitatur, aquæ temperatę tantum superinfundere oportet, quantum ad euocandam eiusmodi saniem est satis. Hoc quidem Hippocratis & Galeni consilium fuit. Recẽtiores autem Chirurgi aquã salsam infundi præcipiunt, aut vng. albo, vel eo, q vulgo *Populeum* appellatur, membrum illini: & *vt supra dictum est*, deligari.

Vulnus.

Cum ossis fracturæ, carnis quoque *vulnus* accessit, siue statim ab initio id factum sit, siue postea à chirurgo inductum, vt ossium fragmenta, & ea præsertim quæ pungunt, eximantur: siquidem sanguis profundatur, hunc prius aptis remediis sistito. Si inflammatio oriatur, præsidiis in eam efficacibus vtitor. *Si carnes*

Contusio.

contusa sint, partem affectam, vt gangrænæ periculum euitetur, scarificato. Quod si *Gangrena* quoque ipsa aut alia quæpiam serpens putredo, eam occupauit, conuenienter occurrito: horum autem omnium curationem in superioribus libris tradidimus. At si nihil horum adfuerit, neque magna ossis pars nudata sit, hamulis suturisque vsi, his medicamentis, quæ cruentis imponuntur, meditemur, prius tamen fragmentis ossium euulsis.

Gangrena.

Deligatura fracturæ cũ vulnere ac commoda.

Cæterum deligatura fracturę eiusmodi cum vulnere factę, hoc modo adhibenda est: Orbiculares fascię partibus vulneris vtrobique, *hoc est*. ab vtraq; vlceris parte, iniici debent; obliq; vero supra ipsum vulnus in longitudinem collocandæ sunt, sic vt per decussim ad x literæ similitudinem iuxta hiatum occlusio ex omnibus fiat.

Hippocrat.

Hippocrates tamen à prima statim circumuolutione, fascia latiore totum vlcus comprehendit, ita vt nulla eius pars nuda relinquatur. Itaq; si sordidum adhuc vulnus est, expurgantia medicamẽta, quando opus erit, impones. Si purum, carnem producentia linteolis illita, aliamq́; vsu comprobatam materiam adhibebis. Hippocrates tamen statim ab initio picatum ceratum, ꝙ ceram in rosaceo, aut oleo colliquatam, & picis siccæ aliquantulum assumit, supra vulnus in linteolis adhibet. At *Galeno authore*, vtilius à tertio die, cum ea quæ in vlcere sunt, concoquat, adhibetur. Cornelius Celsus omnibus his vulneribus primo imponendum iubet linamentũ vino madens, cui rosę paulum admodum adiectum sit. Si æstiuum tempus est (*inquit Hippocrates*) splenia vino frequenter sunt irriganda: si hyemale, lanæ multæ succidæ ex vino & oleo superimponenda sunt. Lanarũ namq; superpositione & olei commistione refrigerationis vehementia (quæ in huiusmodi affectib. conuulsionis periculum interdum inuehit) obtunditur. Vino autem madefactæ plagulæ, ob vinum reprimendi vim habent.

Ferulæ quando in fractura cũ vulnere adhibendæ.

Cæterum vbi purgata vlcera fuerint, & in eis iam caro concreuit, ferulæ non incommode iniicientur: aliqui vero etiã ab initio ipsas accommodant, vlceris locum vitantes & prout necessitas, ac vsus tulerit, ipsas modo cõstringunt, modo remittunt. Sed hęc curandi ratio ab Hippocrate & Cor. Celso non probatur. Hi enim pluribus tantummodo & latioribus fasciis (ferulas vero, ne comprimendo lædant, similiter & canales, omnino reiicientes) deligaturam in eiusmodi fractura, quæ cum vulnere incidit, fieri iubent, laxius scil. quam si ea plaga non esset: adeo vt affulcitæ quidem, non compressæ tamen, fasciæ ipsæ esse videantur. Ita namq; (*inquit Celsus*) numero fasciarum efficietur, vt laxæ quoq; æque contineant. Ac satius quidem est, sępius circuire, vt ante Celsum scripserat Hippocrates, quam adstringi. Sed & in eas fascias multiplices ingerendũ subinde, *eodem Celso authore*, est calidum oleum, & vinum: magisque vbi sic cum vulnere fractura à principio incidit, *id est*, exquisitiore victu vtendum, vulnus calida aqua fouendum, frigusq; omni ratione vitandum, & transeundum ad medicamenta, quę pus mouendo sunt: ac maior vulneris quam ossis cura habenda. Vt autem de hac re, quod ad ferularum appositionem attinet, sic apud autores etiam eximios cõtrouersa, id quod res est semel statuamus, hoc tibi tãquam axioma *id est*. pronunciatum, esto. Cum fractura cum vlcere interdum in longitudinem membri contingit, tunc ex vtraque vlceris parte ferulas etiam ab ipso curationis principio circumdare licitũ esto. Cum vero transuersum vlcus euasit, idq; maxime si maius sit ferulas statim ne imponito.

Si ossis pars aliqua recessura est.

At si squamula aliqua ex osse resoluitur (*id quidem colligi ex eo potest, quod & copiosior, tenuiorque humor profluit, & caro circa vlcus laxa & mollis affecta intumescit*) deligatura laxiore ad curationem vtendum est, ne scil. pus intercludatur, sed effluere facile queat: frequẽtiusque, *vt consulit Hippocrates*, religandum, quoad os recesserit, ferulęq; non apponendæ. Vbi vero vel hamulo, vel quopiam alio eiusmodi instrumẽto squammam euulseris, deligatura iterũ validiore membrum adstringes. Porro per totum id, quo vlcus curatur, tempus medicamen aliquod ex his quæ inflammationem arcent, linamentum continens vulneri incumbet, ac simplices fasciæ iniiciendur, quæ singulis curationibus resoluentur, cũ aliæ supradictæ remaneant.

Si fragmentũ ossis emineat.

Inter hæc autem, si ꝙ paruulum fragmentum ossis eminet, si id *retusum* est, in suam sedem dandum; *si acutum* ante acumẽ eius longius est præcidendum: *si breuius*, limandũ erit, & vtrinque (*inquit Celsus lib. 8.*) scalpro radendum. Tum ipsum recondendum est: ac si id manus facere non potest, vulsella (*qualis fabri vtuntur*) iniicienda est, rectè se habenti capiti ab ea parte, quæ sima est, vt ea parte qua gibba est, eminens os in suam sedem compellat. Si id *maius* est, & membranulis fragmenta cinguntur, sinere oportet ea sub medicamentis resolui, idque os, vbi iam nudatum est, abscindere: quod maturius scilicet faciendum est, potestque ea ratione & os coire, & vulnus sanescere: illud suo tempore, hoc prout se habet.

Si fragmenta velut emoriantur.

Nonnunquam etiam (*inquit*) in magno vulnere euenit, vt fragmenta quædã velut emoriantur, neque cum cæteris coeant. Quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur; quo magis necessarium est, sæpius vlcus resoluere, atque nutrire. Sequitur vero, vt iam os per se post aliquot dies excidat.

Vulnus interdum maius efficiendum.

Cæterum cum tam misera antea conditio vulneris sit, tamen id interdum maius, diutiusque facies. Sæpe enim in integra cutis osse abrumpitur, protinusque prurigo & dolor oritur. Quæ soluere (*si accidat*) maturius oportet, & fouere aqua per æstatem frigida, per hyemem gelida. Deinde ceratum myrteum imponere.

Si fractura quibusdam velut aculeis carnem diuexet.

Interdum fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat, quo à prurigine & punctionibus cognito, aperire id melius, eosq; aculeos præcidere necesse habes. Reliqua vero curatio in vtroque hoc casu eadem est, quæ est vbi ictus protinus vulnus intulit. Hactenus Cor. Celsus *de fractura cum vulnere facta*. Nunc cætera prosequamur.

Siccitas callo gignendo obsistens.

Dum valenter omnis siccantur ossa, callus ægre prouenit: Expedit igitur istis ita resiccatis ossibus tertio vel quarto die modice aquam calidam infundere: hanc

metam

metam finiendæ perfusionis habentes, cum nimitum carnes in rubrum rumorem attolluntur. Atque in iis quidem, priusquam subsidere incipiant, desistendum est. Contra, vbi digeri quid voluimus, non prius est desistendum, quã quod ex perfusione intumuit, subsidat. Si vero humiditas abundantior calli generationem impediat, ibi hanc siccare conoenienti deligatura & perfusiooe aquæ, quæ vel minima omnioo sit, vel plurima, conabimur. Quippe minima (*vt sexto methodi Galenus ait*) cum prius desistat, quam aliqoid coofluat, & qui ad maoum, id est, in superficie, sont humores, per halitom digerit; & qui in alto suor, modice liquat. Expedit autem ita solui liquarique ea, quæ per deligaturam sunt expellenda. Plurima vero perfusio plus digerit, quam attrahit: atque ita commodat superfluæ humiditati. Atteudeodum vero (*vt supra monuimus*) diligenter est, vt vel augeatur callus, si minor iusto est, vel iohibeatur, si nimius superoenit. Vtrumque autem vitium corrigitur perfusionis quantitate, & qualitate ciborum etiam, ac medicamentorum, quæ extrinsecus apponuntur, facultate. Ac de perfusionibus quidem & victus ratiooe iam *supra* est dictum. Ex medicameutis vero quæcunque emplasticam substantiam habent (cuiosmodi est Emplastrum, quod ex pice conficitur) ac modice calfaciunt, ea (*Galeno authore*) callos tum promouent, tum vero augent. Alimentum enim copiosius in locum perfractum attrahunt, sicuti & moderatæ aquæ temperatæ, perfusiones, & idoneæ frictiones. Quæ vero digerendi vim obtinent medicamenta, ea callos maiores iam factos eidem Galeno imminuunt. Cum receos adhuc callus est, medicamentis valde adstringentibus Paolus vteodum esse ceosuit, compressamq; admodum deligationem adhibeudam, lamina plumbea interdum etiam imposita: hæc enim calli excrescentiam mite reprimit ac imminuit. Huic rei efficaciter quoque subuenit Celso, molta lenisque ex oleo & sale & nitro membri perfricatio, plurimusque ex aqua calida salsa fotus. Post hæc malagma, quod digerat, imponendum, adstrictiusque alligaodum esse admonuit: imo vero & vomitu vteodum. Siquidem per hæc (*vt existimat*) cum carne callus quoque extenuatur. Confert etiam eidem aliquid sinapios, cum fico, in alterum pat membrum imponere, donec id (*inquit*) paulum erodat, eoque euocet materiam: Atque vbi is tumor extenuatus, & qui nimius supercreuerat callus, ad mediocritatem redactus fuerit, rursus ad ordinem vitæ reuertendum erit. At si solidus lapideusque callus, qui sic immodice iocreuit, iam euasit, aperta ibi cute deradendus est, parsque eius eminens scalpris, & terebris etiam, si res exigat, admotis excidenda est. Cæterum solent aliquando io fractnris diuersa inter se ossa conferuere, & membra distorta callo firmari, difficultate functiooũ obeundarum haod exigua subsequente. Quod vbi contingit, & breuius membrum & indecorum fit, & si capita asutiora sunt, assiduę punctiones sentiuntur. Ergo vbi perfracta ossa sic conserbuerunt, & perperam ferruminata sunt, si tener saltem adhuc callus est, & ooo vltra sex meoses, *vt quidam dixerunt*, radices egerit, frangere rursus, & dirigere ea oportet. Id boc modo fit: *Calida aqua multa, vel decocto aliquo molliente diebus aliquot membrum id fouetur, & ex cerato liquido perfricatur: aut emplastro ex althea, vel cataplasmate ex ficubus pinguibus aridis aliisque medicamentis callum soluentibus* (Porolytica *Græci dicunt*) *contegitur*. Deinde *facta sufficienti emollitione, modo quem supra posuimus, à ministris duobus qui in diuersa contendant intenditur: & inter hæc medicus chirurgus pertractans ossa, vt callo adhuc tenero existente, manibus ea diducit compelliteque id quod eminet in suam sedem: & si parum valuit ab ea parte, in qua os se inclinat, inuolutam lana regulam obiicit, atque ita deligando* (inquit Celsus) *assuescere iterum vetustæ sedi cogit*. Nostræ ætatis chirurgi male ferruminatum os, in fractura non admodum antiquata, diebus plus minus quindecim, *vt supra diximus*. primum emolliuot: *Deinde* id in diuersa extendi iubent, & genu vehementer impulso, iterum frangunt: (*quod tamen vetustiores medici non probaruut*:) m x fracti ossis fines ad amussim ioter se coaptant, ac vt supra exposuimus curant. Si ab osse perperam ferruminato, vetustas iam occupauerit, ac callus vehementer obduruerit, satius est manum illi (*vt consuluit Albucasis*) non admoliri. Quicunque id rursus frangere aggressi sunt, post vehementes cruciatus in extrema discrimina laborantes adduxerunt, adeo vt valde pauci eorum, qui hoc tormenti genus perpessi sunt, mortem euaserint. Atqui melius est eum, qoi sic affectus est claudicare, aut membri alicuius deformitate affectum ad annos adhuc multos superstitem remanere, quam post talem, taotumq; cruciatum, miserrime sic inter manos crudelis chirurgi occumbere. Adde quod sæpenumero alio loco, quam vbi fractura iam coierat, os ipsum quod lapidosus callus firmauerat, frangitur, vt præter quotidianum experimentum, nobis autor extitit Auicennas. Quod si laborans, & qui illi assident amici importunis precibus, atq; assiduo rogatu te compellant, vt ossis eiusmodi male ferruminati, & cuius callus iam obduruit ac iouetetauit; curationẽ suscipias, in angusto spem esse, corã illis præfator: deinde opus aggreditor. Summam igitur cutem, & carnem callo superiaceorẽ cultro rasorio aut scalpello dextre ac prudenter secato; magna cura habita, ne oerui musculive lædantur: deinde ossium, quæ ooo recte coaluerant, agglutinationem seu continuationẽ (*quod aiunt*) excisoriis scalpris dissoluito: mox vero eorum sic diductorum fioes secũ ad amussim coaptato, ita vt pristinam vniooem, quoad licebit, imitentur. Demum cetera fiaot, quæ supra scripsimus. Ceterum si ex attritu, membri corruptelæ metus impendet, protinus scarificandum erit; reliquaque facienda, quæ supra in gangrænæ & sphaceli curatiooe diximus: si vero

Humiditas calli generationem impediens.

Qua ratione porus vel augeri vel minui possit.

Si nimius callus supercreuerit. Lamina plumbea.

Si callus in lapideam duritie & insignem nimis magnitudinẽ euaserit.

Si ossa diuersa inter se conferuerint & membrum distortum callus firmauerit.

Ossa quãdo iterum frangenda.

Quid agãt chirurgi recentiores in osse male ferruminato.

Si ab osse male agglutinato vetustas iam occuparit. Albucasis.

Auicennas.

Ex recentioribus.

Si membrũ ex attritu corrumpatur.

tophaceá aliqua durities post ossis perfacti agglutinationem remanserit, ea modo, qui in antidotario apud Guidonem *de Cauliaco & 6. lib. Tagautii* exprimitur, discutienda & tollenda erit.

Si fractura sine callo su per definitũ tempus remanserit.

Fracturæ quædam supra definitum naturæ tempus, sine callo interdum permanent: quod ob varias causas solet accidere, nempe vel ob assiduas solutiones, vel ob immodicas superfusiones, quas & fomentationes vocant, vel ob intempestiuum motum, vel ex fasciarum multitudine: nonnumquam etiam quia totum corpus non sufficienter alitur: quo in casu membrum quoque ipsum (*vt Paulus annotauit lib. 6.*) gracilius euadit. Oportet igitur tum aliis, tum præcipue maciei corporis occurrere: quod commode fiet, si vel calidis admotis materiam ad mẽbrum perfractum euocemus, vel alimentum copiosius subministremus, & balnea reliquasque animi voluptates adhibeamus.

Nota ossis perfracti callo firmari incipientis.

Porro eorum quæ iam callo firmantur, indicio esse, cum alia tum illud præcipue potest, si fasciolæ cruentæ conspiciuntur, nullo etiam in parte oborto vulnere. Quod ideo forsan accidit, quoniam calli substantia, dũ coit, in ossium cauernosos meatus perrumpens, sanguinis guttas aliquot inde extundit exprimitque. Ac de transuersis quidem fracturis hæc dicta sufficiant.

Fractura longa quomodo curanda.

De Longis vero, quæ non tam crebro contingunt, reliqua omnia ad eundem se habent modum. Cæterum comprimendæ hæ magis (*Galeno authore libr. 6. method.*) in ipso fracturæ loco sunt; tum quod recessit, retrudendum introrsus est. Ac de fractis quidem ossibus in vniuersum, si plura desideres, vide Paulum *libr. 6 capit. 89. de differentiis earundem, & capit. 107. de fracturis quæ cum vulnere incidunt, & capit. 108. si præter modum fracturis callus obducatur. Sed & cap. 109. si distortum membrum callus firmarit: & 110. si fractura callo non firmentur*: & apud Neotericos Guidonem, *de restauratione fracturarum vniuersali capit. 1.* Deinde *& lib. 6 Guidonis capit. 1. de vniuersali curatione*, in qua & emplastra & multa remedia ponuntur; atque etiam historia, quo modo in Curia Romana plurimos curauit, adducto exemplo de milite nobili, focilia tibiæ sinistræ fracta habente. Vide quoque chirurgiam magnam Bruni, *libr. e. capit. 18. de vniuersali fractura ossium.* Deinde *2. libr. Theodorici capit. 20. de fractura ossium sine vulnere carnis & curatione ipsorum: & 21. de fractura cum vulnere carnis & cura ipsius sermo vniuersalis*: etiam *capit. 22. de diuersitate fracturarum ossium*, deinde *capit. 23. de membro perfracto male restaurato*, & *capit. 24. de nodatione quæ accidit post fracturam*: & *capit. 25. de membro extenuato post perfractum os, vel restauratum. capit. 26. de situ membri restaurati, & capit. 27. de frustis ossium & corticibus eorum remanentibus in vulnere.* Sed quia omnia fere in hisce Scholiis comprehendimus, quibus si loca iam citata etiam adiungere velis, habebis de fractis quidem ossibus quæ hactenus in vniuersum dici potuerunt, quare & nunc tempestiuum est nonnullas etiam particulares curationes addere: quibus addi etiam possent formulæ quædam & figuræ instrumentorum ad gignendum callum aptorum in fracturis, tum aliis, quorum pluribus in locis meminit Galenus.

Observatio III.

De inferiore maxilla confracta.

CVi mandibula seu maxilla inferior fracta erat, ea ipsa chirurgi prius manu restaurata est: & facta est inunctio cum oleo omphacino, vel melius, cum illud non aderat, myrteo: & pannus subtilis intinctus & appositus, & debite alligatus. Interim ne fieret inflammatio, phlebotomiam ex cephalica adhibuimus, ac etiam purgationem. Postea ad maiorem reparationem etiam apposuimus emplastrum ex farina volatili, & puluere rubeo, cum albumine ouorum extenso in panno: quod desuper apponebatur & ligabatur, vt in primo apparatu diximus. Postea etiam pannis infusis in vino salito decoct. rosar. & absinthii & myrtill. appositis, tandem curatus fuit. Cæterum primo hoc medicamentum in principio fracturæ & dislocationis & torsionis, *iuxta Iohannem de Vigo libr. 6. capit. 2. de medicamentis restaurantibus fracturam & dislocationem ossium*, apponi potest: *℞ albumina tria ouorum, ol. rosar. omphacini ol. rosar. completi ana ʒ. x. ol. myrtill. ʒ i ß. farinæ volatilis, farinæ hordeaceæ ana ʒ vi. bol. arm. subtilissime triti, sang. drac. ana ʒ iii. misc. fiat emplastrum*, est mirabile in primis diebus. Transacta autem nona aut decima die, nullo contradicente symptomate, vt est dolor, apostema, pruritus, tunc supra fracturam & dislocationem vtilissimum est hoc infrascriptum apponere: *℞ albumina quatuor ouorum, ol. myrt. ol. rosar. ana ℥ ii terebinth. claræ ℥ i ß. myrrhæ, aloes ana ʒ ii sang. drac. boli arm. ana ʒ ß. farinæ volatilis ℥ iii. misce: & vtere*, in fractura & dislocatione est singulare remedium. Sed & hoc ceratum facit ad torsiones neruorum & ligamentorum & iuncturarum: *℞ sigilli Salomonis ℥ iiii. rad. althææ ʒ viii. folior. plan. ag. m. i s. omnibus bullitis deinde pistatis & cribratis ad ignem cum cera alba sufficienti fiat ceratum molle, addendo olei rosar. myrt. ana ℥ ii terebinth. claræ ℥ i ß. Agrippæ, dialthææ ana ℥ ß boli arm. ʒ vi sang. drac. ʒ iii. thuris ʒ i santal. omnium ʒ* [illegible]. Valet autem post septimum diem. Vide alia cerata apud eundem Vigonem in suo Antidotario.

SCHOLIA.

AD particulares fracturas deueniẽdo, de cranii fractura & de naso, superius diximus, cum de vulneribus tractaremus. At narium pars ima, quum sit cartilaginosa (*teste Paulo libr. 6. capit. 91. de naribus fractis contusisque*) frangi non solet, sed contundi, sima fieri, & peruerti: superior, quæ ossea est, nonnunquam frangitur. In his autem deligaturam damnat: Hippocrates, vt quæ magis retimas efficiat & distorqueat,

præter-

præterquam in his quæ appulsu quodam per medias nareis emineant: In his enim conuenientem habenam cum medicamine imposito assumit, vt compressæ nares naturalem figuram recipiant. Fractis igitur naribus, in ima quidem parte, indice aut paruo digito demisso in exteriora dirigentur: in interiore, etiam scalpelli mucrone id faciendum est, primo statim die, aut non multo post. Cum vero decimo die naris ossa continentur, extrinsecus indice magnoque digito hanc efformare congruit. Vt autem figura quam fingis non concidat, duo obturamina tortilia ex panniculo inuoluta, naso impones, vnum singulis nasi foraminibus, etsi altera duntaxat naris pars sit peruersa; eaque sinere, donec os aut cartilago contineat. Nonnulli fistulas ex anserum pennis panniculis replentes, naribus insinuarunt, quo figura custodiatur, & respiratio non impediatur: quod non necessarium puto, quum spiritus per os trahatur. At si inflammationem nares sentiant, medicamentum aliquod quod eam arceat indemus, exempli gratia ex succis inscriptum, aut quod ox elæo constat, aut eiusmodi aliquod. Vel ex triticea simila & thuris fuligine seu gummi vna incoctis cataplasma iniiciemus, tum propter inflammationes, tum vt nares contineantur. Quod si in alteram partem nares declinantur, Hippocrates postquam commode eas figuraueris, oblongam habenulam digitali latitudine iubet circumdari, alterum ipsius extremū taurino glutine, aut gummi illitum summæ narium parti agglutinari, ex latere quo inclinatur. Vbi illa exaruerint, habenam transferre per aurem oppositam versus occiput & frontem oportet, deinde ipsi sub altero habenæ principio affirmabitur, vt nares in latera retractæ ad mediam dirigantur figuram, quod recentioribus non admodum placuit. Porro minutim confractis narium ossibus, diuidere ipsas, aut superiorem ipsarum partem conuenit, ac fragmenta officulorum, vulsella auferemus, futuris diductas partes committentes, accommodantesque ipsis remedium quod cruentis aptum est, & conglutinat. Sin autem extra nares vlcus fuerit excitatum, linamentis in longitudinem impositis curabimus. Sunt qui plumbeis canalibus, quas *Solenas* Græci dicunt, vsque dum cicatrix fuerit obducta, vsi sunt, ne caro ex vlceribus supercrescat. De fractura ossis nasi plura vide, & etiam remedia apud Iohannem de Vigo *lib. 6. cap. 3. de fractura ossu nasi*, & Theodoricum *lib. 2. cap. 29. de fractura naso*, & Lanfrancum *doct. 1. tract. vn. cap. 2. de fractura ossium faciei, nasi, tum mandibularum.* Cæterum inferior maxilla seu mandibula (*eodem Paulo teste libr. 6 capit. 92. de inferiore maxilla confracta, & aure contusa*) multas ob causas frangitur. Si igitur extrinsecus solum offensa, non per transuersum fissa introrsus cauata fuerit, promptum est cognoscere. Opus autem est altera manu, si quidem dextra maxilla fuerit, dextra; si altera, sinistra. Indice igitur & medio digito in affecti os demissis, interiorem fracturæ extantiam, probe foras compellere conuenit: altera manu foris eam excipiente. Rectitudinem vero maxillæ ex eiusdem dentium æqualitate deprehendemus. Quod si fractura per transuersum facta fuerit, primum tensione, deinde retractione, quam *Antitasin* vocant, partis in contrarium, vsus ministro eam continente, vt dictum est, dirigere aggredieris: Porro dentes in parte confracta diductos, inter se, *vt Hippocrates præcipit*, auro deligare, nempe lino ab auro chrysolino dicto, aut chrysonemate: quoniam vero huius facultas non omnibus conceditur, lino valido aut byssio, aut pilo equino, aut id genus aliquo. Verum si quidem cum vlcere fractura euenerit, specillo tentandum num quandoque etiam refractio ossis facta sit, atque si exigua diuisione facta, os vnum refractum aut plura remanserint, idoneo instrumento auferentes, suturis oras vlceris committemus, & medicamento cruentis apto vsi, deligabimus: sin autem citra vlcus contigerit, ceratum simplex maxillæ impositum conuenienter deuinciemus. Fasciæ medium per occiput dispensabitur, habenulæ vtrinque per aures ad summam maxillam, inde rursus ad occiput, mox ad mentum, inde per genas ad sinciput, inde rursus sub imam occipitii partem, distribuentur, & vbi fasciam detinere oportet. Super hęc rursus vinculum aliud fronti circumdatū, quod Epidesma Græci dicunt, post caput coniungetur, omnes prædictas fasciolas id circumadstringent. Alii vero tenuem ferulam, quemadmodū alii vasculum profundius paris longitudinis impositum maxillæ deligant, vt commemoratum est: reliqui deligatura, quam Græci dicunt Phorbiam, vtuntur. At si vtraque maxilla in summo mento auellatur, qua etiam parte coeunt ambabus manibus parum inuicem distantibus rursus adaptato, & dentes adunitos, quomodo diximus, deligato: ac congrua vius ligatione, tenui ac sorbili alimento ægrotantem nutriri iubeto. Nam mandere ipsi inimicum est. Si aliquid emotum à figura conuenienti putaueris tertio die soluens, iterum illigato: quod tam diu facies, quam callus fracturam firmarit: firmatur autem maxilla intra tres potissimum septimanas, quoniam laxa & medulla plena est. Quod si inflammatio aliqua superuenerit, vt aduersus hanc quidem, tum fomenta, tum cataplasmata negligere oporteret. Quod in omnibus ex æquo obseruatum abs te cupierim. In fractura mandibulæ (*inquit Guido à Cauliaco*) conueniunt omnes, Haly abbas, Albucasis & Auicēna, quod si fracta fuerit, cum digitis tuis, positis infra os patientis reducatur ad schema suum: quod cognoscitur quando dentes partis sanæ coniunguntur cum dentibus alterius directe: & tunc ligatis dentibus infirmis aliis sanis cum filo bene cerato, aut de argento vel auro apponantur: & desuper auxilia dicta in communi sermone: & desuper loco stupparum plagellæ de panno multiplicatæ: & post hastillam, id est, ferulam ex solea corii: & ligetur ligatura incipiente

De naribus fractis contusisque.

Quanto tempore firmetur maxilla callo.

Guido tract. 5 doct. 1. de restauratione fracturarum cap. 2 de reductione fractura cranii, ossis nasi, mandibulæ, ossium capitis & faciei.

pone collum, & veniente supra mandibulam, reuertendo sub naribus retro caput, reducendo ligetur in fronte. Et si sint necessariæ plures reuolutiones, fiant per eundem modum, donec ligatura bene fuerit firma. Cibaria eius sint sorbilia, ne ipsum grauent in masticando. Tempus antem firmationis eius est fere 28. dierum, secundum Auicennam & Albucasin. His adde quæ Brunus *libr. 1. capit. 18. de fractura ossium mandibularum* scripserit rubrica 1. & Theodoricus *libr. 2. capit. 28. de fractura mandibulæ.* Vide & Guilhelmum de Saliceto *lib. 3. cap. 1. de fractura ossis nasi cum vulnere & sine vulnere, & cap. 2. de fractura mandibulæ.*

OBSERVATIO IIII.

De vertebris seu spondylibus colli attritu & confractu sine vulnere, vel potius contusis.

CVm saccus farina plenus ex mola valde alta vxori cuiusdam molitoris in nucham cecidisset, valde doluit, vt spasmus metueretur. Huic sanguinem ex cephalica demisi, aluo quoque soluta per glandem. Deinde accito chirurgo cõposita fractura, quæ sine vulnere erat, primis diebus emplastrum ex farina volatili, descriptum *cap. 1. de vniuersali curatione ossium fractorum apud Iohannem de Vigo*, apposuit: interim tota spina dorsi inuncta cum oleo lumbricorum & rosaceo, ne fieret spasmus; postea bene habere cœpit. In fine, ad restaurationem oxycroceum appositum est. Mihi autem non videtur hæc esse fractura, sed potius contusio.

SCHOLIA.

Lib. 6. c. 98. de vertebris, spina dorsi, & sacro osse.

VErtebratum complexus interdum sane cõtusionem (*vt inquit Paulus*) raro vero & fracturam experiuntur, propter quæ contusis spinalis medullæ membranis, vel ipsa etiam medulla, nerui in doloris consortium adducuntur, & mors præceps subsequitur: magisq; si ceruicis vertebras affectus infestarit: vnde præfatus periculum, si quidem fieri potest, audebis etiam sectione ossiculum quod premit eximere: sin minus, ratione, qua inflammatio propulsatur, ipsas lenies. At si processus vertebrarum aliquis, vnde spina constat, fuerit refractus, digitis tentantibus prompte sublabetur, dum refractio mouetur, rursusque in locum transponitur. Conuenit autem id quod refractum est, auferre, cute extrinsecus incisa: suturisque commissa, remedio cruentis idoneo vti. Cæterum osse sacro confracto, index sinistræ manus digitus in anum demittendus est; dextra manu quod confractum est, quatenus licet in naturalem figuram reducere oportet. Si autem aliquid refractum sentiamus, hoc quoque diuiso, deligaturam & curationem commodam adhibemus. Quod autem ad Prognostica pertinet, de fractura & attritione spondylium, cum ægro iacenti supra spondyles egestio & vrina egrediuntur (*vt istis diebus euenit fabro lignario, qui ex altissima domo supra spondyles ceciderat*) tunc ista mortem futuram præsagiunt. Guido de Cauliaco idem affirmat. Dicit & Paulus, & idem Auicenna, ac Haly abbas confirmant, quod *ossibus spondylium raro accidit fractura, sed plurimum attritio*: licet contrarium dicat Albucasis. Verum Paulus & Haly abbas intellexerunt in *rotunditatibus ipsorum*; Albucasis vero *in aliis partibus eorundem.* Quicquid sit, si nocumentum peruenit ad nucham & neruos procedentes ab ea, inferunt paralysin, *vt dicit Albucasis*, manuum, si superiorum; pedum, si inferiorum: & aliquando sequitur mors, *vt dicit Auicenna.* Ergo hæc prædicenda. Et si accidit egestionis inuoluntaria egressio, aut non potest mingere quando desiderat, tunc sciendum, quod est mortale, *Albucasi quoque attestante.* Non igitur laboremus in curatione eius. Si vero nihil quippiam tale appareat, curatio eius erit, vt sedemus dolorem: & ea conueniunt quæ ad inflammationes tum apostemata inscripta sunt. Ideo procedemus cum *oleo rosar. & vitellis ouorum assatis*: & doloribus sedatis, apponemus *emplastrum aliquod roborans & desiccans*, & de ligatione optima & stricta iniecta, præcipiemus *infirmo quietem & situm supra partem, in qua minus dolet.* Si vero frangitur postremum ossis caudæ, intromitte *pollicem manus sinistræ in anum, & aptа os fractum cum manu altera, secundum quod fuerit possibile*: deinde adhibe *emplastra & ferulas, & stringe cum ligamento.* Reliqua vide apud Theodoricum *lib. 2. 34. de fractura & attritione spondylium colli*: & Lanfrancum *doct. 1. tract. 4. de fractura spondylium & costarum*, & Guilhelmum de Saliceto *lib. 3. ca. 6.* qui etiam inter reliquos hanc rem optime pertractauit, propriis etiam adiectis quibusdam remediis.

Prognostica.

De restauratione fracturarum cap. 3. de fractura colli & spondylium dorsi.

Os sacrum si fuerit confractũ.

OBSERVATIO V.

De fractura furculæ pectoris.

RVsticus qui ex scala ceciderat, cum fœnum reponeret, furculam pectoris fregit. Ad hũc accitus, iussi, vt fieret phlebotomia, ne fieret inflammatio, & vt exhiberetur quoque leniriuum medicamentum. At chirurgus cum restaurasset os furculæ, cum fractura esset sine vulnere, imposuit puluillos rotundos in spuma albuminis infusos cũ farina volatili, & cetera vt docet Theodoricus *cap. 30. de fractura furculæ pectoris lib. 2.* cum pul. constrictiuis deinde in vitello oui & albuminis, vt etiam docet Guilhelmus de Saliceto *lib. 3. cap. 3. de fractura furculæ*: deinde adhibita debita ligatura, tandem eo modo vt in iisdem locis citatis scribitur, curatus fuit, iis inquam decenter appositis per chirurgum.

SCHOLIA.

IVgulum, quod etiam *clauicula* dicitur, cum naturaliter figuratum est (*inquit Paulus*) interiore ipsius extremo, cum pectore committitur; exteriore, cum summi humeri compage,

leu

Lib. 6. c. 93. de iugulo confracto ſeu clauicula.

ſeu articula mento adunitur: eoque ſi humerum aut ipſum ſuſtinens brachium, fracturam quacunque tandem parte experiatur, quia humerum ſuum ſpectat, plerumque infra interius extremus fertur, vna cum brachio detractum. Præſtiterit autem per tranſuerſum potius quam aſſulatim, aut arundinis modo clauiculam frangi, quod vulgo receptum eſt. Nam tranſuerſim confracta, extenſione compreſſioneque digitorum prompte in naturalem figuram reuertitur; cæteræ eminentias habent, quæ ægre poſſunt coaptari. Si igitur per totam ipſius craſſitudinem quocunque modo iugulum fractum fuerit, duo miniſtri, vnus ad humerum eiuſdem lateris fractæ clauiculæ manibus circumiectis, brachium ad exteriora ſimul & ſurſum trahens, alter oppoſitum humerum, aut certe ceruicem attrahẽs, retractionem à ſe, quam Græci vocant Antitaſin, moliemur: medicus ſuis digitis fracturam dirigit, prominentiora pellendo, ima attrahendo. Quod ſi maiorem retractionem à ſe deſideret, orbiculum bonæ magnitudinis ex pãniculo, aut lanis, aut eiuſmodi aliquod corpus alæ ſubiiciẽs, cubiti gibberum lateri indidem adiget, ac reliqua ſicuti dictum eſt, exequetur: ſi autem id nequeat, extremum clauiculæ iuxta humerum in alto ſitum ad ſuperiora, ægrotante reſupinato, educet, ceruicali quodam mediocri, dorſo ſubiecto, miniſtro humeros duos ad ima deprimente, vt os clauiculæ quod in imo eſt, reuocetur, rurſus digitis ſuis fracturam conformabit. Porro ſi partem aliquam iuguli refractam, inſtabilem, aut etiam pungentem percipiamus, ſcalpello in rectum diuiſam eandem auferemus, ac reliqua ſcalpris exciſoriis, lamina quæ integra tueantur, aut alio ſcalpro propter firmitatem clauiculæ ſubiecto, exæquabimus, ſiquidem inflammatione careat, ſuturis: ſin aliter eſt, linamentis vtemur, & ſpleniis diuerſis præparatis, ad oſſis eminentis inclinationem, maiora ex eis & craſſiora ſuperaccommodabimus, ſi inflammatio infeſtat, oleo imbuta: ſin minus, arida, ac mediocri ex lana orbe propter alam ſubiecto conuenientem inducemus deligaturam, per axillas, affectam clauiculam, ſcapulaſque, prout res exigit, faſciantes. Et ſi quidem ad ima tetenderit pars clauiculæ humero próxima, latioris habenulæ dimidium, eiuſdem cubiti gibbero ſubiicientes, totum brachium ex collo ſuſpendemus: altero autem vinculi dimidio, manum, quemadmodum in iis fit quibus ex cubito ſanguis detractus eſt. At ſi verſus ſuperius extremum inclinauerit, quod ratum eſt, brachium ſuſpendi non debet, verum reſupinus æger decumbet, & tenui nutrietur victu. Si vero opus eſt etiam fomentis adiuuabitur; ſed pro ratione, vſque dum callus eam conſolidet. Firmatur autem plurima ex parte clauicula diebus viginti. Sic etiam *Guido de Cauliaco*: Fractura furculæ pectoris aliquando eſt ad exteriora, aliquando ad interiora: & quæ ad exteriora, eſt facilis reductionis: quæ vero ad interiora, difficilis. In illis quæ ad exteriora non oportet, niſi mo-

De reſtauratione ca. 4. de fractura furculæ & oſſis ſpatulæ ſeu omoplatæ.

dicum trahere humerum, & fracturam premendo iotùs ducere, & auxilia dicta ponere: & ſtuppas aut pannos plicatos & ferulam de ſolea duorum digitorum in latitudine, & octo in longitudine: & ligare ligatura longa, tranſeundo ſub titillicis, in quibus fit pila de lana aut ſtuppis: & toties voluatur quouſque locus bene fuerit firmatus: & ſuſpendatur brachium ad collum, & quieſcat; & continuo animaduertatur, ne ligatura relaxetur, & ſemper refirmetur, vt dicit Albucaſis. Si autem fractura fit ad interiora, applicato genu in medio ſpatularum, vt faciebat præceptor meus Bononienſis, trahantur fortiter humeri ad poſteriora, & tunc cum manu reducatur fractura, vel extendatur patiens ad terram, vt Auicenna iubet, & pone ſcapulas ponatur puluinar rotundum aut gibboſum, & premantur ad terram fortiter humeri: & tunc cum manu reducatur fractura. Et ſi non reducitur, vnge manum, aut corium cum aliquo viſco, vt fit in coſtis: & violenter eleuando manum, aut corium reducatur. Sed ſi faciat nocumentum anhelitui, & aliter non poſſit fieri, vel reduci, caute capiatur, ne diſrumpatur ſiphac cum vnciuo: & trahatur extra, vt fit in extrahendo oſſium fruſtula: & emplaſtretur & ligetur, *vt dictum eſt ſupra*. Tempus firmationis eſt 24. dies, *vt dicit Albucaſis*, eadem fere habes apud Iohannem de Vigo *libr. vi. cap. 5. de fractura furculæ*, addit, quod difficilis ſit eius reſtauratio: ideo indiget chirurgo ingenioſo & experto. Victus quoque primo tenuis, poſtea plenior ad callum generandum præſcribendus: phlebotomia quoque & purgatio *ex caſſia. manna, diacatholicone. iun. decoct. florum & fruct. cord.* adhibenda & facta oſſis furculæ reſtauratione per chirurgiam, locus emplaſtrandus cum ſtuppis infuſis in aqua & vino expreſſis, & emplaſtro *de albuminibus ouorum, farina volatili & oleo roſar. & myrt* vſque ad ſeptimum, per duos dies immutando. Poſtea ea præſcribenda, quæ ad callum procreandum faciunt. Scapulæ quæ latæ ſunt (*inquit Paulus*) & menſæ figuram repræſentant, non franguntur: iuxta ſpinam vero fracturam ſuſtinent, nunc compreſſæ, nunc rupturam ſimplicem expertæ, alias etiam refractæ. Compreſſionem itaque tactu cognoſcimus, ſi caua occurrat, ſtuporem proximi brachii, & dolorem pulſatilem inducat. Ruptura ex tactus aſperitudine & loci dolore deprehenditur: ambo autem ratione qua inflammationẽ arcemus, curantur. Refractio & ipſa tactu agnoſcitur. Porro quieſcentes ſcapulæ faſcia conuenienti adaptantur; ſi autem pleniora ſint, & pungant, perfectionem feremus, & ſuturis (*vt prius dictum eſt*) vtemur. Faſciæ autem & his ſimiliter vt in clauicula, iniicientur: incubitus oppoſiti lateris conueniet. Ita & *Iohannes de Vigo*: Raro contingit os ſpatulæ frangi: ſæpiſſime tamen accidit fractura eius marginibus atque ipſius lateribus, ingenio indiget vt reſtauretur: cõprimat autem medicus manum ſuper locum eminẽtem; & altera manu caput humeri capiendo ſecun-

Lib. 6. c. 94. de ſcapulis.

Lib. 6 ca. 6. de fractura ſpatulæ.

dum longitudinem inferius fortiter trahat. Per hunc modum pars eleuata vel depressa ad suum proprium reducitur locum: & si opus fuerit, ponatur in actu restaurationis pila magna stuppæ madefacta vino sub axilla: & cubitus inferius versus costas fortiter trahatur. Et si fuerit necesse, habeat restaurator alterum ministrum adiuuantem eum; & maxime si per se restaurationem facere non possit. Facta ossis restauratione emplastretur locus cum stuppis madefactis vino & aqua: deinde emplastretur emplastro de farina volatili: desuper ponantur ferulæ lenes ligni tractabilis; vel loco earum plagellæ ex copio: & ligentur permanente aliquot diebus pila sub axilla: & vrgente necessitate mutentur remedia de sexto in sextum, & alii primo apparatu procedunt cum *albumine oui, olei rosar. & myrt.* deinde his transactis diebus redeunt ad medicamenta dicta. Vltimo adhibentur *fotus, & cerata sigillantia & roborantia*: & huius ossis restauratio communiter fit in 24. diebus. Eadem fere ponit Guilhelmus de Saliceto *libr. 3. capit. 27. de fractura ossis spatula.*

Observatio VI.

De fractura costarum, & plicatione earundem.

VIro illi, qui inter currum & parietem circa pectus compressus erat, costæ plicatæ erant. Ad hunc accitus, cum animaduerterem ex his accidentibus pleuritidem subinde consequi (*vt & Guilhelmus Placentinus libr. 3. capit. 5. de fractura ossium costarum, & post eum Iohannes de Vigo lib. 6. cap. 12. de fractura costarum dixere*) tussis quoque, sputum sanguinis, ac valida febris: Ideo primo ipso die vt phlebotomia fieret in brachio è directo opposito, iussi. Tertio autem die lenitiuum exhibui cum decoctione pectorali. Interim consului, vt chirurgus costam plicatam & depressam reuocaret ac restauraret, eamque glutine manu illinita tentaret adducere: *℞ albumen vnum oui, farina volatilis ℥ ß. tragac. pisti, thuris ana ʒ. i. visci optimi ʒ vi. muccag. confecta cum aqu. rosar. & picis glutine ʒ i ß. misce, & vtere modo iam dicto, videlicet vola manus prædicto medicamine illinita.* Vel pone de prædicto medicamine *peciam triplicatam super parte depressa, & in medio relinquatur frustum pecia ad modum manica, vt tempore æquationis ossis exiccata medela super fractura possis os depressum manu dextra sursum eleuare, & sinistra eleuatam deprimere, iubendo ac faciendo vt eodem tempore infirmus magno conamine tussiat.* Cæterum peracta hac restauratione fracturæ & plicaturæ costæ, locus primis diebus vsque ad septimum de duobus diebus medicamentum permutando emplastrum sequens appositum est: *℞ albumina trium ouorum, olei rosar. omphacini, myrtini ana ℥ ii farina volatilis ℥ i ß. mucilag. althææ ℥ ii ß. farina fabarum, farina hordei ana ʒ vi sang. dracon. terra sigill. boli arm. ana ʒ. ß. thuris ʒ. i. misce: & fiat emplastrum.* Transacto septimo die vt hoc ceratum apponeretur, mandauimus: *℞ rad. althææ lib. i. pedum vituli numer. ii. omnia in aqua & vino odorifero decocta pistentur: & cribellentur radices tantum: cui cribratura addantur olei myrtini, olei rosacei omphacini ana ℥ iii. olei mastich. ℥ i ß. terebinth. clariss. ʒ. x. croci subtilissime triti ʒ ß. sang. drac. terra sigill. ana ℥ ß. thuris ʒ ii farinæ fabar. recent. ℥ i ß. misce. & cum cera alba q. s. ad ignem fiat ceratum molle.* eius operatio est mirabilis in sedando dolores ventosos, à quibus plerumque ægri in isto casu vexantur: & resoluit sanguinem & humores, particulamque læsam roborat. Post septimum *ius cicerum* ex eiusdem Iohannis de Vigo authoritate dedimus: & si non exoneraret ventrem, enema iniiciebamus, & deinde recte sanatus est.

SCHOLIA.

VT igitur pectoris tum costarum fracturas explicemus, scire oportet quod medium pectus dimittitur (*inquit Paulus*) imprimiturque summum, ac imum refringitur. Rupturam itaque per medium factam dolor loci & inæqualitas sequitur, & strepitus digitis innixus elidi-tur: impressionem vero dolor vehemens, spirandi difficultas, tussis, membrana quæ costas cingit dispuncta, nonnunquam etiam sanguinis eruptio, partis confractæ cauitas, & in cedendo facilitas. Curationem eam adhibere oportet, quam in scapulis prodidimus. In impressione autem adaptatio. Hippocratis adhibetur, quã ille in clauicula quę foras processerit, vsurpat, per incubitum supinum ceruicali dorso subiecto, scapulisque constrictis, ita vt costa vtrinque manibus simul contrahantur. Iam vero costis lana obiectis circularem adhibebis ligaturam, locis prius in rectum subditis: postea duorum initia mutuo excipiuntur, quæ orbiculares fascias decidere prohibeant. His adiunge ea quæ egregie scripsit Guilhelmus de Saliceto *lib. 3. cap. 4. de fractura ossium pectoris & thoracis*: habet enim in eo loco plurima remedia apta tam topica, quam etiã ea quæ per interiora exhibentur. At ex costis & spuriis dictis, osseæ quidem (*inquit idem Paulus*) omni in parte rupturam sustinent: spuriæ autem, in ea tantum quæ spinæ adiacet: nam hic solum osseam habeant naturam: in exteriore parte in cartilaginem degenerantes, contunduntur, sed nullam fracturam percipiunt. Notæ ipsarum non sunt difficiles: etenim inæqualitas digitis explorantibus occurrit, *Strepitusque*, & ad confractum *peruersio*. Quod si intro spectauerint, *dolor vehemens punctorius* sequitur, eo qui in costis prouenit grauior, quod aculei modo membranam costas integentem conuulneret: item *ægra respiratio, tussis, eruptio sanguinis*, subinde comitatur: & reliquas vtique mutationes digitis licet conformare; at eam quę intro spectat, nequaquam, quod tendi nequeat. Vnde alii cibum flatulen-

Lib. 6. c. 95. de pectore.

Lib. 6. c. 96. de gestu.

flatulentum vberemque assumi iubent, quæ fractura ex inflatione & tensione foras propellantur, quod necessarium non esse puto. nihil enim commune ad hoc inter se habent, tum thorax tum viscera nutritoria. præter quod inflammatio etiam ex repletione augeatur. Alii cucurbitulam agglutinant: quod à ratione & via curandi alienum non esset, nisi corpora ex contractione congregata, fracturam amplius ad interiora propellerent. Quapropter Soranus hunc in modum scribit: *Lanis oleo calido madentibus partes contegentur, & linamentis implicitis intercostale replebitur, vt deligatura aequalis iuxta orbicularum circumductum veluti in pectore fiat.* Omnia vero vt in pleuriticis fieri debeot, ad magnitudinis proportionem. Porro si magna necessitas quædam compellat, quod membrana costas cingens vehementer compungatur, cutem dividere conuenit, & fractam costæ partem detegere. Deinde lamina, ne tunica costas tegens conuulneretur, prius subiecta, offsicula quæ pungunt ingeniose excindere ac eiicere oportet. Postquam hoc feceris, ea sane quæ inflammatione carent coniunges, & cruentorum modo curabis: quæ autem illa afficiuntur, linamentis oleo madidis operies, victum curationemque adhibens inflammationi dicatam. Decumbent ægri ea figura quam facilius tulerint. Vide fere eadem & egregia apud Celsum *lib. 8. cap. 9. de costarum fractarum curatione:* totus enim ille liber ad chirurgiam spectat, agens *de fracturis omnibus & luxatis ossibus.* Cæterū neoterici ita de fractura costarum & partium eius aguntt. *Intelligendum est quod fractura furcula & costarum* (inquit Guido) *& ossium thoracis in multis conueniunt differentiis, & causis signis, & indiciis, & in modo curandi.* Nam, quemadmodum dictum est deiugulo seu furcula, modo franguntur ad interiora, modo ad exteriora; aliquando & costæ plicantur, & non franguntur. Signa autem sunt communia cum vlceribus, si frangantur: & plicentur ad interiora, accidunt symptomata quæ in pleuritide euenire solent, vt *anhelitus difficultas sputum cruentum, tussis:* & ideo periculosa est hæc fractura. Quod ad curationem attinet, Haly, Auicenna, Albucasis, tum alii multi diuersimode & sine distinctione tractant de fractura costarum. Nam Albucasis, Auicenna, & Haly abbas id lana, oleo, puluillis ac linamentis perficiunt. Rogerius æquat, & reducit manibus illitis visco in balneo, aut iuxta ignem. firmando cum apostolico, in alio cum applicatione. Iamerius idem facit, nisi quod primis quatuor diebus emplastrum ex melle, cymino, baccis lauri, pulegio, costæ inducit. Huic & assentitur Theodoricus, & sequebatur Hugonem præceptorem suum. Brunus autem cum distinctione illam quæ exterius fit æquat manibus, emplastra adhibet, & ferulas, vt decet. At illam quæ interius declinat, fotu ouium cum lana vtitur in parua: in magna aperit & trahit. Guilhelmus de Saliceto (*vt etiam in obser. diximus præcedente*) manibus æquat, & albumine ouorum, farina aliisque glutinatiuis obducit: Lanfrancus procedit vt Rogerius; nisi quod præcipit vt patiens tussiendo iuuet extrahere costam ad exteriora Ego autem (*inquit Guido*) in tali fractura, supposito bono tegimine vniuersali de phlebotomia, ventris lenitione, diæta & potione carminante ex cicerum iure, distinguo cum Bruno, vel quod ipsa decliuat ad extra, & tunc comprimendo manibus æquo, & cum emplastris de albo ouorum, farina & aliis glutinantibus, & stuppis ac ferulis ex solea procedo, tum longis fasciis firmo: & in fine cum dialthæa & oxycroceo, vel, vt alius textus habet, oxycrato. Vel ad interiora declinat: & tunc, *vt R gerius, Lanfrancus, Iamerius scribunt,* in balneo, vel iuxta ignem manibus linitis terebinthina aut aliquo visco, & applicatis super partem depressam trahendo cum adiutorio tussis & retentione anhelitus patientis, eam ingeniose eleuo: & si necessitium est, ventosam appono: aut aperio, *vt Auicenna ait,* cum maxime res vrget. Et super partem primis tribus quatuorue diebus, ad sedandum dolorem, & inhibendo inflammationem seu apostema, *oleum rosa. & albumina ouorum cum stuppis* appono, & leui ligatura solum ad retinendum medicamenta ligo. post vero cum emplastro de farina fabarum & melle procedo. In fine cum dialthæa & oxycrato dulcoto: & singulis quinque diebus immuto, firmatur autem in viginti diebus.

Soranus.

De vsstan. ratione ca. 6. de fractura costarum & partium eius.

OBSERVATIO VII.

De fractura coxæ.

C*Oxarum aut ilium ossa* (vt scribit Paulus Ægineta lib. 6. cap. 97.) *raro quidem franguntur, sed easdem cum scapulis differentias sustinet. l. Franguntur enim in extremis, rumpunturque in longitudinem, & per medium finduntur, Comites nota ipsorum sunt, dolor partem affectam affligens, punctionum pulsusque sensus, cruris subitus ac repentinus stupor propter fissuram. adaptationem scapulis similem postulant, aut sanatur autem solam ex chirurgia eius quod fractum est, exemptionem per exteriora corpora, vt quæ, si opus fit, digitis conformentur. Deinceps etiam aliam curationem moliri oportet, fomentis viendo, & concaua illium linamentis adimplendo, quo deligatura seu fasciis circularibus superiniectis, æqualis efficiatur. Eadem etiam dicenda sunt de pectinis ossibus: nihil enim peculiare de ipsis dicere habemus.* Hactenus Paulus. Sic vir quidam valde obesus cum cecidisset supra coxam, ad eum accitus chirurgus, eo modo quo ad longum docet Guilhelmus de Saliceto *lib. 3. cap. 12. de fractura ossis coxæ*, fracturam restituit & peciam lineam quondam subtilem longam & latam ad crassitiem coxæ, infusam *oleo rosaceo aut communi, cum pauco albumine oui mixto* imposuit, & super ipsam emplastrum sequens: ℞ *farinæ fabarum, farinæ ciceris, hordei farinæ volatilis molendini ana ℥ ß. mastiche tragac. gummi arab. mummiæ,*

bol. arm. myrtill. puluerisatorum ana ℥. iij. album. v. ouorum conquassata in vino nigro styptico oligophoro, succi plantag. aut huiusmodi styptici q. s. ad incorporandum. fiat emplastrum. hoc constringit, repercutit, rotit, roborat, & firmat. Eo etiam vtitur Guilhelmus de Saliceto *cap. 11. de fractura ancha*, in ipsius ossis anchæ scissura. Possunt autem & loco huius emplastri in fractura coxæ poni faldellę stuppeæ decedentes, laterales, longitudinales & transuersales, ad quantitatem coxæ, inuolutæ *in albumine ouorum & pul. constrict.* sæpe superius dictis. infusæ in aqua & vino styptico & expressæ: deinde super omnibus his chirurgus apponebat ferulas ex salice aut ligno molliori & tractabiliori vt. aut circa, secundum crassitiem ipsius membri, stuppa quoque inuolutas, aut re molliori, *vt idem Guilhelmus de Saliceto docet*, quæ erant longæ ad longitudinem coxæ; ita tamen vt non offenderent neruos in genu & inguine. erantque superiores & exteriores crassiores, *vt ibidem cap. 12. ad longum docetur.* Deinde superiniecta est fascia decenter, *vt idem quoque docet*; & situs commodus instituebatur. Nos vero statim post primam visitationem (*vt aiunt*) in brachio sanguinem demitti curauimus ex loco è directo. & si venter non soluebatur, cum glande aut clystere irritabamus: interim ne subsequeretur inflammatio, cucurbitulas cum scarificatione natibus apponi tandem imperauimus. At primam ligaturam chirurgus non soluebat nisi post iiij. aut quintum diem. interim quotidie animaduertebat nū in debito situ permaneret, alioqui si accessisset dolor, spectandum fuisset numquid aliqua eminentia esset in osse, quæ auferenda esset antequam callus sarcoides generaretur. Diætam etiam commodam & nos præscripsimus, prius tenuiorem, postea pleniorem: & ita deinde vt in aliis conuenit fracturis, chirurgo procedente, hic curatus est, quamuis tardius. Neque hoc mirum, cum & ipse Iohannes de Vigo *lib. 9. de fracturis, cap. 13. de fractura ossis coxa* ita scribat: *Hæc fractura in quinquaginta diebus firmatur: citius tamen interdum, aut tardius, iuxta ætatem & corporis temperiem. Nam & in biliosis senibus conualescentibus*, teste Auicenna, *protrahuntur.*

SCHOLIA.

De fractura ossis ancha & coxa.

DE fractura ossis anchæ & coxæ, Guido, cum agit *de restauratione fracturarum cap. vij.* ita inquit: *Os ancha raro frangitur: sed quandoque finditur, & comminuuntur eius extremitates; & quandoq; impellitur ad ventrem: & accidit propter hoc dolor & stupor in coxa, & ex hoc sequitur diminutio in coxis: & est res satis difficilis ad reducendum. Et in reducendo oportet extendere coxas, & pellere ancham; atque ita quantum fieri poterit, reducere: & postea emplastrare & ligare.*

Fractura ancha.

reliqua vide de fractura ossis anchæ lib. 3. cap. 11. apud Guilhelmum de Saliceto.

Fractura coxa.

Cum coxa frangitur, necessaria est extensio fortis, vt dicit Auicenna: propter quam fracturam, & omnium aliorum membrorum, quod ad causas attinet, & totius regimen in genere est recurrendum ad sermones (*inquit Guido*) vniuersales superius dictos, nisi quantum ad fracturam coxæ, parum denudatur à claudicatione, *vt refert Auicenna.* Speciatim tamen sciendum est, in quo fere omnes concordant, quod eodem modo est procedendum in regimine ipsius, & in adiutorii fractura; de qua postea etiam quædam adiiciemus. interim si libet, videas Theod *lib. 7. cap. 35. de fractura adiutorij, & lib. 1. Bruni in chirurgia eius magna. rub. 4. de fractura adiutorii.* & Lanfrancum *doct. 1. tract. 4. cap. 5. de fractura adiutorii.* & lib. 3. Guilhelmi de Saliceto, *cap. 8. de fractura ossis adiutorii*, qui hunc sermonem præ cæteris producit. Et ideo, *inquit Guido*, quod ad fracturam coxæ attinet, rationem similem habet cum fractura adiutorii. propter quod oportet vt fortius extendatur. Præcipiunt itaque eam extendere per duos ministros cum ligamentis ligatis super & subtus fracturam, quarum exteriores volebat Guilhelmus esse longiores & fortiores; licet secundum Albucasin tres sufficerent: quia eius loco ferularum præcipiebatur ligari cum coxa, vt calcaneus perueniret ad nates; quod mihi, *inquit Guido*, non placet, & ideo in modo situandi sunt diuersi. Nam aliqui, vt Rogerius, Albucasis & Guilhelmus, situant eam in lecti plano, & appodiant (*sic enim loquuntur barbari*) ipsum hinc inde cum pannis & stuppis; quod non laudo. Alii, vt magister Petrus, cum sustentaculis factis ex paleis longis secundum longitudinem pedis, inuolutis cum linteamine, & sutura, desuper ligant cum tribus quatuorve fasciis vel vittis. Alii vero, vt Auicenna & Brunus, & Rogerius, cum duabus ferulis longis vsq; ad pedes ligatis, vitiis quoq; iniectis & alligatis. Nonnulli, vt Lanfrancus, & alii multi neoterici, in capsula seu caua vsque ad pedes ponunt: omnes tamen, quicquid agant, ad hoc intenti sunt, vt coxa fracta æqualiter situetur, & sine molestia quiescat, & non moueatur, neque declinet ad aliquam partem. & ad maiorem cautionem Rogerius ægrum ponebat in lecto stricto perforato, vt sine eleuatione in situ permanens etiam aluū deponere posset: & ligabat coxam & tibiam in tribus quatuorve locis ad lecti spondam, & pedem ad columnam, vt æger non posset eum ad se trahere, quod & Theodoricus similiter faciebat. Ego autem, *inquit Guido*, eam ligatam cū hastellis, id est, ferulis longis vsque ad pedes firmo aliquoties cum iisdem sustētaculis ex palea confectis; aliquoties, cum capsa: & ad pedem ligo pondus plumbi, quod per chordulam transeundo rotulam paruam (quam ipse idiomate suo polegeum vocat, nostri *Een poley*, ita vt tibia per eandem in sua longitudine detineatur. Et si esset aliquis defectus in æquatione, trahendo paulatim rectificabit. Immutat autem remedia circa nonum diem, & vltra. Firmatur (*vt idem inquit*) quinquaginta diebus. Reliqua de fractura ossis coxæ, si libet, his adiicias, nempe ea quæ scripta sunt apud Iohannem de Vigo *lib. 6. cap. 13.* & ex Bruno *lib. 1. rub. 6.* & Theodotico *lib. 2. cap. 38.* & Lanfranco, *doct. 1. tract. 4. cap. 6. de fractura ossis coxa vel pedis.* Ceterum de femore (*inquit Paulus lib. 6. cap. 102.*

cap. 12a. de femore) eadem dicenda sunt, quæ de brachio prodidimus: de quo & nos mox dicemus. Peculiariter autem magis femur fractum, in anteriorem partem & exteriorem promouetur: etenim in his naturaliter dilatatum est, instauratur autem manibus, funiculis & antennis æquiualentibus, vna supra fracturam posita; altera, subter. Quod si in parte fractura euenerit, idque iuxta femoris caput, dimidio fasciæ lana circumdato, ne corpora incidat, iuxta inguina disponemus; & initia ad caput reducta, famulo vt partem contineat, trademus: infra autem fracturam fune circumposito initia ad intensionem alteri ministro exhibebimus. Quod si ad genu fractura habeatur, funem sane supra fracturam iniicimus, initia eius ad eleuationem dispensamus, genu etiam ipsum implicito quodam fune continemus, hanc autem partem restituimus ægro decumbente, & crure exporrecto, quæ pungunt ossa (*vt subinde dictum est*) eleuata superius tollemus. reliquam curationem in capite de brachio exponemus, cæterum callo firmatur femur quinquaginta fere, vt sæpius diximus, diebus. At quomodo reponi debeat, cum etiam de crure dicemus, id explicabimus. Cæterum ad hanc rem maxime spectant quę & ipse Cornelius Celsus *lib 8 cap. 1a. de humerorum, brachiorum, femorum, digitorum fractorum vel euulsorum communibus curationibus* inscripsit, deinde magis propriis: quem locum diligens lector perlegere poterit. Cæterum vir ille qui ex altissima domo cadens femur fregit, septimo die spasmum incurrebat; & tandem mortuus est. At puerpera quæ extra portam qua ad Mosam itur Delphis habitabat, cum currus rota femur fregisset, sine vulnere curata fuit. Nunc ad alia exempla progrediamur.

Corn. Celsus.

Historia quadam femoris fracti.

Observatio VIII.

De humero, ac deinde etiam brachio fracto.

OS adiutorii seu humerus cum fractura in quodam viro afficeretur, eo restaurato per chirurgũ, emplastrum descriptum obseruatione præcedente appositum est. Guilhelmus de Saliceto *cap. 8. lib. 3. de fractura ossis adiutoris* hoc apponit: ℞ *far. fabar. cicerum aut orob. aut volatilis, qua circa molendinum reperitur, lib. ß. masticis trag. gummi arab. mummia, aloes, turis ana ℥ ß. bol. arm. terr. sig. sang. drac. lycii ana ℥. 1. album. ouor. iii. confice cum vino styptico, extende super pannum lineum, & appone.* interim & stuppas latas, longas, balneatas aqua prius: & expressas, toti brachio circumuolebat: fascia latitudine quatuor digitorum, aut quandoque duabus præparatis, alligentur dicta, adiectis ferulis quatuor aut sex, etiam faldellis stuppeis infusis in aqua & aceto. Interim facta restauratione etiam pannus lineus infusus in oleo ros. prius apponatur: deinde reliqua iam dicta per ordinem, vt emp. deinde stuppæ, postea ferulæ, vt ad longum explicatur ab eodem Guilhelmo de Saliceto, iniectis fasciis, vt moris est: & non soluebatur ad quinque dies. Interim brachium inungebat, nec non spatulam & loca vicina, aliquo defensiuo. interim nos sanguinem detrahi iussimus ex brachio opposito, ne fieret inflammatio ex vena cephalica: deinde vbi quoq; opus videbatur, lenitiuum dedimus: victu vtentes primo tenuiori, vt *hordeato, amygdalato*, ad securitatem apostematis. Postea & dolore sedato, cum tuti essemus ab apostemate, cibum pleniorem præscripsimus, & *vinum rubrum* concessimus; etiam *assa, & vitella ouorum* & similia, & *animalium extrema*, quęque callum promouerẽt: atque ita ipso chirurgo procedẽte vt in reliquis fracturis, tandem hic homo curatus est, Quemadmodum & nobilis illa femina, *Weldamia* dicta, in Haga Comitis, cum brachium fregisset, per Hugonem medicum & Bartholdum chirurgum curata est. Ad quam & ego accitus fui, ac sanguinis sputum, cum pectoris angustia: à quibus tamen, licet vetula esset, aptis adhibitis remediis per me tum Hugonem curata fuit.

SCHOLIA.

HVmerus fractus, *inquit Celsus*, non sic vt mẽbrum aliud intenditur. Sed homo collocatur in alto sedili: medicus autem in humiliori, aduersus. *Vna* fascia brachium amplexa ex ceruice ipsius qui læsus est, id sustineat. *Altera* ab altera parte super caput data, ibi accipit nodum. *Tertia* iũcto imo humero deorsum demittitur ibi quoque capitibus eius inter se iunctis. *Deinde* ab occipitio ipsius, minister sub ea fascia quam secundo loco posui, correpto, si dexter humerus ducendus est, dextro; si sinister, sinistro brachio, demissum inter femina eius qui curatur baculum: medicus super eam fasciam de qua tertio loco dixi, planam iniicit dextram, si sinister, sinistram; si dexter humerus sumatur: quo fit vt leniter humerus extendatur. Fascus vero, si medium aut imum os fractum est, breuioribus opus est: si summum, longioribus, vt ab eo sub altera quoq; ala per pectus & scapulas porrigantur. pronnus vero brachium cum deligatur, sic inclinandum est id quod afficit, vt ante fascias quoq; sic figurandum sit, ne postea suspensum aliter, aliter cũ deligabatur, humerum inclinet. Brachioq; suspenso, ipse quoq; humerus ad latus leniter deligandus est, per quæ fit vt minime moueatur; ideoq; ossa sic se habent, vt aliquis composuit. Cum ad ferulas ventum est, extrinsecus esse earum longissimæ debent, à lacerto breuiores, sed sub ala breuissimæ. Sæpiusque eæ reuoluendæ sunt, vbi in vicinia cubiti humerus fractus est, ne ibi nerui rigescant, & inutile brachium efficiant. Quoties solutæ sunt, fractura manu continenda; cubitus aqua calida fouendus, & molli cerato perfricandus: ferulæq; vel omnino non imponendæ contra eminentia cubiti, vel aliquanto breuiores sint. At si brachium fractum est, inprimis considerandum est, alterum os, an vtrumque comminutum sit: non quod alia in eiusmodi casu curatio admouenda, sed primum vt valentius extendatur, si vtrumque os fractum est, quia necesse est minus neruos contrahi altero osse integro, eosque intendente: deinde vt curiosius omnia

Corn. Celsus de humeri fracti curatione.

De brachii fracti curatione, ex eodem.

in con-

in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam vbi alterum integrum est, plus opis in eo quam in fasciis, ferulisque est. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Si quidem is maxime brachii naturalis habitus sit, idq; inuolutum mitella commodissime excipitur, quæ latitudine ipsi brachio perangustis capitibus collo iniicitur; atque ita commode brachium ex ceruice suspensum est. Idq; paulum supra cubi alterius regionem pendere oportet. Quod si ex summo cubito id factum sit, glutinare id vinciendo alienum est. Fit enim brachium immobile: ac si nihil aliud quam dolori occursum est, idem qui fuit eius vsus est. In brachio confracto Hippocrates quidem intentionem hoc pacto molitus est (*teste Paulo*) *lignum*, inquit, *oblongum columnula modo per summa fune deligatum, obliquum ex trabe quadam suspendere oportet: collocato autem homine in sublimi erectius, vel iuxta figuram qua à recta sessione orthocatheuton dicitur, manum ipsius supra commemoratum lignum traducere, vt medium ligni ala eius transuersim adaptetur. manum autem inflexo iuxta rectũ angulum cubito minister procumbens continebit: deinde graue aliquid, exempli gratia lapidem aut pondus plumbeum, vel eiusmodi aliquid ex cubito suspendens, finensq; pendere sublime, ita fracturam conformabis, vel loco ponderis famulus ad ima brachium detrahat.* Nonnulli vero loco columnulæ gradu scalæ vsi sunt. Soranus hunc in modum tradit: *ægro in sedili collocato, vel, quod satius est, resupinato, quo minus molestiæ sentiat, manu fune ligata iuxta compagem qua ipsa cum brachio cõiungitur, & ex ceruice suspensa, vt angulosa ipsius figura seruetur, ministris duobus iubebimus, huic supra fracturam, illi infra, digitos circumponant; atq; sic tensionem perficiant.* Quod si valentiore opus sit tractatione, duos funes æquales brachio circumdamus: vnum supra fracturam; alterum, infra, atque vni famulo super ægrotantis caput consistenti, alteri iuxta pedes, capita funium tradentes, iubebimus in diuersum brachium distendere. At si summus humerus fracturam senserit, dimidio vinculi, quod ciria dicitur, alæ subiecto, reliquam partem iuxta caput teneri iubentes, alio quod oppositum est retrahente, antitasin, hoc est, à se retractionem, vti dictum est, moliemur, quemadmodum sane si cubitus confractus fuerit, illi vel iunctura manus cum brachio funis iniicietur. Ossibus iam fracturæ probe coaptatis, distensio quidem remittetur, sed iuxta Hippocraticam consuetudinem deligabitur. Porro si fractura inflammatione vacet, recensque sit, lineis vtendum fasciis oblongis abunde, circa tres quatuorue digitos latis, aqua madentibus, aut etiam posca: si inflammatio adest, lanis tenuibus mollibusque oleo imbutis, & si quidem in medio brachii fuerit fractura, initium fasciæ super fracturam iniicietur: vbi bis terue illigaueris, sursum fasciam ducere conuenit, vt (*quemadmodum inquit*) sanguinis influxiones excipiantur, atque illic finiatur. Iam vero & secunda fascia vti oportet, initium eius similiter supra fracturam iniiciendo, atque alia eodem modo quo in priori: rursus autem superne deorsum, atque iterum sursum reuocare, illic etiam sic terminabitur. Porro constrictio mediocris esto, tum nostri sensus, tum ipsius ægrotantis iudicio. At si iuxta summam humeri compagem contigerit, priore fascia illam & scapulas & pectus comprehendes, vt deligatura fiat quam Græci geranida appellant, perque secundum vsque ad cubitum dispensabis, ac inde ad supra posita recurres, cum summo humero scapulas pectusue comprehendens, primæ fasciolæ similiter. Quod si gibbero fractura obuenerit, etiam cubitum colligare expedit, ita vt anguli figura conseruetur. Similiter in aliis quoque artubus, nimirum cubito, femore, tibia, cum fractura in parte, aut etiam iuxta articulum, & non in medio membri existit, post articulum fasciam iniicere expedit. Recentiores itaq; secundum deligaturam protinus ferulas etiam iniiciunt, vt adaptationis figura contineatur, constringentes ipsas prout sensus & tumor ex inflammatione postulat: veteres autem à die septimo ferulas accommodarunt. nam intra hunc inflammatione declinante membrum redditur tenuius. At Hippocrates tertio die ligamenta solui iuber, ne tensio quæpiam, aut motus præter solitum contectę particulæ obueniat, aut eius quod iam infixum fracturæ est, perspiratus probibeantur, propter quos non solum noxius pruritus quibusdam accidit, sed etiam erosa à saniei acrimonia nonnumquam cute, exulceratio concitatur. itaque æquæ temperatæ tantum superfundere ratio est, quantum saniem discutere sufficit. Post septimum diem, ex maiore interuallo soluere conuenit, ceu partes non amplius saniem excernere desiderent; imo etiam calli obfirmatio hoc modo felicius prouenit. Cæterum ferulæ iuxta sequentem rationem iniicientur. Splenia triplicia oleo imbuta super fascias circumdantur. Si igitur membrum crassitudine fuerit æquabile, similiter; si inæquale, partibus magis concauis per splenia repleris, æquæ crassitudinis membrum ferulis accommodandis efficiemus: deinde lana aut stuppa ferulas mediocriter inuolutas, in orbem fracturæ circumdamus, non minore quam digiti spacio inuicem distantes: easque moderate constringemus: ita tamen, vt quatenus fieri licet, articulum propius accedere ferulas prohibeamus, præsertim iuxta interiorem flexus partem. Vlcera siquidem in ipsos nonnumquam & neruorum inflammationes patiunt. Verum illic laxiores ipsas esse oportet; quemadmodum valentiores, vbi fractura curuatur. Præstiterit autem thoraci etiam brachium mediocriter colligare, ne ipsum loco motum, figuram peruertat. At si quando inflammatio fuerit (*eam vero agnosces ambiente tumore, ac rubore, & quod membrum nunc, multo magis quam prius stringatur*) vel si confractum membrum distortum sit, & nihil horum appareat, sed ligamenta laxa, vel è contrario strictiora, quam par est, inueniantur, solutis ipsis deligatura instauranda est. Resupinari igitur ægrotus debet, ita vt super stomachum

Lib. 4. cap. 99. de brachio.

chum manu contineat: brachio subiicietur molle aliquid, pellem super se habens, vt superfluionum influxus excipiat. Superfunditur autem quotidie oleo calido, præsertim cum vrget inflammatio, quando etiam cibus tenuis exhiberi debet. Postea mediocris ad calli generationem quis indicitur, vsq; dum fracta occalluerint. Occallescunt autem brachia & tibia diebus circiter quadraginta, post quos vbi solueris fascias, & lauacro vsus fueris, emplastris ad fracturas factis persanare conuenit. Hæc tractandi ratio omnibus aliis propemodum confractis artubus conuenit. Cubitus radiusque interim vterque iuxta eundem locū frangitur, interim alter duntaxat, vel in medio vel in parte qua gibberum spectat, aut brachiale. Omnium itaque deterrimum est quum ambo eadem parte franguntur, deinde etiam cubitus solus. At radius fractus, aliis facilius curatur, si quidem maior cubito non est, sed illud ipsum subiectum habet, vt veluti insideat. Porro si ipsorum alter duntaxat fractus fuerit in illo maxime intensionem validam moliemur: si vterque similiter intendemus, manu anguli modo figurata, vt pollex omnium digitorum altissimus, exiguus digitus homillimus habeatur. sic enim cubitum radio subiici contingit. At si valentiore opus sit intensione, ambobus potissimum confractis, non solum manibus, sed etiam funibus intendere aggrediemur: vt in capite de brachio comprehensum est. Ceterum omnis deligatura & reliqua præsidia vna cum ferularum iniectione, hic adhibenda sunt, dum callus eos firmarit. Firmatur autem cubitus diebus plurimum triginta. Ac repositio ipsius similis erit ei, quam brachium fractum vendicat, præter ea quæ ipsi subiiciuntur. Volæ autem & aduersæ eius partis, & in digitis articulorum ossa, quum laxa fistulosaque natura sint, contunduntur quidem plærumque, raro autem franguntur. Ægro igitur in alto sedili collocato, medicus in altero quodam æquali aduersus sedebit, priusquam manum disponat: ac tensis per ministrum iis quæ fracta sunt, duobus digitis ipsa conformabit, pollice & indice digito prius compressa. deligatura vtitur, quo tempore vrget inflammatio. Nam propter laxitatem facile in ipsis callus amplior concrescit. At si acies digitorum, aut digitus simpliciter confractus est, si quidem magnus & pollex appellatus fuerit, post commodam deligationē ab inferiore parte, ipsum vtrique cum manu ligabis, ne dimoueatur: si ex aliis quispiam, vel index vel paruus digitus, proximo colligabitur: sin aliquis ex medus, iis qui vtrinque habentur, vel etiam omnes deinceps ligari vna debent, melius enim conquiescunt: quemadmodum si etiam ferulis fracti colligentur. *Hactenus Paulus*; quæ ipse etiam magna ex parte ab ipso Hippocrate mutuauit. Vide Hippocratis de fracturis libellum cum commentariis Galeni, quibus Vidus Vidius etiam figuras commodas adiecit. At iuxta Neotericos ipse Guido & hanc rem pertractans, breuiter de restauratione fracturarum *cap. 5. de fractura ossis*

Paulus lib. 6. cap. 100. de cubito & radio.

Cap. 101. de summa manu & ipsius digitis.

adiutoris & brachii & totius manus sic scribit: *Os adiutoris cum frangitur, magna ex parte declinat ad exteriora*, vt dicit Auicenna: circa quam fracturam est in telligendum, præter vniuersalia, quod licet Albucasis ponat duos modos reductionis & æquationis, quorum primus mihi est difficilis, secundus facilis, quia concors est cum omnibus. nisi in hoc quod loco ferulæ si seu hastellarum præcipit vt brachium ligetur cum adiutorio, taliter quod vola manus iungatur cum humero: nihilominus melius est, vt post reductionem factam suauiter indolorose trahendo, adiutorium cum brachio & cubito per ministrum aliquem, altero firmiter tenente partem superiorem & humerum: fractura enim manibus æquetur, & ligetur, & quinque aut sex ferulis iniectis, & ad collum cum mantili sustentetur, ita vt brachium plane supra ventrem iaceat: & cum pressuris & pannis ita stentetur, vt non torqueatur. temoratur autem de quarto ad septimum, & firmatur quadraginta diebus. Eadem fere ponit & Theodoricus *lib. 2. cap. 35.* & post æquationem applicat emplast. um consolidatiuum, si non timeatur calidum apostema, & soluit de tertio in tertium diem. Si metus sit apostematis, abstinet ab emplastro & ferulis vsque ad septimum diem: & tunc adhibet lanam succidam aceto & oleo rosaceo madidam, mitigantem calidum apostema: deinde stringit. interim singulis diebus ac noctibus animaduertit num ligamentum dissoluatur, aut figura membri mutetur. quod si ita sit, corrigit & iterum stringit. & iubet infirmum super dorsum decumbere, & vt manum supra stomachum contineat, etiam puluinar molle sub adiutorio subiiciens. & si in 40. diebus non fit restauratio, iterum ligat, & adhibet ferulas, & dimittit vsque ad 50. dies, vel ad duos menses. eadem fere ponit & Lanfrancus *doct. 1. tract. 4. cap. 5. de fractur. adiutorii*: & dicit *difficiliorem esse si fiat prope iuncturam.* Brunus autem *lib. 1. rub. 4. de fractura adiutorii.* dicit (*inquit*) Albucasis, adiutorium est illud quod est inter cubitum vsque ad caput spatulæ: deinde eadem fere quæ tunc diximus, & eandem rem, sed multo dilucidius, & longiori sermone, Gulielmus de Saliceto prosequitur *lib. 3. cap. 8.* At de brachio & focilibus eius loquit Guido, accidit quandoque in brachio vt frangantur focilia duo simul: quandoque vero alterum solum: & fractura focilis inferioris maioris est vehementior & turpior, quam superioris & minoris, *teste Auicenna & Albucasi.* Circa hanc fracturam concordant omnes, siue vnum os sit fractum, siue ambo: extendatur per duos ministros; & vnus trahat versus cubitum, alter versus manum: & medicus suis manibus suauiter æquet & restauret & liget, & alia fiant quæ dicta sunt in cap. vniuersali. Brachium, quando alterum os frangitur, paucis ferulis & minoribus eget: si ambo franguntur, quinque vel sex requiruntur. Situatur iuxta ventrem. suspenditur ad collum: firmatur in 38. diebus. eadem fere ponuntur à Bruno *lib. 1. rub. 5. de brachii fractura & Theod. lib. 2. cap. 36.*

De fractura ossis adiutorii.

De brachio & focilibus eius.

Sed

Sed Lanfrancus *tract. 4. cap. 5.* addit si tantum vnum frágatur focile, non opus est ferulis, quoniam os sanum ligatura sustinet. Guilhelmus vero de Saliceto hæc ossa quoque plicati vult absque fractura, *li. 3. c. 9.* de fractura focilium brachii. Et distinctio plicationis à fractura trahitur ex auditu, tactu, & quandoque visu: vt quando per tactum cum manibus tuis palpando non audis sonitum inesse ad modum rei fractæ, nec sentis asperitatem, vt sic dicam, pungitiuam in aliqua parte ossis; licet in aliqua parte eminentia appareat, & membrum indebitam ac insuetam figuram habeat, tunc est signum plicationis & non fracturæ. Quum vero his opposita apparent, signum est fracturæ, & non plicationis solius. Deinde longiore sermone prosequitur eius restaurationem, etiam in fine adiungendo, si cum vulnere fiat, quomodo sit curanda Ossibus autem rasectæ parum accidit (*inquit Guido*) fractura, quoniam ipsa sunt dura valde, sed separatio: quare consulit Albucasis vt extendatur manus supra tabulam, & comprimendo & plasmando reducantur, & emplastrentur, & ligentur, & ferulæ adhibeantur conuenienter: & vola manus cum stuppis aut pannis impleatur, & digiti vnus cum alio ligentur: remutetur de quarto in quartum. Firmatur in 20. diebus. Eadem fere Theodoricus; vt Paulus antea quoque docuit *lib. 2. cap. 37. de fractura ossium digitorum*. adiicit tamen Lanfrancus loco paulo ante citato, cum digiti parui sint, quod magno ingenio & cautione tam in restaurando quam curando indigeant. Verum longiore sermone ipse Guilhelmus de Saliceto *libr. 3. capit. 10. de fractura pectinis & digitorum manus* prosequitur, siue fuerit fractura harum partium cum vulnere, siue sine vulnere: interim propter membri paruitatem loco faldellarum stuppearum, vt maior cumulus fiat in loco, solis petiis lineis subinde vtitur; interim non omittendo etiam phlebotomiam, purgationem & victus rationem, prout necessaria videbuntur, neque defensiua statim ab initio; vt loco iam citato ad longum legere poteris.

Plicatio focilium.

De rasetis & digitis manus.

Observatio IX.

De tibia fracta.

IOhannes chirurgus Delphensis, cum ad ægrum accitus esset, ac equo veheretur, prolapsus in terram, tibiam fregit. Alii chirurgi conuocati, cum crus restaurassent, vtrum vitiose, an inuidiose, ignoro, monstruosum tamen membrum tum crus post consolidationem permansit. Vnde recte dicebat Theodoricus *lib. 2. cap. 23.* os quandoque non restauratur secundum quod oportet: imo membrum remanet monstruosum: cuius rei causa est aut ignorantia medici, aut defectus ferularum absolute, aut festinatio ablationis earum ante confirmationem fracturæ: aut est superfluitas motus in hora quietis. Cæterum quæ fuerit causa in hoc nostro chirurgo, cum eandem alter in alterum reiiceret, ignoro. Interim hac de causa misellus iste chirurgus ob ita defœdatum, contortum, & male curatum crus, à vulgaribus deinde idiomate nostro Germanico *Crombenius* dictus est.

SCHOLIA.

TIbia (*inquit Paulus lib. 6. ca. 104. de tibia*) cubito respondens eandem curationem obtinet: etenim illa duobus ossibus fulta, altero crassiore & cognomini, altero tenui, quod ex similitudine Perone Græcis, quasi *Fibula*, Latinis *Sura* dictum, easdem fracturarum differentias recipit. in omnē enim partem prolabitur, quum ambo ossa confracta fuerint: in tres autem quum alterum intra & extra, tibia quidem, retro; sura anterius. quapropter etiam ipsa similiter restituitur manibus aut funiculis superioribus, qui fracturæ funes sunt, interim ipsi tibiæ circumdatis, interim femori. Nam quum genu sit validius, articulum integrum per tensionem seruabimus. Similiter & inferiore fracturæ funiculo, vt in cubito dictum est. reliqua vt in capite de brachio tradidimus. Vt autem & hic reliquas fracturas quæ in crure fiunt, absoluamus, ideo & quæ Celsus de crurum femorumque fractorum curatione scribit, hic referemus. In crure æque ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei femorique est, quod vbi deligatum est, in canalem coniiciendum est. Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ si quis humor excesserit, descendat: & à planta moram, quæ simul & sustineat eam, & delabi non patiatur: & à lateribus crura, per quæ loris datis mora quidem crus femurque vt collocatum est detineat. Esse etiam is debet à planta, si crus fractum est, circa poplitem: si femur, vsque ad coxam: si iuxta superius caput femoris, sic vt ipsa quoque ei coxa sit. Neque tamen ignorari oportet, si femur fractum est, fieri breuius, quia numquam in antiquum statum reuertitur; summisque digitis postea cruris eius insisti. sed multa tamen femori debilitas est, vbi fortunæ negligentia quoque accessit. At patella (*teste eodem Paulo lib. 6. cap. 103. de patella*) os laxum est ac molle, valide corporibus superiore, & ima parte comprehensum. frequenter sane contunditur, raro autem frangi solet. sustinet autem rupturam per crassitudinem, & in tenuia fragmenta finditur, cum vulnere, vel sine vulnere. Nota vero conspicua (*motus enim sublabitur*) continuitatis, est cauitas & sonitus. Instauratur autē pars cruris extensa: nam tam diu bifariam fissa digitis committitur, donec fracturæ labra supra sese contingant, & inuicem iungantur: quæ in tenuia fragmenta fissa est, manu conformatur, etenim callo non generato, eo quod pars vtraque super musculos neruosque cognatos à femore & tibia non retrahatur, tamen multa distensio contrahet, & functionis difficultatem affectio inducet: neque enim laborantibus ipsis largius genu sustinet, & obambulando impediuntur, præsertim ascensuri, si quidē in æquabili motu actionis difficultas occultatur: in pausatione autem, eo quod non inflectatur genu, in cruris initio, & situde-

Celsus lib. 8. cap. 10. de crurum femorumque fractorum curatione.

situ deprehenditur: atque hic officulum pun- *Lib. 6. cap. 101. de pede summo.* gens eleuatum vbi exemeris, curationē sequentem admouebis. Talus vero nequaquam frangi solet, eo quod vndequaque tibia, sura, & osse quod ob tesseræ similitudinē vocatur cyboides, custodiatur muniaturque. At os quod à scaphæ figura dicitur scaphoides, & supernæ pedis regionis, item pedis digitorum ossa ipsumq; cubitum, similiter iis quæ in vola & opposita eius parte manusque digitis sunt, franguntur, quare etiam quæ de illis diximus ne eadem repetantur, illinc huc transferre consilium est. Quomodo crus depo- *Cap. 102. Quomodo crus reponi debeat.* ni debeat, ex eodem nunc adiiciamus. Femore fracto aut tibia, non minori cura repositionem ipsius, quam reliquam curationem obibis. Nam partium confractarum æqualitas, hac potissimū probe administrata, conseruatur. Nonnulli igitur canali, quam *solenam* Græci dicunt, nunc lignea nunc fictili membrum fractum, aut etiam crus ipsum reposuerunt: alii vero sola ea quæ cū vulnere fracta sunt, eo quod hæc ferulis nequeant constringi, in totum vero solenarum vsum posteriores damnarunt; multis sane de causis, sed præcipue quod ipsarum duritia partib. negotium facesseret. Neque tamen alienum est, a: tus cum vulnere fractos (*vt supra dictum quoque est*) ferulis excipere, vt ostendimus. Æger igitur resupinabitur; ac indumentum aliquod crassum cruri æquale, in longitudinem vtrobique contractum & inuolutum, vt canali per mediam concauitatem oblongam proportione respondeat, subiicietur: pellis super ipsam molliuscula explicabitur, quæ superfusiones excipiat, deinde in lōgum eius concauitati hunc canalē referenti, insinuabitur: à laterib. alia vestimenta laneve apponētur, ne membrum in latera declinet: pedis autem ima pars asserculum tectum panniculo circumdatū, propter mollitiem assumet, ac maioris securitatis gratia, media fasciarum duarum triumve, vestimento canalis modo præparato subiicientes fractum membrum ipsi leniter deligabimus. At si æger non tolerans conetur pedem totum cōtrahere, conuenit id facere, quod in superiore pedis parte dictum est, deinde blande cum asserculo deligare, ne multi aut non scientes inter dormiendum, vt verisimile est sæpe contingere, pedem contrahant. Aliqui vero stragula lecti per medium pertundunt, vt ipsi sint immobiles, & per foramen vrina & stercus reddatur, vsque dum cal- *De restaurationе ca. 8. de fractu ra genu & tibiarum totiusque pedis.* lus coalescat. Cæterum Neoterici de fractura genu & tibiarum vsque pedis (*vt Guido à Cauliaco*) hæc pauca, & eadem fere quæ Paulus dixit, adiiciunt. Rotula genu raro frangitur, sed plurimum conuertitur: & oportet in restauratione eius, *vt dicit Haly abbas*, fragmenta cum digitis adiuuare, & iuxta propriam figuram adæquare, & emplastrare, & ponere ferulam rotundam de solo (*forte intelligit solea*) deinde ligare vt conuenit. *De fractura rotulæ genu.* Eadem fere & ipse Vigo *libr. 6. capit. 15. de fractura rotule genu* ait, nisi quod cum stuppis emplastrum de farina volatili apponere iubet, desuper plagella ligata ex coriu ad rotunditatem rotulæ, de quinto in quintum diem permutando. Tibia (*inquit Guido*) frangitur secundum duo *De fractura tibiæ.* focilia, quandoque vnum. Si in maiori: tunc declinat ad posteriora; in minori vero ad anteriora. Et fractura focilis maioris est deterior minore, quando maior sustinere potest tibiam: quando autem franguntur ambo, pessimum habetur. Albucasis & Haly abbas iubent vt fractura tibiæ regatur, quemadmodum brachii fractura, nisi quod præcipiunt situm eius inter duas tabulas secundum lōgitudinem totius tibiæ, aut incuabulo: quod & ego (*inquit Guido*) facio: & quando est necesse, eadem ingenia dicta de co- *De calcaneo.* xa adhibeo, eadem fere & Theodoricus: Guilhelmus de Saliceto *libr. 3. capit. 14. de fractura focilium cruris* hunc sermonem paulo ampliorē producit: quem & ipse perlegere poteris. os calcanei non frangitur, vt dictum est, quia durum est, & protectum à ligamentis: eius tamen curationem (quod alii chirurgi Neoterici non faciunt) ponit Guilhelmus de Saliceto *libr. 3. cap. 15.* Iohannes de Vigo *libr. 6. capit. 16. de fractura pedis & ossis calcanei, & digitorum eius*, os calcanei frangi vult: sed vbi frangatur, quod valde difficulter restauretur. Rascera quoque pedis raro frangitur (*in-* *De rascetta pedis.* *quit Guido*) & quando frangitur difficilis est eius curationis: quod & Auicenna antea quoque dixerat, cum mala producat symptomata. Albucasis hanc fracturam, ponendo pedem supra terram, restaurat: & calcando cum pede tuo emplastretur, & ligetur cum hastella seu fetula lata secundum ventrem & pedis soleam, & compleantur concauitates, vt de manu dictum fuit. At Theodoricus *libr. 2. capit. 41. de fractura tali & digitorum pedis.* Talus (*inquit*) frangitur & eius fractura est praua, & cura difficilis: & forsan accidit cum eo attritio ossis, & cursus sanguinis, & coagulatur in eis, & quandoque perducit ad febrem, & mentis alienationem, tremorem, & spasmum pedis. Sic quidem ego noui zythepsam quendam, qui cum in digito pedis laboraret, vxor eius è lecto descendens, digitum eius contriuit. Sed cum perperam remediis mulierculарum vteretur, tandē gangræna subsecuta & sphacelo, totum pedem amisit. Cum ergo accidit (*inquit Theodoricus*) in eo apostema congelatum, quod non apparet & non egreditur, & apparet iam tenebrositas, quæ non fuit antea, malum est signum, ad viam putrefactionis peruenisse. Si autem aderit apostematis signum impellētis manum, minus malum erit; eritque eius eruptio fortasse facilior. & quando talus restauratur, deambulatio est dolorosa super ipsum: & quando non restauratur vti oportet, destruitur eius vsus. Guilhelmus quoque de Saliceto *libr. 3. cap. 15.* Si contingat os calcanei frangi, id cognoscitur ex tactu rationabili medici solertis, quia ibi inueniuntur partes ossis sub tactu secundum longum & latum & in modum percussionis & casus. dolor, angustia loci affecti, & tumor id indicant, ipse post restaurationem decentem apponit emplastrum cōstrictiuum tale: ℞ *far. fabar.*

citr. ale, hordei volatilis ana ℥ß. *tragac. gummi arab. mastic. mummia, sang. drac. aloes, thuris, gypsi, bol. arm. terr. sigill. ana* ʒ iii. cum album. ouorum incorporentur pro emplastro molliori: & super loco restaurato immediate ponatur & non pecia infusa cum *oleo rosar.* propter caussam dictam de rotula, de qua scilicet agit eodem *libr. cap. 13.* super emplast. stuppæ infusæ in vino nigro styptico, & expressæ imponantur, deinde hastula ad modum calcanei; super qua & alia faldella in vino infusa, decenter iniecta fascia lata ad quinque digitos, & firmetur locus deligatura, & fiat inunctio cum defensiuo ex bolo arm. circa pedem totum vsque ad medium cruris. interim reliqua vniuersalia iam sæpius dicta obseruentur de sanguinis missione, ventosis, purgatione, victus ratione, io ossibus autem fractis & digitis pedum facta quoque restauratione, & in æquatione ossium istorum (vt idem dicit *cap. 16. de fractura pedis & digitorum eius*) siue fiat cum vulnere, siue sine, requiritur ferula lignea ad figuram soleæ subtelaris extensa subtus pedem, adiecta faldella cũ filtro vel bombace, vel linamentis aut stuppa: deinde empl. confr. dictum de calcaneo in ponatur, & stuppæ infusæ in *alb. oui. cum pul. constr.* & desuper aliæ infusę in vino nigro styptico, & expressæ: deinde superiniecta fascia lata per tres digitos & longa facta circumuolutione, vt decet. Si adsint vulnera, fiat sutura vel ligatio album. cum pul. constr. apposito, & emplastro dicto de rasceta manus: & soluatur omni die ratione vulneris aut rationi fracturæ, iniecta illa lignea hastella cum fit. tri faldella, aut bombacis, & emplastrum tale à principio vsque ad finem super locum ponatur: ℞ *tragac. mast. thus, gummi arab. mummia, aloes, sang. d acaburis, gypsi ana* ℥ß. *mel. rosar. col.* q. s. ad incorporationem, facta firmatione loci, ac vulneris mundificatione, consulidetur cum pul. constrictiuo, scilicet consolidante & exiccante tali: ℞ *nuc. cypressi, gallar. mummia, thuris cort granat. ana* ʒ ß. fiat pul. trihiatus. Deinde pecia vel stuppa infusa in vino nigro calido vel albo expressa apponatur, nam hoc carnem solidat & firmat. interim à principio vniuersalia sæpius iam dicta nõ omittantur. Digitorum autem pedis fractura æquatur sicut & digitorum manus, *vt Haly abbas quoque testatur*, idem & Theodoricus *lib. 2 cap. 41. de fractura tali & digitorum pedis sub finem*. Digiti pedis (*inquit*) in fractura & dislocatione curantur sicut digiti manus. Sed & Lanfrancus *doct. 1. tractat. 4. cap. 5. de fractura adiutorii*, sub finem capitis de digitorum ossibus fractis io manu, dixit *indigere maxima cautione: ita & dig. ti pedum, cum paruisint.* Cæterum vt totum hunc tractatum de contractis ossibus compleamus, etiam iuxta eundem *cap 7* sciendum plicaturam ossium in pueris sæpe contingere, accidit enim à casu vel percussione quod quædam ossa tenera & subtilia, vt mandibulæ acosta in aliquib. pueris, & etiam brachiorum & crurium sine fractura ossa plicari: ac quæ reducẽda si maxilla fuerit, manum seu digitos in os ponas, premens ad exteriora: sicut diximus in fractura ossium faciei; manum aliam terebinthina vel pice linitam suauiter ab exteriore parte preme, & citius eleua, hoc idem in costa prægicto. In osse vero cruris & brachii vtaris ligatura decenti; ponendo ferulam fortē ex parte plicata recta: ita vt cum stricta fuerit, valeat rectificando membrum id sua crassitie attrahere, membro prius fomentato cum aquis decoctione *chamomilla, malua, bismalua, fœnugraci, sem lin. & vn. ctione oles liliorum aut ping. anseris, vel gallina.* Quin & illud præstantissimum remedium habetur & sæpius expertum, vt ex parte plicata laminam ex ebore seu osse elephantis, aut pecten, vel aliquid tale ponas: nam vt referunt, virtute illius eboris os versus ebur attrahitur: & sic attractum recipit primam & naturalem suam formam. Et sic ad finem perduximus librum octauum Obseruationum & Curationum nostrarum Chirurgicarum de fracturis, anno 1570. die 28. Octobris. Iam igitur ad nonum & vltimum librum Chirurgiæ veniamus, de ossibus luxatis.

De fractura pedis & digitorum eius.

Guido de articulis digitorum pedis.

De plicatura ossium puerorum.

OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM

CHIRVRGICARVM

Liber nonus,

DE OSSIBVS LVXATIS.

OBSERVATIO I.

De coxa luxata.



DOMINÆ Guilhelminę Sonnueldię cognatæ nostræ satis vetulæ cũ coxa excidisset, variis acciris Empiricis nunquam rectè reduci potuit, vnde & ipsa ob dolorem & febrem incurrit, & tota e ntabuit. Eo tempore, cum fortè ad vxorem Theodorici Teylingii Delphis euocatus accesseram Alcmariam, etiam eandem subinde inuisi Sed postea iterum ad Empiricos conuersa, licet ditissima esset, nescio quo tamen animi vitio sumptibus parcens (*vt hic sæpe fieri solet*) pessime ab iis tractata, misere tandem dolorib. plurimis ac cruciatibus consumpta obiit, cum à prudentibus ac rationalib. medicis & chirurgis cootractari nollet.

SCHOLIA.

QVum luxationes fracturis proximæ sint, cõsequens est vt de iis geoeratim (*quemadmodum & de aliis in libris superioribus, commemoratis affectibus fecimus*) nonc sermonem faciamus. Luxatio, vel, vt alii appellant, *dislocatio*, teste Auicenna (*vt etiam comprobauit Guido de restauratione dislocationum cap. 1. de dislocatione in vniuersali*) est egressio ossis è loco suo naturali, in quo est coniunctum. nam secundum eundem, coniunctio ossium ad inuicem quadruplex est: vna serratiua (*ita enim vocant qui barbaram sectantur medicinam*) vt in commissuris cranii: alii infixiua, vt in fixione dentium:

Luxatio quid, vel dislocatio, secundum Auicennã.

tium; alia cum quadam aggregatione *(quam ipsi barbari appodiatiuam vocant)* vt in tabula seu ossibus pectoris: quarta per viam ligationis, vnde & ligatura dicitur, vt pyxidis & vertebræ. Ac circa coniunctionem proprie accidit dislocatio: circa vero alias non, sed motio siue apertio, quæ non proprie sed large dicitur dislocatio, vt etiam Theodoricus refert. Et hinc dislocatio quædam est completa, in qua ex toto exit os à sua coniunctiua, quæ vera dicitur *dislocatio*: quædam est incôpleta, in qua non exit totaliter, quæ dicitur ab Auicenna *declinatio & contortio*. Quædam non exit à iunctura, sed elongatur ligamentum, quæ dicitur Galeno *elongatio ligamenti*. Iam quoque modi dislocationum quatuor existunt, nempe *anterius, posterius, interius, & exterius*. Alia quoque simplex, alia composita, cum fractura, vulnere, dolore, apostemate, duritie, à quibus differentiis volunt & sumi indicationes curandi. Cæterum insequendo vestigia Græcorum, tum aliorum, qui paulo Latinius hanc rem tractarunt; luxatio, vt formula quadam definiatur, est articuli è natiuo positu, seu proprio *(quod dicitur)* acetabulo, in alienam atque insolitam sedem prolapsus, quo motus arbitrarius impeditur. Græci *exarthrema* dicunt. Huius autem *(vt Paulus inquit)* nullæ aliæ differentiæ habentur, præter eam quæ maioris minorisque ratione sumitur. Quum enim articulus sua sede in totum excussus deciderit, communi generis vocabulo Græcis *exarthrema*, Latinis *luxatio* dicitur. Si autem è compagibus suis paululum duntaxat amotus est, aut vsque ad sinus seu cauitatis supercilium *(nonnulli marginem vocant)* prolapsus, nobis subluxatio Græca vero consuetudine *parathrema* nominatur. Sic etiam Fernelius: *Luxari os dicimus, quod vel prolabitur, vel quouis modo è sede sua mouetur. Id si perfecte fit, & articulus prorsus excidit, ossisque caput è sinu suo promouetur, vitium hoc Græci ἐξάρθρωμα vocant: si vero os ab [illegible] paulum recedit, eaque inter se dehiscunt atque diducuntur, παράρθρωμα appellant.* Cæterum sub parathremate & luxationem, seu vt vulgares chirurgi, Auicennæ interpretem sequuti, loquuntur, elongationê ligamenti côprehendimus; sicuti & distortiones ac peruersiones cû plurib. ossibus, tum vero maxime spinæ vertebris familiares. Ossa duobus modis potissimum suis sedibus Celso mouentur. Nam modo quæ iuncta sunt inter se duntaxat *(inter lib. 8. cap. 11.)* dehiscunt (vt quum latum scapulatum os ab humero recedit, & in brachio radius à cubito & in crure tibia à sura, atque etiam interdum à talo, calcis os à talo, *quod raro tamen fit*) modo vero suis acetabulis & toto prolabuntur, hoc est, suis omnino sedibus excidunt. Vertebræ namque & articuli propemodum omnes, tametsi validis neruis ac ligamentis comprehendantur, sæpius tamen suis sedib. elapsi decidunt, aut vi scilicet expulsi, aut aliquo casu nerueis ligamentis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris & adolescentulis, quam in robustioribus. Itaque modus hic arthrema; prior vero, quo tantum ossa dehiscunt, & suis ex toto finibus haudquaquam prolabuntur, parathrema non immerito appellabitur. Atque hæc sunt luxationum discrimina seu differentiæ. Præter has tamê aliquot adhuc *(vt paulo ante diximus)* alias posterioris ætatis chirurgi statuerunt, quæ reuera differentiæ non sunt, sed potius quædam veluti præter naturam dispositiones, cum luxatione complicatæ; vt cum ipsi luxationi accidit inflammatio, aut fractura, aut vulnus, aut dolor aliquis ingens, aut tophacea quædam durities. Hæc enim, dolor inquam, fractura, durities, vulnus, inflammatio, cum seorsim & per se subsistere possint, nullius vnquam alterius *(si saltem Galeno credimus)* differentiam constituent. Si quis tamen proterue contendat, differentias esse, cum eo certamen inire recusamus: quandoquidem hæc curandæ luxationis rationem & peruertunt, & non parum aliquando interturbant. Ac de his quidem in sequentibus suo loco dicemus. Cæterum modis quatuor potissimum, quod ad situs differentias attinet, contingit ossa luxari aut peruerti, seu aliquatenus detorqueri: in partem nimirum priorê seu anteriorê, posteriorem, interiorem & exteriorem. Alii superiorem & inferiorem addunt: quædã autem in omnes quatuor partes quædam in certas promouerint. Sed de singulis, in propriis locis dicemus. Causæ autem luxatorum ossium & à sua sede mototum, quædam sunt extrinsecus ingruentes, vt casus, percussio & violenta atque incongrua membri alicuius extensio, aut distortio, aut peruersio. Quædam vero intrinsecus eueniunt: atque ideo internæ dicuntur, sicuti & superiores externæ: vt cum mucosus aliquis humor & pituitosus, in articulis seu iuncturis aceruatur, qui articulationis ipsius ligamenta primum madefacit, deinde laxiora reddit, & tâdem ob eius multitudinem, sua sede os ipsum protrudit. Luxati autem omnis articuli hoc indicium est, quod qua parte os prosilit, articulus extuberat, aduersa à qua recessit sinum habet: membri figura peruertitur, neque recta manet, membrum ægre in eam partem flectitur in quam os excessit; in aduersum perfacile. Et hæc quidem luxatis omnibus sunt communia: sunt & alia propria, de quibus postea. At de communibus hic tantum agimus. Hæc autem factionis Arabicę principi Auicennæ, à tribus potissimum desumuntur. Nempe vel à substantialiter *(vt loquuntur)* inhærentibus, hoc est, ab iis quæ secundum essentiæ rationem insunt: vt à mala partis ipsius laborantis constitutione, seu côpositione, in qua & tumor præter naturam ea parte qua os prorûpit, & sinus seu cauitas insolita ea à qua recessit, manifesto apparent. Vel ab iis, quæ ex necessitate consequuntur *(causas & accidentia vocant)* vt à dolore qui ex luxatione contrahitur. Vel actione læsa, seu operationibus etiam ex necessitate consequentibus, vt à motus afflictæ partis difficultate, aut priuatione. Hæ itaque notæ in luxatis omnibus deprehenduntur; aliæ vero in singulis. Consequens est, vt communia quædam

Declinatio, contortio Auicenna.

Elongatio Galeno.

Luxatio quid apud Græcos Exarthrema.

Luxatio.

Pararthrema. Subluxatio.

Luxatio, elongatio ligamenti, distortio, peruersio.

Quæ ossa inter se dehiscant.

Quæ ossa proprie luxentur.

Affectus cum luxatione complicati.

Modi luxationum.

Causa externa.

Causa interna.

Signa.

Signa luxationum omnium cômunia à tribus potissimum desumuntur.

iam quoque de luxationibus iudicia, seu crises,
quæ & prognostica vocant, hoc loco subúcia-
Prognostica. mus. *Primum* prognosticum, ex Auicennæ & ali-
orum quorundam scriptis erutum, ad hunc mo-
dum se habet. *Quibus luxationibus inflammatio, aut*
vulnus, aut dolor ingens & acris accedit, hæ præterquam
quod curatu admodum difficiles sunt, periculo quoque nõ
2. *vacant. Adeo vt aliquoties in iis casibus tutum non sit lu-*
xata particula reductionem aggredi, sed sic eam remane-
a. *re (ne pro læsione mors sequatur) melius esse cēsent. Vetu-*
stæ omnes luxationes, & quæ spatio temporis iam callo ob
duruerunt, vel difficillime vel numquam consanescunt.
3. *Proinde statim, si fieri potest, reponi luxata debent. Luxa-*
tio in qua (inquit Guido) franguntur margines ossiũ, hoc
est, sinus seu cauitatis supercilia, pessima iudicatur. Repul-
si enim in suum positum articuli, inibi diu persistere non
possunt: sed leuissima quaq; occasione iterum relabuntur.
4. *Articuli qui neruorum ac ligamentorum vitio prolapsi*
sunt, & postea in suas sedes compulsi, iterum excidũt. In-
5. *dicium euidens ossis in suam naturalem sedē reducti est,*
cum veluti strepitus aliquis auditus est, dum in natiuum
suum acetabulum ingrediebatur: & mēbri nuper luxati
figura & conformatio, sua ipsius aut alterius partis figu-
ra, quam simillima tum visu tum attactu deprehenditur.
6. *Cæterum si reposito osse nerui distenduntur rursus id pro-*
tinus (vt consulit Celsus) expellendum est. Vt excidere oēs
articuli non possunt sic non omnes reponuntur. Caput o-
nim, si in partem posteriorem aliquãdo prolabitur, num-
quam in suos sinus compellitur, sed mortem statim adfert
ineuitabilem. Sic neq; in spina vertebræ cum toto loco mu
tata sunt: neq; etiam maxilla, quæ vtraq; parte prolapsa
est, & antequã reposita sit, inflammationem excitauit, vt
7. *Celsus memoriæ prodidit. Ossa quæ suis sedib. mouentur,*
alia aliis facilius, alia difficilius & excidunt & reponun-
tur: nempe pro ratione & natura iuncturæ vnde propel-
Genu. *luntur.* Itaq; genu vt facile prolabitur, sic nõ ma-
gno impendio in suam rursus sedē compellitur.
Digiti. Digitorum luxatio nullum etiã facessit negotiũ.
Cubitus. Cubitus vero vt tardius quidē ac difficilius exci-
dit, ita prolapsus negotii plurimũ exhibet, ægerri
me.n. propter tuberculorum seu eminentiarum
sinuumq; frequentiam reponitur. Humerus ait
Humerus. vt neq; difficulter admodum, præsertim in maci-
lentis, elabitur, sic nec difficillime in sedem suam
Neruorum reponitur. Et ita de aliis. Multum quoq; eo con-
nomine a- fert (*vt Celsus inquit*) & corporis & neruorum, hoc
pud Celsũ, est, tendinum, habitus. Nam si corpus tenue ac
ligamenta macilentum, si humidum est, si nerui & ligamẽta
intelligun- infirma, expeditius os reponitur, sed & primo fa-
tur. cilius excidit, & postea minus fideliter cõtinetur.
Quæ cõtraria his sunt, melius continent, sed id ꝙ
8. expulsum est, difficulter admittunt. *Quibus in pue-*
ritia articuli exciderunt, neq; repositi sunt, minus quam
9. *cæteri crescunt. Quæ loco suo non sunt, caro ea increscit;*
Ex Hippocrate & Celso. *magisq; in proximo membro, quam in vlteriore*, vt puta
si humerus loco suo non est, maior in eo ipso fit,
quam in brachio, & in hoc (*brachio inquam*) maior
quoq; q̃ in manus acie. Tum pro sedib. & pro ca-
sib. qui inciderunt, aut maior aut minor vsus eius
membri relinquitur: quoq; in eo plus vsus super-
est, eo minus id extenuatur. Inter luxatorũ eius-
modi prognostica numerantur & duo hi sequen-

tes Hippocratis aphorismi: *Quibuscunq; à coxendi-*
cum dolore molestatis, excidit coxa, & rursum incidit, iis
mucores superueniunt. Quibuscunq; à coxendicum dolo- 10.
re molestatis diuturno excidit coxa, iis crus tabescit; &
claudicãt, si non vrantur. Hoc autẽ nunc sic coniun- *Aph. 59 & 60. lib. 6.*
ctim legimus & interpretamur: *Quibuscunq; à diu-*
turno coxendicum dolore cõflictatis, propter mucorum siue
mucosi humoris ac pituitosi copiã in articulo siue iūctura
coxæ coaceruatã, τὸ ἰσχίον, id est, coxa ipsa (hoc est, femo- *Interpretatio duorum aphor. Hippocratis.*
ris caput, ꝙ in coxæ siue ossis ischiis cauo inseritur) suo na-
turali acetabulo propulsa excidit, & rursum incidit, (id
est, in natiuã suam sedē iterum sponte resilit, aut aliter
repulsa est, inibi tamen diu persistere non potest, sed soluta
cõpage lubrica continenter relabitur) in processu tēporis
crus (ꝙ Græcis σκέλος dicitur, hoc est, totum membrum,
tam tibia scil. quam femur) necessario alimonia penuria
cõtabescit, & ariditate cõficitur; omnesq; in claudicatio-
nē incidunt, si nõ vrantur; hoc est, nisi prius ferramētis igne
candentib. vrendo, & mucus ille qui ossis ischii sinum oc-
cupat, absumatur, & laxitas cutis, ad quã femoris caput
subinde lubricũ procidebat, contrahatur. Nunc ad rati- *De ratione curandi luxata in vniuersum.*
onē curandi luxata in vniuersum veniamus. Quũ
luxata è suo natiuo positu in alienã atq; (*vt supra*
retulimus) insolitã sedem prolapsa sint, vna nimi-
rum cõmunis omnium luxationem curandi indi
catio erit: nempe luxati articuli & suo loco moti
in propriam ac naturalem sedem reductio. Porro *Scopus primus.*
vt scopum hunc primum & vniuersalē assequa-
ris luxatum membrum in diuersas partes decen-
ter extendendum est, donec spacium inter ossa
liberum sit. Tum id os quod suo loco excidit, ab
ea parte in quam prolapsum est, in contrariam
impellere oportet, atque ita in germanum suum
acetabulum restituere, vt sinus seu cauitatis inso-
lita vacuitas impleatur. Hæc autem leniter & si-
ne dolore, quatenus fieri licet, agenda sunt. Cæ-
terum non vna eademque in omnib. extendendi
ratio est: sed alia atq; alia, pro natura scilicet par-
tis luxatæ, prout que nerui ac tendines valent,
aut ossa huc illucve sederunt. Modo enim ma-
nibus solis, modo habenis iniectis vtendum est,
modo vero quædam alia machinamenta adhi-
benda sunt, *vt ex vno Hippocrate, lecto libro de luxatis*
& fractis discere poteris. Hæc autem inuenies in li-
bro *de articulis*, cum quattuor Galeni commenta-
riis, Vido Vidio Florentino interprete: quibus
etiam adiectæ sunt figuræ & machinamentorum
formulæ. His etiam, si libet, adiicies libellum
Oribasii ex Heliodoro de machinamentis. Vido
Vidio etiam interprete. Sed vt eo vnde digressi *Secundus scopus.*
sumus reuertamur; ab iis secundum quo rendes
fuerit, vt membrum quod exciderat & iam repo-
situm est, non amplius deinceps sua sede prolaba
tur: sed inibi continenter persistat. Reposita i-
gitur (*vt & Guido annotauit, quem Tagautius sequi-*
tur) articuli iunctura, modis omnibus statim fir-
manda ac roboranda est. Firmabitur autem opti-
me, si rosaceo perlinatur, ac postea pannus aliqs
lineus, gracilis, vetus, & lenis rhodino delibutus,
ipsi applicetur: deinde si stuppæ lenes ac panni
multiplices, ouorum cãdido perfusæ superaccõ-
modentur: & postremo, si fasciis posca maden-
tibus,

tibus, pro ratione particulæ longis latisque, subligetur. Quin etiam ferulæ ex corio aut densa papyro factæ, si necessitas vocet, circumdandæ sunt. Cauenda autem semper est vehementior perstrictio, ne inflammationem moueat. Iis ita rite apparatis membrum in figura ei maxime naturali, atque à dolore alienissima, ad quietem reponendum est. Nec vero ante diem septimum, aut etiam decimum, si nullum symptoma prauum accesserit, ipsum resoluere oportet, aut aliis adhibitis medicamentis curare, sed sinere. Porro nihil noxæ attuleris, si dum legitimo tempore resoluitur, & secundo curatur, aqua modice calida foueris. Hic enim fotus gemina tunc ratione prodest. Nam & dolorem (*si quis sit*) demulcet, & quod in laborante particula noxium conceptum est, digerit. At hæc tamen in primo apparatu, si fuerit recens, nequaquam cõuenit, quia metus esset de apostemate, vti & Auicenna de pannis calidis dicit. Vbi autem sic (*vt res exigit*) luxatum membrum foueris, mox huic emplastrum adhibebis quod constet polline, id est, farina volatili, puluere rubro communiter appellato, & albo oui, in vnum corpus redactis. Post hæc vero membrũ strictius obligandum erit, *vt Rhasis medicus Arabs percelebris consulit.* Ad eundem quoque modum, vetus omnis luxatio, & quæ spatio temporis callo iam obduruit, non modo fotum eiusmodi aquæ simplicis calidæ (*qui in hac re plurimum cõfert*) antequam reducatur, desiderat: sed etiam eum qui fit ex decocto *maluæ, althææ, fœnugraci*, atque id genus aliorum postulat: & inungatur cum *dialthæa*, & imponatur emplastrum *diachylon magnũ*, si ibi sit durities quo minus restaurari possit, aut cum lana succida infusa in muccilaginibus aut corticibus bismaluæ coctis aut pistis & axungia impinguatis, & ita loco molliore reddito, reponatur & sanetur, quippe hæc molliunt, laxant, discutiunt, & membrum aptius extensioni efficiunt. Recentes vero adhuc luxationes, & quæ nuper inciderunt, eius naturæ fotus tamquam sibi non parum incommodantes, tum reliqua emollientis iam dicta, auersantur & respuunt. Hæc enim calfaciendo ac humectando relaxant & dissoluunt: vnde pars ipsa afflicta imbecillior redditur, & ad recipiendam fluxionẽ pronior. Proinde & inflammationi opportuna efficitur, & luxati sinus superflua humiditate oppletur. Inde consequitur, vt articulus in natiuo suo acetabulo diu persistere non possit, sed lubricus ac subterfugiens delabatur, & ideo quoque Auicennas (*vt iam paulo ante diximus*) vetat pannos impense calidos membro recenter luxato admoueri, ne fluxionem etiam euocent, & inflammationem eo loci excitent. Quin potius cerata refrigeratoria, aut pannos vino aliquo imbutos adhibere conuenit. Cæterum luxato, ita vt dictum est, in suam sedem reducto, firmatoque, & ad quietem conuenienti schemate seu figura reposito, ipsum à dolore & inflammatione vindicandum est, qui tertius est scopus in curandis luxatis medenti propositus. Hunc igitur si consequi

Tertius scopus.

studueris, humorum in partem affectam influxum modis omnibus prohibeto. Si enim fluxione tentetur, & dolorem statim persentiscet, & inflammationem experietur. Quæ duo incommoda in luxatis & fractis maxime vitanda sunt. Hæc autem euitabis si quæ roborant & repellunt, parti luxatæ, *vt paulo ante docuimus*, adposueris: si præterea tenuem ab initio probamque victus rationem ægro imperaueris, illique venam, si nihil prohibeat, iuxta periti alicuius medici præscriptum secueris, & ventrem si opus est, purgante medicamento subduxeris. Vtroque enim auxilii genere (*purgatione, inquam, & sanguinis missione*) fluxionem (*si commode adhibentur*) a laborante particula auertimus. Sed & in fine iubet Guido vt membrum roboretur embrocha *aquæ decoct. rosar. absinthii & visci querc.* & similem ponendo & *sparadrapum*, vt vocant, *oxycroceum*, ita reducendo membrum suauiter ad pristinas suas actiones. Verum enimuero si ante quam ad curationem voceris, luxata pars iam dolore infestetur, aut inflammatione occupetur, non prius eam in locum suum à quo excidit reponere tentabis, quam dolor finitus fuerit, & inflammatione conquieuerit. Si enim membrum sic dolore aut inflammatione affectum distendendo lacessiueris, periculum est, ne conuulsio, vel neruorum distensio, aut aliud prauum id genus symptoma suscitetur. Hoc præceptum in luxatis omnibus diligenter, curioseq; obseruandũ, à Cornelio Celso ex Hippocratis sententia non minus docte quam eleganter in verbis traditũ est: *Quicquid loco suo* (inquit) *motum est, ante inflammationem reponendum est. Si illa iam occupauit, dum conquiescat, haudquaquam lacessendum est. Vbi finita est, tentandum est in his membris quæ id patiuntur.* Oportet autem inflammationem ipsam atque dolorem leuare succida lana ex hydrelæo, id est, aqua & oleo moderate calido, acerique momento superimposita. Si vero etiam febris accessit, & ossa quæ suo loco mota sunt, validis plenisq; musculis & tendonibus contineantur, curiosius omnia facienda sunt: sed maxime quæ ad victus rationem, venæ sectionem & purgationem attinent. Cæterum sedato dolore, & finita omnino inflammatione, pleniore victu (*sicuti de fracturis dictum est*) laborans refici potest: cibisque vti bonis, & vino modice. Ac sub finem curationis, si è sententia res cesserit, perfusione illa Guidonis superscripta tum oxycroceo apposito vtemur. Sed iam ad vsus quoque suos, id membrum sensim, ac suauiter promouere oportet. Motus enim, vt in dolore atque inflammatione noxius, ac (*vt ita dicam*) pestifer, sic alias, luxato præsertim iam obfirmato, salubertimus corpori est. Si luxatis ossibus vulnus quoque accessit, multa diligentia ac etiam prudentia est opus. Dum enim hæc reponuntur, ingens periculum, nonnunquã & mortem etiam maturam inferunt. Nam cum ex distensione adiacentes nerui & musculi inflammantur, dolores validi, conuulsiones & febres acutæ oboriũtur, atq; hoc præsertim in cubiti gibbero,

Quartus scopus, qui est accidentium correctio.

Lib. 8. c. 11.

Locus hic corruptus est apud Celsum, quem ita restituit Tagaultius

Luxatio cum vulnere.

beto, genu, superioribusque articulis etiam magis. Quanto enim principalibus membris, luxati cum vulnere articuli, viciniores sunt, tanto maior timor est. Sed eo quoque grauius periculum concitatur, quo maius membrum est, quoue validioribus neruis, aut musculis continetur. Ideoque humeris femoribusque metus mortis est. Ac si reposita ossa sunt, spes (*inquit Celsus*) nulla est. Non repositis tamen, nonnullum periculum est. Eoque maior in vtroque timor est, quo propius vulnus articulo est. Eam ob rem Hippocrates horum repositionem, valentioremque deligaturam omnino auersatur, solisque inflammationem abigentibus & mitigantibus præsidiis, per initia vti iubet. Sic enim (*inquit*) ipsis superesse licebit. Itaque nihil tuto reponi posse præter digitos, & plantas & manus dixit: atque in his quoque diligenter esse agendum, ne præcipitent. Verum ne digitus quidem, in quo minimum vt malum sic etiam periculum est, reponi debet, nisi ante inflammationem, aut postea, cum iam vetus res est. Cæterum quod ipse in solis digitis faciendum consulit, id nos in reliquis quoque articulis facere aggrediemur: ac statim quidem inter initia dum pars adhuc inflammarione vacat, prolapsum cũ vulnere articulum mediocri intensione (*validum enim citra periculum perferre non potest*) reponere tentabimus: Ita & Albucasis (*vti & Guido annotauit*) inquit, si fuerit eum vulnere, primo reducatur dislocatio, post curetur vulnus, & fanatur, si est necesse: & quando faciet sanicm, relinquatur ei fotamen ad expurgandum. Quod si tamen iuxta animi institutum euenerit, in sola ratione, quæ inflammationem arceat persistemus. Si vero inflammatio aliqua aut conuulsio, aut quidpiam ex supradictis, reposito osse acciderit; rursus id (*si modo sine vlla vi potest*) suo loco protinus expellẽdum est. At si hoc quoque discrimen, seu periculum metuamus (*non enim inflammatus articulus sine vi fortasse cedet, & sua sede iterum propelletur*) satius fuerit per initia in maioribus quidem membris, vt femoribus, humeris, super sedere, & repositionem differre. Vbi vero inflammatio conquieuerit (*id autem fit communiter post septimum nonumve diem*) præfati etiam periculum apud necessarios ægrotantis, quod ex repositione futurum sit, tum quod si non reponatur, debilem ea parte hominem & claudum mancumve protsus fore; conabimur tuto, & sine vlla violentia, os in suam sedem compellere. Porro vlceris curatione meandem quæ proposita est in fracturis cum vulnere, administrabimus. Omne autem membrum, quod cum vulnere loco motum, neque repositum est, sic (*si Celso & Hippocrati credimus*) iacere conuenit, vt maxime cubantem iuuat: tantum ne moueatur, nec dependeat. Si luxatio cum fractura, sine vlcere tamen, euenerit, communi ratione membrum extendẽdum est: ac manibus conformandum, *vt in simplicibus fracturis, superiore libro docuimus*. Si vero etiam vleus accedit, rursus ea quæ de fracturis cum vlcere seu vulnere, & luxationibus etiam cũ exulceratione incidentibus primatim à nobis dicta sunt, congrua repetẽda curatio est. Cæterum, vt verbo vno dicamus, si cum fractura luxatio inciderit, hæc primum, si fieri possit, illa vero secundo curanda erit. At si ante fracturæ administrationem luxatum commode reduci nõ possit, fracturam ipsam primum curabimus; deinde cum fractura callo iam obfirmata fuerit, luxationis curationem aggrediemur. Quod si luxatio inueterauerit (*vt etiam paulo ante diximus*) & ob temporis spatium callosa inibi durities contracta fuerit, ea decocto maluæ & althææ (quam officinæ *bismaluam* appellant) perfundenda est, deinde vnguẽto *dialthea* vulgo nuncupato, colluenda: posthæc emplastrum quod *diachylon* magnũ nominatur, superapponendum erit: vel eius loco, lana succida viscilagine quapiam emolliente delibuta. Ad hoc etiam efficax habetur (*vt diximus*) cortex radicis *maluauisci*, hoc est, *althææ*, in aqua decoctus, & cum axungia vel *anserina pinguedine* subactus, vt quasi malagmatis lentor contrahatur. Itaque hoc loco sub his sufficienter emollito, luxatum in suam sedem dandum est. Quod si post curationem motus difficilis aut nullus remanserit, tũc curanda, vt de *arthritide* tum de *iuncturarum* affectibus alias diximus. Reliqua & apud Guidonem sexto *de arthritide* & *iuncturarum affectibus*, & in eius Antidotario reperire poteris.

Lib. de luxatorum fractorumne ossium coaptatione.

Si inueterata & ob callum indurata luxata reponi non possint, quid agendum.

Si luxatio cum fractura euenerit

OBSERVATIO II.

De maxilla inferiore seu mandibula luxata.

EVa Teylingia, cognata nostra, eum oscitando os suum aperiret, postea id claudere non potuit. Ludicrum quidem primo hoc aliis videatur spectaculum; ipsi tamen cognatæ nostræ valde molestum. At chirurgus accitus, eum mẽtum manu sua velociter percuteret, eam ab hoc accidente liberauit. Quemadmodum & Sororcula quædam ad D. Agatham ab eodem curata fuit.

Puellæ quæ ad pilas agebat (de qua scribit Amatus *Centur. 6. Curat. 70.*) & male habebat, post multum vomitum, & crebram corporis tum animi turbationem, cum oscitaret, repente inferior mandibula luxata est: nimia autem humiditate luxata particula ex cancello mandibula exiuit, vnde os apertum inuitæ permansit, non sine ingenti partis illius dolore, & animi deliquio. Ad quam accedens, post elapsum tertium diem, diligens chirurgus, puellæ ad pedes suos incuruatæ mandibulam foras, pollice dextro intra os misso, altera manu mentum fortiter apprehendente, trahebat, ac sic facile mandibulam ipsam ad locũ suum reduxit, non sine mediocri artis gloria. Præ cesserat autem iam fomentum ligamenta laxans; veluti post mandibulam iam reductam, ligans & constringens medicamentum, vt agendum docet Paulus Æginetа *lib. 6.* & Auicenna *Fen. 5. lib. 4. cap. 7.*

SCHOLIA.

SVperior quidem mandibula seu maxilla cum immobilis, & fixa, vtpote pars cranii, sit (*teste Paulo*

Paulo lib. 6. cap. 112.) luxatione non periclitatur. Inferior autem, quæ propriè *mandibula* vocari solet, toto loco non mouetur aut luxatur, quippe cum capita ipsius superiori maxillæ firmiter ac tuto insinuata sint: modicam vero peruersionẽ, quam *pararthrema* vocauimus, subinde experitur, quod ob musculos, qui ipsam continent, ex continuo mandendi loquendique exercitio in mollitiem elanguescentes, qualibet de causa facile luxetur (*quod apud Hippocratem etiam sæpius legitur*) in quibus sine aliqua difficultate articulus sponte in proprium locum reuertitur. Sola autem mandibula superior (*vt dicit Lanfrancus doct. 2. cap. 2. de dislocatione mandibulæ*) in crocodilo solo mouetur. Ceterum mandibula (*vt etiam Guido de restauratione dislocationum dicebat*) quandoq; mollificatur, modo spasmatur, modo dislocatur. Ceterum, *teste Paulo ex verbis Hippocratis*, excidit quidem maxilla raro, luxatur autẽ subinde oris hiatu, quo modo etiam aliæ plures musculorum minutationes neruorumque, id efficiunt. Et vt Celsus affirmat, in priorem partem propellitur, sed modo altera parte, modo vtraque. Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur, dentes paribus non respondent, sed sub his qui secant canini sunt. At si vtraque, totum mentum in exteriorem partem promouetur, inferioresq; dentes longius quam superiores excedunt, intentique super musculos apparent. Si itaque ad anteriora os remanet apertum, vt in hac puella contingebat, occludi non potest, sicut in paralysi aut mollificatione. Si vero ad posteriora, tunc etiam, *teste Auicenna*, dentes inferiores subintrant superiores, *& vt dicit Lanfrancus*, os aperiri nõ potest, vti euenit in spasmo. ideo neq; cibum mandere potest aut deglutire: hinc & sermo, *vt Brunus addebat*, amittitur, & in parte externa videtur aliqua eminentia præter solitum. Cum autem contingat fieri hanc luxationem, quam maxima oris apertio fit. Vt cum vel maximam rei alicuius molem ore excipere quispiam conatur, vel cum oscitando quam maxime potest, os diducit, & in alteram partem os traducit: quorum primum raro contingit; secundum (*inquit Galenus*) eueniте dementibus tantum potest. Sed, *vt Neoterici addunt*, præter signa scholio præcedente posita vniuersalia, quando nunquam dentes superiores cum inferioribus possunt adæquari, indicatur per Auicennam & Haly abbatem, quod nisi cito reducatur, indurabitur, & inferet febres, dolores & fluxum biliosum, & accidentia praua, donec in 10. die interficiat ægrum. nam & spasmo plerique etiam in tertio oboriente mortui sunt, vt & Iohan. de Vigo adiecit. Primo quoque tempore (*inquit Celsus*) homo in sedili collocandus est, sic vt minister à posteriore parte caput eius contineat: vel sic, vt iuxta parietem is sedeat, subiecto inter parietem & caput eius scorteo puluino duro; eoque caput per ministrum vrgeatur, quo sit immobilius. Tum medici digiti pollices linteolis vel fasciis, ne dilabantur, inuoluti in os eius coniiciendi: ceteri extrinsecus admouendi sunt. Vbi vehementer maxilla apprehensa est, si vna parte procidit, concutiendum mentum, & ad guttur adducendum est. Tunc simul & caput apprehendendum, & excitato mento maxilla in suam sedem compellenda, & os eius comprimendum est, sic, vt omnia pene vno momento fiant. Si in vtraque parte prolapsa est, eadem omnia facienda; sed æqualiter retro maxilla agenda est. Reposito osse, si cum dolore oculorum & ceruicis iste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus vero quorum ossa mota sunt, primu liquidior cibus conueniat, tum his præcipue; adeo vt sermu quoque frequenti motu oris per neruos lædat. At Paulus fere eodem modo ex Hippocrate facit: sed vbi ingressui repugnet, ex hydrelæo calido per spongiam super luxatam genam souet, ne symptomata supra enumerata accidant. ita & Neoterici, vt Guido: *Si ad posteriora, caput minister teneat, deinde intromittat restaurator pollicem suum in os. & alios digitos sub mandibula, vel cuneum ex ligno, si non potest imponere digitos & tunc trahendo fortiter mandibulam, immittat sub auribus os in locum suum.* Si ad anteriora, Gulhelmus & Lanfrancus ponunt habenam seu fasciam fortem sub mento, quæ ipsum totum comprehendat; & tunc minister, quando tu posueris cuneum infra os magis retro in quantum poteris, trahat fortiter capita habenæ seu fascia per partem posteriorem, tenendo genua super ægri humeros, ægro supine decumbente, *vt docet Iamerius*: & ita Dei auxilio restaurabitur. Post restaurationem ponantur emplastra constrictiua iam sæpius dicta de fracturis, & panni consueti; & ligetur ligatura conuenienti dicta in fractura, & remutetur de quarto in quartum Gulhelmus dicit *sat esse si per vnum diem ita maneat, quia ea die liberabitur, si debita facta sit restauratio; vel vsque ad secundam vel tertiam diem.* interim iis obseruatis quæ de phlebotomia, ventosis, purgatione & victus ratione diximus. aut loco emplastri ponãtur faldellæ stuppeæ decenter cõcinnatæ, infusæ prius in aqua vel vino nigro styptico, & expressæ, deinde inuolutæ in albumine oui conquassato, & mixto cum pul. constrictiuis: dein locus diligenter ligetur & bene tegatur. Nam, vt etiam Guido admonet, ad 13. diem firmari solet. Si autem diu steterit dislocata, & dura euaserit, balneetur & emolliatur cum aqua calida, & oleo, & aliis conuenientibus (*vt dictum est*) & reducatur. Et si symptomata praua occurrant, succurrendum eis secundum quod dolores infestent, radẽdo caput, & inungendo ipsum pone aures & per collum & loca sub axillis *oleo rosaceo calido.* ideo dicebat & Lanfrancus *tract. 4. cap. 2.* de mandibulæ dislocatione sub finem capitis: *Si vero non fuisti accitus à principio, & locus iam est inflammatus, & iam febris superuenerit, tum dolor capitis; caput rade, & robora inungendo cum oleo ros. calido, & pauco aceto; & locum inunge oleo antiquo emolliente, aut adipe anatis vel gallinæ; & quantum possibile est seda apostema, & febrem curato; & capitis ratio habeatur, ne superueniat phrenitis: ac iis remotis demum accidentibus, denuo, vt supra di-*

[Margin notes: *Signa.* (beside "Ceterum, teste Paulo…"); *Prognostica.* (beside "qua eminentia præter solitum"); *Reductio.* (beside "(inquit Celsus) homo in sedili"); *Curatio.* (beside "merius: & ita Dei auxilio")]

ctum est, ad curationem accedito. Cæterum vt ad reliquam curationem particularem ossium luxatorum veniamus: caput (*vt ait Celsus*) duobus processibus in duos sinus summæ vertebræ demissis, super ceruicem contineri in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt; quo fit vt neruus sub occipitio extendatur, mentum pectori agglutinetur, neque bibere is, neque loqui possit, interdum sine voluntate semen emittat. Quibus celerrime mors superuenit. Ponendum autem hoc esse credidi; non quo curatio eius rei vlla sit, sed vt hæc res indiciis cognosceretur, & non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent. Idem casus manet eos, quorum in spina vertebræ exciderunt, quod sequenti exemplo manifestius euadet.

Lib. 8. cap. 13. de capite luxato.

Observatio III.

De vertebris spinæ luxatis & fractis, vnde mors subitanea subsequuta est.

VErtebræ in spina (*inquit Celsus lib. 8. cap. 14. de spina luxata*) & in posteriorem partem & in priorem, tam supra septum transuersum, quam infra subinde peruertuntur, ac nonnumquam ex toto prolabuntur. Sed cum toto loco mutatæ sunt, nulla restitutionis spes relinquitur; præcipitemque etiam mortem inferunt. Nam intra triduum (*vt & idem Celsus ait*) homo moritur: quemadmodum euenit illi qui ex altissima domo Delphis cecidit. Si autem in vtramque partem exciderit, à posteriore parte vel tumor, vel sinus oritur. Si super septum id incidit, manus resoluuntur, vomitus aut distensio neruorum insequitur, spiritus difficulter mouetur, dolor vrget, & aures obtusæ sunt. Si sub septo, femora resoluuntur, vrina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit; vt illi qui ex domo Iohannis Petri Lombardi prope templum antiquum Delphis ceciderat. Ex eiusmodi casibus vt tardius quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. Nam quod Hippocrates dixit, *vertebra in exteriorem partem prolapsa, pronum hominem collocandum esse, & extendendum, tum calce aliquem super ipsum debere consistere, atque eam sic intro impellere*, id de his accipiendum est quæ paulum excesserunt, non de his quæ toto loco mutatæ sunt. Nonnumquam enim neruorum imbecillitas efficit vt quamuis non exciderit vertebra, paulum tamen in priorem partem promineat. Id non iugulat, sed ab interiore parte non contingi quidem potest; ab exteriore si propulsum est, plerunque iterum redit; nisi (*quod admodum rarum est*) vis neruis restituta sit.

SCHOLIA.

Lib. 6. cap. 117 de vertebris spinæ luxatis.

VErtebræ spinæ si ex toto prolabuntur exciduntque (*vt etiam annotauit Paulus*) præcipitem mortem inferunt. Medulla siquidem ipsius spinæ vel quamlibet compressionem non sustinet, quum & solus ex ipsa neruorum processus si contundatur, hominem in periculum perducere sufficiat. Percussionibus autem subinde affligetur, nunc in priorem partem distorta, quod vitium *lordosin* Græci appellant; nunc in posteriorem, & *cyphosin* à loco gibbato vocant; interim vero in latera, quod *scoliosin* nuncupant. Quum igitur multæ simul vertebræ in arctissimum peruersæ fuerint, plurium simul perversio apparet, iuxta circularem flexus rotunditatem facta; ac putant nonnulli decepti, ab vna vertebra ampliter peruersa id fieri. Nam magna distortio non angulo similis hunc spinæ flexum molitur, quando etiam magis periculum subsequitur. Si igitur introrsum spina est peruersa, restitutionis spes nulla est, eo quod per ventrem interius repositio fieri nequeat. qui enim in scala sic affectos intendunt, aut cucurbitas admouent, aut sternutamenta aut tussim aut flatus excitant, quid tandem promouere putati sint, Hippocrates abunde coarguit. Quoniam vero subinde cuiusdam officuli spinæ refractio, cauum locum ostendit, quemadmodum in capite de fracturis comprehensum est, aliqui vitium *lordosin* esse crediderunt, deinde hoc celeriter persanato (*prompte enim callo firmatur*) lordosin curatu facilem pronuntiarunt, etsi nullam curationem admittat, aut certe difficulter. Hic etenim vrina supprimitur, aluus non respondet, corpus inhorrescit, postea etiam sine voluntate excrementa prorumpunt. Hæc autem eueniunt neruis & musculis consortii lege lacessitis; ac celeriter ægri moriuntur: præsertim si superiores & ceruicis vertebræ affectum fuerint expertæ. Cui vero iam inde à paruulo potissimum vertebræ gibbatæ protuberant, vitium longum esse, neque celeriter mortem sed morbum accersire, & insanabile, Hippocrates prodidit. At quibus recens hic gibber ex casu prouenerit, machinæ quidem per scalam & rectam ægri suspensionem ac vteri inflationem adhibitæ, ridiculæ, sunt: sola autem Hippocratis adaptatio sufficiet. Conuenit enim, *inquit*, lignum magnum, quod tantam longitudinem ac latitudinem habeat, vt hominem excipiat, aut scamnum huic æquale, prope parietem deponere, ac iuxta hunc ita extendere, vt in longitudinē pede non amplius absit, & vestimenta quædam super ipsum explicare, ne hominis corpus infringatur (*erit autem bis locus antequam super lignum scamnumue insideat*) deinde loro pectus ipsius bis circumdatum, per alas iuxta dorsum vincire, initia lori ligno oblongo pistillo simili deligare, atque hoc super pauimentum, iuxta ligni aut scamni subiecti extremum constituere, & ministro post ægri caput stanti ex superiore parte continendum tradere, vt imo quidem extremo contrafixo, altiore supra caput tracto, opportuna fiat intensio: altero autem loro pedes simul & superiores malleolorum partes deligantes. & rursus alio, ea quæ inter coxas & lumbos habentur, commissura huius inibi facta, iterum fasciarum extrema coniungemus: alii autem ligneo pistillo respondente similiter prædicto illigantes, statuemus in ligni aut scamni extremo pedes

Lordosis. Cyphosis. Scoliosis.

Restauratio ex Hippocrate.

pedes spectanti pistillum iuxta prioris similitudinem; deinde famulis iubebimus vt per ligna retractionem in diuersa moliantur. Quidam vero a fellis dictus hanc efficiunt. sunt autem hiaxes, qui contra rectum lignum vertuntur: vtroq; huius magni ligni, aut scammi latere iuxta extrema ad pedes caputque sua lora desiguntur. Quum autem sic intensio ipsa administratur, manus palma gibberum constringemus: si autem vsus postulat, etiam super ipsum insidebimus, nullum veriti periculum. At si ne sic quidem spina instauretur, & æger pressionem ferat, vtile est parietem adiacentem in longum canalis modo exsculpere è regione gibberi, vt sculptura cubiti longitudinem habeat, neque altior sit ægrotantis spina, neque multo humilior: imo sculpturam esse oportet. Huius enim causa etiam lignum ab initio prope parietem poni maluimus: deinde asseris mediocris alterum finem ad ima comprimemus, donec sensibiliter spina dirigatur. Verum *vt inquit Hippocrates*, sola intensio citra asserem, rursusque per asserem sola curatio, id quod requiritur post efficere. Quod si hoc verum est, non alienum etiam in lordosi & scoliosi per initia intensionem prædictam, sine constrictione videlicet, moliri, post adaptationem, lamina lignea, quæ latitudine tres digitos æquet, longitudine gibbero respondeat, & aliquam ex sanis vertebris comprehendat, loto lineo ant stuppa propter duritiem inuoluta, vertebris ipsis imponi & conuenienter deligari deber. Victus adhibebitur tenuis. At si post hæc quædam gibberi reliquiæ remanserint, laxantibus mollientibusque remediis cum laminæ appressu, perdiu vtendum est. aliqui vero plumbeam laminam vsurparunt. Ceterum iuxta chirurgos neotericos huius temporis, spondylia colli & dorsi quandoque dislocantur complete, & quandoque incomplete; modo extra, modo interius; modo ad latera: modo in spondylibus superioribus, & colli quidem, tunc sequitur angina præfocans, ita vt tunc subito sæpe moriatur æger, *vt Galenus de loc. aff. notauit*. Si in pectoris (*vt & Haly abbat ium Iohannes de Vigo lib. 6. cap. 3.* etiam censuit) spondilibus, musculi pectoris læduntur, & pulmo destituitur motu proprio, & anhelitus frequens paruus, deinde mors sequitur: & si in mediis fiant, facit gibbositatem: vel fiunt in inferioribus. Ex his quoque & signa facile innotescunt, cum ad oculum & tactum appareant, etiam prognostica: nam omnis spondilium dislocatio est periculosa & suspecta, etiam in ipsa reductione, ob nucham & neruos; maxime si ad interiora fiat, quia non potest commode tractari: præterea si fiat in spondylibus superioribus, nocet transglutitioni: si in mediis, respirationi: si in inferioribus, egestioni, tum vrinæ. ideo si vrina in totum retineatur, aut egestio, vel præter modum hæc erumpant (*teste Haly abbate*) pessimum signum est. Vnde & interdum sequitur ossis caudæ dislocatio, & dignoscitur per Auicennam ex difficultate plicationis genu, & difficultate conductionis & at-

Modo de restauratione dislocationum cap. 9. de dislocatione colli & spondilium dorsi.

Signa.

Prognostica.

Ossis caudæ dislocatio.

tractionis calcei versus caudæ dislocationē, nec non per tristissimam loci sensationem & difformitatem eius. Ceterum modus reducendi & rectificandi ad longum declaratur apud Albucasin, Haly abbatem & Auicennam. Summatim tamen in dislocatione spondilium colli trahatur caput caute cum manibus aut vinculo vel habena, vel fascia, *vt dicit Ianuerius*, cuneo interposito inter dentes, per mentum aures ad partem humeri, & cum pedibus impellantur inferius, & eminentia comprimatur, & in aliis corpus extendatur. Et cum omni ingenio ab vtraque parte trahatur, vel cum fasciis, vel columna, & cauillis, & consimilibus, & eminentia cum manibus aut pedibus, aut cum tabula supposita comprimatur. modus autem firmandi & confortandi & remolliendi, vt in aliis exerceatur, nisi quod ferulæ adhibeantur, & desuper iaceat, vt comprimatur, & remutetur de quinto in quintum diem, quia in diebus viginti firmatur. Hue spectant & quæ de gibbo diximus. & ideo ea quæ chirurgi iuniores de gibbo scripserunt, huc transferenda erunt. Quod ad ossis caudæ restaurationem attinet, ponatur æger in lecto, & restaurator imponat indicem in anum, prius *oleo ros.* illinitum: deinde forti eleuatione conetur os sursum ad suum locum ducere, altera manu exteriorem partem ossis componendo. & facta restauratione particularum iam supradictarum, statim locus per quatuor dies emplast. *de farina volatili. alb. ouor. oleo ros. & myrtino confecto*, vel alio emplast. *constrict.* adhibitis fasciis decentibus. reliqua de dislocatione spinæ & spondylium vide apud Guilbelmum de Saliceto *lib. 3. cap. 19.* qui ex professo hæc præ cæteris etiam emplastris tum aliis remediis descriptis tractat. Cæterum clauicula (*quam soli homini inter omnia animantia concessam esse Paulus existimauit*) numquam in totum excidit: quippe quæ pectori ita committatur, & inhæreat, vt ne moueri quidem in ipso possit. Stulte igitur M. Petrus ille Watuueius in rustico illo Limmensi, cum ex alta scala cecidisset in pectus, clauiculam luxatam esse dicebat. Interdum tamen ex violenta quadam percussione (*vt idem Paulus testatur*) extrinsecus facta, paululum auellitur: & tunc quemadmodum fractura ipsius, instaurari debet. Pars autem quæ humero inseritur, non admodum excidit, à bicipiti musculo summoque humeri tuberculo prohibita: imo neque violento quodam motu clauicula priuatim agitatur, nisi propter solam thoracis factam separationem. Vnde homo solus inter animantia clauiculam obtinet: quam si in palæstra, vt verisimile est, peruerti contingat, conformatione per manus dirigetur, & spleniis multiplicibus accommodatis vna cum deligatura decenti. eadem curatione etiam summus humerus peruersus in propriam sedem reuertitur. Est autem ossiculum cartilagineum quod clauiculam scapulis colligat, in resiccatis mortuorum cadaueribus occultatum, quod loco motum, imaginem imperitis exhibet, brachii caput excidisse. etenim in hoc exterior humeri pars

Restauratio spondylium.

Restauratio ossis caudæ.

Lib. 7. cap. 113. de clauicula & summo humero.

meti pars acutior apparet: concauum autem, id vnde excidit, at notas quibus discernitur, de humero luxato dicemus. reliqua vide apud Guilhelmum de Saliceto *lib. 3. cap. 20. de separatione furcula & ossis spatula*, & Theodoricum *lib. 2. cap. 46.*

OBSERVATIO IV.

De humero luxato.

RVstico admodum robusto, qui in pago (*cui Sylua nomen est*) prope Delphos habitabat, cum humerus excidisset, chirurgi nullis ingeniis, etiam ad scalam eum ponentes, reducere luxatum humerum in locum suũ potuerunt, sed immanes illi dolores intulerunt. Tandem Hugo Nieuenius medicus machinamento introduxit in sedem suam.

SCHOLIA.

Lib. 6 cap. 114. de humero luxato.

BRachii caput scapularum sinui insertum excidit quidem frequenter, *vt etiam Paulus annotauit*: verum neque in superiorem partem, vt quod scapularũ processus ancoræ similis impediat: neq; in posteriorem, propter ipsas scapulas, neque tamen in anteriorem, ob musculi bicipitis tendinem, ipsumq; humeri tuberculum. Sed raro quidem in interiorem exterioremque prolabitur; continue vero, præsertim macilentioribus, ad imam atque his sane facile & excidit, & rursus inseritur: multa autem carne aut pinguedine preditis contra, raro quidem elabitur, sed egre in suam sedem compellitur. Quibusdam itaque etiam non luxatis, ex ictu frequenter elapsi loco membri suspicio oritur, eo quod valida inflammatio subsequatur. Porro quibus in imam partem luxatus humerus est, hoc modo agnosces: affectus humerus si cum sano conferatur, multum differt, quum exterior eius pars vnde excidit, cõcaua appareat, vt in tuberculo humeri eluxato diximus, quod acutius, quam naturaliter esse debet apparet, & brachii caput elapsum in alam manifeste subsidet, ac manus huius cubiti gibber à costis magis recessit; quibus quidem costis si ipsum adigas, cum dolore admouetur, neque egri manũ ex eo cubito ad aurem possunt reducere, neq; alium motum multiplicem per eã moliri. In pueris itaque, vel in quibus recens nec ampla facta est eluxatio, etiam nodo medii digiti flexi eminente medici manus, vel affecti sanæ, si non puer sit, frequenter restituta est, *vt inquit Hippocrat.* Valentius autem hoc modo luxata inseruntur. Homo lotus & superfusionibus luxandi virtute preditis vsus, resupinari humi debet. & pila mediocris & coriacea, vel alia quępiam non admodum mollis, alæ accommodabitur: ac sedens medicus aduersus egrum, iuxta latus affectum, si quidem dexter humerus luxatus sit, dextri pedis calcem superponit pilę alę suppositę: si sinister, sinistri; ac affectã manum prehensam ad pedes trahet, simulque calcaneo alam in diuersum propellet, ita vt aliquis post caput ad alterum humerum resistat; ne corpus circum diuellatur. Est & alia ratio immittendi, quæ humero subnixo perficitur, quod Græci *ἐπωμίζειν* dicunt: Adolescens, aut lõgior ęgrotante, & altius cõsistens iuxta affectum latus, ægri indidẽ collocati alę suum ipsius humerum subiiciet, & manum eleuatã ad ventrẽ suum attrahet, vt reliquum ægri corpus posterius imo maius sublime pendeat. At si æger leuior fuerit, alius quispiã puer leuis ex ipso suspendetur. Nam manu ac reliquo corpore in cõtraria detractis ad ima, subiectus alæ humerus facile elapsum articulum reponit. atq; hoc etiã spathula quam Greci *hyperon* dicunt, efficimus. Est autem lignum oblongum, rectum, quod in pauimento super aliud quoddam solidũ ponitur. Huius igitur summũ extremũ rotundum, & non admodum crassum, neque tamẽ tenue est, alæ ęgri aut stantis, aut sedentis, subiicietur, iuxta totam ipsius longitudinem, ac manu per spathulam porrecta & detracta, reliquo autẽ corpore contra inferius vrgente, vel sua spõte, vel alio quodam trahente, test: tutio fiet: atque hoc ẽt in scalę gradu fieri debet, quemadmodum in cõfracto brachio per tensionem fieri dicebam*. hic autem rotundum quoddam corpus super gradũ deligatur, & ægrotantis alę possit adaptari, & brachii caput propellere. Porro si ob vetustatem affectus, aut corporis duritiem, repositio nobis facessat negotiũ, vtemur ẽt ratione quæ *per amben* appellatam fit. Est autem *ambe* lignum & longitudinem duorum cubitorũ habet, latitudinẽ quatuor digitorum, crassitudinem instar digiti, alterũ extremum rotundum, & etiam prompte alæ sinum ingrediatur, spathulæ ligneę extremo cõsimiliter. hoc itaque extremũ panniculo circumdatũ, quo lenius existat, capitulo brachii iuxta alam accommodabimus; totam vero manum ad lignũ intensam cum eo deligabimus, iuxta brachium, cubitum & eius extremum. Deinde ligno obliquo inter duas columnulas rectas adaptato, vel rursus supra scalæ gradum manu traiecta cum ligno, vt ala p transuersum gradui accommodetur, manũ infra trahentes, sinemus in alteram partem reliquum corpus in sublimi pendere, tunc enim articulus ingredietur. Vbi fuerit repositus, mediocris ex lana pila, si quidem inflammationem pars non sentiat, sicca; si sentiat, oleo madens alę iniecta, deligabit p hanc aũt & humeri & alterius alæ iuxta hiatum præsertim fasciæ deligaturis apparentibus, vt hiatus affectum humerum excedat, brachium eũ costis deligare conuenit, ipsumq; cubiti gibberum & summam manum ex ceruice demuncire, ne rursus de integro articulus excidat. Post septimũ diem vel tardius, vbi fascias dissolueris, mediocri vti frictione prestat, eo q corpore solidiore facto, articulus ita firmetur, vt non facile prolabatur. Quod si autem crebro prolabatur, aut humiditatis vitio, aut ob aliam quampiam iã diu factam elabendi viam, ad vstionem veniendum est, sicut supra *comprehendimus*. Quum autem vel infantibus in vtero aut editis in lucẽ ad huc increscentib. particula fuerit luxata, nec dũ reposita, in humero quidem carnes nihil à naturali figura deficiunt; neque enim manus quocumq; opus perficere impeditur: os autẽ brachii breui* p manet,

non

Galiancones. non augescens: aetales nominantur *galiancones.* In femore etiam os incrementum non sentit, & totum crus contabescit: quum enim pondus corporis ferre nequeat, non exercetur, ac in aliis mẽbris luxatis manentibus, quę subiiciantur, omniũ iniuriæ exposita sunt. Eadem fere & Celsus. Humerus (*inquit*) modo in alam excidit, modo in par-*Lib. 8. cap. 15. de humero luxato.* tem priorem. Si in alam delapsus est & victus cubitus recedit ab latere, rursum iuxta eiusdem partis autem cum humero porrigi non potest. Si in priorem partem, summum quidem brachium extenditur, minus tamen quam naturaliter: difficiliusque in priorem partem quam in posteriorem cubitus porrigitur. Igitur si in alam humerus excidit, & vel puerile adhuc est corpus, vel molle, cetera & imbecillibus neruis intẽtum est, satis est collocare id in sedili, & ex duobus ministris alteri imperare & caput lati scapularum ossis leniter reducat; alteri vt brachium extendat: ipsum posteriore parte residentem humerum sub ala eius cogere, simulque & latum os, & altera manu brachium eius ad latus impellere. At vastis prodest spatula lignea iam etiam explicata tum alio modo apud Hippocratem. At si in priorem partem humerus excidit, supinus homo collocandus est, fasciaque aut habena medici ala circumdanda est, capitaque eius post caput hominis ministro tradenda, brachium alteri: præcipiendumque vt ille habenam, hic brachium extendat. Deinde medicus caput quidem hominis sinistra debet repellere, dextra vero cubitum cum humero attollere, & os in suam sedem compellere: faciliusque id in hoc casu, quam in priore reuertitur. Reposito humero lana alæ subiicienda est Si in interiore parte os fuit, vt ei opponatur: si in priore parte, vt tamen commodius deligetur. Tum fascia primum sub ala obuoluta caput eius debet cõprehendere; deinde profectus ad alteram alam, ab eaque ad scapulas, rursusque ad eiusdem humeri caput tendere: sæpiusque ad eandem rationem circumagi donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus, commodius cõtinetur. Si adductus ad latus sit, ad id quoque fascia deligatur. Neoterici hæc addunt. Auicenna trahit in inferiorem dome-*Guido de restaur. dis. loc. ca. 4. de dislocatione humeri & partium omoplata.* sticam versus titillicum vt plurimum, ad partẽ exteriorem syluestrem ratius. Albucasis vero omnes modos ponit, quod aliquando, sed raro ad pectoris partem luxetur, ad superiorem nequaquã, propter additamenta. Præter signa communia, vt *Signa.* *est eminẽtia, profunditas, cõcauitas insolita, & motus difficilis*, & aliquando *impossibilis*, si cum suo pari probetur & hæc propria adsunt, *vt concauitas magna in humero, & rotunditas eminens ad modum oui sub axilla; & manus ad caput nõ potest eleuari.* In inferiori dislocatur, & eminentia est anterior, & concauitas retro, & manus distensa retro manet in anteriori & eminentia posterius, & manus nõ potest ã late-*Prognostica* re separari in posteriori. Sępe hic decipitur homo, propter inflationem, apostemationem, aut con-*Reductio & curatio.* torsionem, *vt Rhases recitat.* Et id Guido euenisse narrat in filia Regis Franciæ suo tempore. Ea autem quæ est inferius reducitur quinque modis. Et *primus* competit in lenibus, & extenditur brachium, & imponitur pugnus aut digitos, aut summitas humeri tui sub axilla: deinde trahendo inclinetur, & trahatur brachium ad inferiora, vt reducatur. *Secundus* in robustioribus. ponatur glomus, vel glomerus fili aut funiculorum sub axilla, & trahatur superius fortiter cum mantili aut pede fortiter impingatur, inferius brachium trahendo, & reducetur. *Tertius modus*, posito glomero sub axilla lignum transuersè ponatur, & eleuetur per duos ministros, & trahatur fortiter brachium ad inferiora: & reducetur. *Quartus* posito eleuatoque ægro super sellam, glomero immisso sub axilla, ad gradum scalæ pendeat, & remota sella sub pedibus tenendo & trahendo fortiter brachium per ministrum reducetur. *Quintus* fit per manubrium. Hos autem omnes modos Haly abbas, Auicenna, Brunus, & Theodoricus ponunt. Iohannes de Vigo etiam adiicit modum qui fit per balistam ligneam *lib. 6. cap. 4. de dislocatione humeri siue capitis adiutorii.* Rogerius autẽ non ponit modum illum de pugno, de pede, enim pila, nisi eum qui fit cum scala: lamerius autem de pila & pede. De pila vero & mantili posuerũt Guilielmus & Lanfrancus. Si autem his non potest reduci modis, quia inueterata vel indurata sit, fiat fotus cum emollientibus, idque diutius: & tandem reducatur. Reductione facta, suppositis vniuersalibus superius dictis placet Guidoni cũ Rogerio vt in primis diebus ob dolorem præparetur cum panno subtili & stuppa infusa in *albumine oui* & postea cum emplastro *de farina & puluere rubeo.* & ligetur supposita pila ex stuppis aut panno sub axilla firmiter cum fascia lata quinque digitorum & longa duorum brachiorum, à duobus capitib. inuoluta per medium, incipiendo à pila sub axilla: deinde ambo capita voluendo, & instar crucis super humerum ad aliam axillam; & denuo crucis semper instar, super humerum: denique super pilam, totiesque voluendo quousque rectè firmetur: & deinde suatur. & vbi indigebit maiori firmitudine, resuatur. Sustineatur vero aut mantili ad collum, & remutetur de nouem in nouem diebus; aut quando inflatio quę prouenit ex restrictorio fuerit depressa. Firmatur autem viginti diebus. Postea locus leniendus cum dialthęa, aut aliquo *sparadrapo*, aut *emplastro*, At separatio furculæ, *vt antea dictum est*, cum constrictiuis dictis curatur.

OBSERVATIO. V.
De cubitu luxato.

CVm cuidam ad partem anteriorem cubitus excidisset (*nam hæc luxatio, vt Rogerius censebat, frequentior est*) huic chirurgus humerum cum vola manus percutiebat, & cum altera impellebat ad locum debitum: deinde (*vt Guilhelmus de Saliceto iubet lib. 3. cap. 22. de dislocatione cubiti*) perfecta restauratione immediate loco læso imposuit peciam infusam in oleo rosꝫ tepido expressam: deinde emplastrum constrictiuum: postea stuppas infusas in vino nigro & aqua. Facta ligatione suspẽdebatur ad collum versus pectus: & non soluebatur an-

turante quintum diem: postea tertio die, ne locus tum medicamenta nimis indurarentur. Et ita procedebar ad perfectam loci firmationem. Sed hic sciendum ex Celso, *lib. 8. cap. 16.* tria in cubito ossa coire, humeri, radii & cubiti. Sed cubitus quo innexus humero est, ab hoc excidit; radius qui adiunctus est, interdum trahitur, interdum subsistit. In omnes fere quatuor partes excidere cubitus potest: sed si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neque recuruatur. Si in posteriore, brachium curuum est, neque extenditur, breuiusque altero est. Interdum febrem vomitumque bilis mouet. Si in exteriorem interioremne brachium porrectum est, sed paulum in eam partem à qua os recessit, recuruatum, quicquid incidit, reponendi ratio vna est. Neque in cubito tantum est, sed in omnibus quoque membris longis, quæ per articulum longa recta iunguntur. Vtrumque membrum in diuersas partes extendere oportet, donec spacium inter ossa liberum fit: tum id os quod excidit, ab ea parte in quam prolapsum est, in contrarium impellere. Extendendi tamen alia atque alia genera sunt, prout neruí valent, aut ossa huc illucue sederunt. ac modo manibus solis vtendū erit, modo quędam alia adhibenda. Ergo si in priorem partem cubitus prolapsus est, extendi per duas manus, interdum etiam habenis iniectis, satis est. Deinde rotundum aliquid à lacerti parte ponendum est, & super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in aliis casibus commodissimum est eadem ratione brachium extēdere, quæ fracto cubito supraposita est, & tum ossa reponere. Rel qua curatio eadem est quę in omnibus. Celerius tantum & sæpius id resoluendum est, multoque magis aqua calida fouendum, diutius ex oleo & nitro, & sale perfricandum. In cubito enim celerius, quam in vllo alio articulo, siue extra remansit, siue intus reuertitur, callus circumdatur: isque si per quietem increuit, flexus illius postea prohibet.

SCHOLIA.

Lib. 6. cap. 113. de cubiti gibbero. Quanto cubiti gibberi articulus (*inquit Paulus*) humero magis varius creatus est, tanto plus negotii prolapsus exhibet: & tardius quidem excidit, sed difficilius reponitur, propter tuberculorum sinuumque frequentiam. Nonnunquam igitur solum aliquatenus detorquetur, quem casum pararthrema dixi, sæpe vero etiam ex toto in omnem partem prolabitur, pręcipue in priorem & posteriorem; quod facile dignoscitur, eo quod excidit oculis & tactui obiecto, ex quocunque prolapsum fit, & sinu vnde excidit apparente. Hæc vero potissimum sani gibberi inspectio coarguit. Conuenit autem protinus membrum reponere priusquam inflammatione occupetur: si quidem eam expertum, difficulter curatur. Quædam etiam nullam prorsus curationem recipiunt, maxime si in posteriora prolapsa sint. Hęc enim luxatio omnium quæ in cubiti gibbero fiunt maxime dolorifica est, & periculosa: Quod si modice articulus innexus sit, moderata etiam intensione restituitur. sic vt ministri manum exporrectam iuxta brachium cubitumque, contineant, & in aduersa retrahant, medicus autem suę manus palma quod excessit in suam sedem compellat. Hippocrates autem in priora luxationem subito manus inflexu instaurat: vt palma ipsius humerum iuxta rectum pulset: in posteriora vero, subdita rursus & diutius facta extensione, quoniam luxatio in priorem partem, violenta potissimum extensione efficitur; quæ in posteriora, flexu similiter vehementi. Quod si luxatio perseueret, etiam validam magis intensionem vsurpabimus: eiusmodi vero est potissimū quam Hippocrates in brachio confracto exposuit, vbi columnulam adhibebat. Porro recentiorum aliqui hunc in modū adaptant ministris duobus manum, *vt dictum est,* intendimus, ita vt alter sursum ad axillam contineat, alter deorsum iuxta brachiale, medicus aduersus ægrotanti consistens, duabus palmis iuxta articulum, brachium circumdat; ac vbi iussit ve stimentum contractum in oblongam vel latam fasciam manibus ipsius simul & ęgrotantis brachio circumdare, & in exteriora imaque propter summam manum retrahere: ipse deinceps cū tensione constrictas ipsas trahit, donec cubiti articulum excedat. Cæterum man⁹ prius oleo illinide bet, vt lubrica fiat, & facile medici palmis deducatur. Sic enim prolapsa, si per trahentis manum vi prematur, in propriam sedem reuertuntur. Postquam sunt reposita, in anguli modum figura ta manu ex splenus & conuenienti deligatura curationem petemus. Neutetici vero chirurgi hæc addunt: nam & cubiti dislocatio, *teste Auicenna,* modu parua, modo magna, & secundum Albucasin in omnes partes fit. & signa vltra communia iā dicta de eminentia & concauitate, sunt arcuatio lateralis, difficultas in motu, & applicatio impossibilis ad humerum. *Prognostica:* difficulter luxantur & reducuntur, ob infiltrationem ligamentorum (*ita enim loquuntur*) & ossium varietatem: & superius focile raro, quia non habet diuersitatem magnam; inferius vt plurimum, ob additionem recepti non transuersantem. Quod ad curationē attinet, vltra duos modos, quos ponit Auicenna, in anteriori dislocatione percutere humerum cū vola manus & cum altera impellere eminentiam ad locum debitum; in posteriori trahentem fortiter brachium, & percutere posterius cubitum, inunctis manibus cum *oleo,* vehementer abstergendo, donec ingrediatur. Ponit Rogerius modum per fasciam complicatam instar pedis pastoralis: sed eam quoque Lanfrancus ad interiorem deducit; posteriorem vero ipse curat extensione & suspensione, aut ponderis alicuius deportatione. Guido reducit anteriorem cum genu, posteriorem, *vt Auicenna docet,* quo & Romanus & Boemus restauratores insignes & fortunati vtebantur. quæ autē cum fascia fit instar pedis pastoralis, aut calcanei, aut genu, prodest anteriori. & intendunt quando brachium trahitur, impellere rotundum adiutorii ad concauitatem focilis, à quo exiuit. & subitu plicari brachium versus humerum. & fiunt ita.

Guido de restauratione dislocationis cap. 3. de cubiti dislocatione.

Fascia

Fascialata instarpedis pastoralis sub eminentiá iniicitur: & dum extenditur brachium, ipsa cum pedeligata aut peraliquem ministrum ad posterius tracta, subito per magistrum ad humerum brachium plicatur. At *modus cum pede est* talis: Brachium per planum extenditur: & dum trahitur emioentia, cum calcaneo premitur, & brachium ad humerum plicatur. *Modus cum genu*: Brachium extenditur: & dum trabitur, eminentia cum genu impellitur, & brachium ad humerum plicatur. In his omnibus confert brachium duplicare, & extendere, & aliquid ponderosum subleuare, & subleuatum deportare, *vt dicit Iamerius.* De firmando procedatur vt in adiutorio seu humero luxato, nisi quod brachium suspensum ad collum paulatim coostringatur quousq; manus adhæret humero, & de quarto iu quartum remutetur in iuncturam, qualibet vice eleuando & deprimendo, firmatur autem in 15. diebus. Sed & manus in omnes quatuor partes prolabitur. Si in posteriorem partem excidit (*teste Celso*) porrigi digiti non possunt: si in priorem, non inclinantur: si in alterutrum latus, manus in contrarium, id est, aut ad pollicem aut ad minimum digitum conuertitur. Reponi non difficillime potest. Nam super durum locum & renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachium debet, sic vt prona sit, si in posteriorem partem os excidit; supina, si in priorem; si in interiorem exterioremque, in latus. Vbi satis nerui diducti sunt, si in alterutrum latus procidit manus, brachium in contrarium repellendum est. At his quæ in priorem posterioremue partem prolapsa sunt, superimponendum durum aliquid: idque supra prominens os manu vrgendum est, per quod vis adiecta facilius in suam sedem compellit. In palma quoque ossa interdum suis sedibus promouentur, modo in priorem partem, modo in posteriorem. In latus enim moueri paribus ossibus oppositis non possunt. Signum id solum est quod omnium commune est: tumor ab ea, in quam os venit; sinus ab ea, à qua recessit. Sed sine intensione, digito tantummodo bene pressum os in suam sedem reuertitur. At in digitis totidem fere casus, eademque signa sunt, quæ in manibus. Sed in his extendendis non æque vi opus est cum & articuli breuiores, & nerui minus validi sint. Super mensam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem vel in posteriorem partẽ exciderunt: tum iam palma compelli, atque id quod in latus elapsum est, digitis restitui. Neoterici eadem fere ponunt, *vt Guido.* Ita ossa rasceræ (*inquit*) & digitorum faciliter reducuntur, si recenter fracta sint & luxata, dislocantur ad vnam quamque partem, præcipue tamen ad anteriorem & posteriorem, quod dignoscitur per communia signa, & sciendum quod tota intentio restaurandi versetur in bene extendendo & plicando & erigendo hinc inde iuncturam, & comprimendo eminentiam: & si hoc modo non restituantur, Albucasis etiam comprimit emioentiam manu supra tabulam. In firmando quoque non est aliud faciendum quam in aliis, nisi quod adhibeantur ferulæ aut ferula ex ligno vel solea, & remuetur de quarto in quartum. Firmatur, *secundum Iamerium*, in duobus & viginti diebus: & postea, vt dictum est, adhibeatur ad leniendum *dialthea*, & reliqua emplastra vel cerata.

Lib. 8. cap. 17. de manu luxata.

Cap. 18. eiusdem libri, de palma.

Cap. 19. de digitis.

Guido cap. 6. de dislocatione rasceta manus & digitorum.

OBSERVATIO VI.

De femore luxato.

CVi femur exciderat, huic id nullo modo restitui potuit, nisi machinamento ad hoc apto. Femur etenim (*vt ait Celsus lib. 8. cap. 20.*) in omnes quatuor partes promouetur, sæpissime in interiorem, deinde in exteriorem, raro admodum in priorem aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero & vastius est: extra enim pes vltimus spectat: si in exteriorem, breuius, rarumque fit, & intus inclinatur: calx in gressu terram non contingit, sed planta ima; meliusque id crus superius corpus, quam in priore casu fert; minusque baculo eget. Si in priorem crus extensum est, implicarique non potest, alteri cruri ad calcem par est: sed ima planta minus in priorem partem inclinatur; dolorque in hoc casu præcipuus est, & maxime vrina supprimitur. Vbi cum dolore inflammatio quieuit, commode ingrediuntur, rotusque eorum pes est. Sed & si in posteriorem extendi non potest crus, breuiusque est, vbi constituit, calx quoque terram non contingit. Magnum autem femori periculum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat (vt cognatæ nostræ euenit, vti in prima obseruatione diximus.) Quidam iterum semper excidere contendunt: sed Hippocrates & Diocles & Philotimus, & Nileus & Heraclides Tarentinus, clari admodum autores, ex toto se restituisse memoriæ prodiderunt. Neque tot genera machinamentorum quoque ad extendendum in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, reperissent, si id frustra esset. Sed, vt hæc falsa opinio est, sic illud verum est, cum ibi valentissimi nerui, musculique sint, si suum robur habent, vix admittere; si non habent, postea non continere. Tentandum igitur est, & si tenerius membrum est, satis est habenam alteram ab inguine, alteram & à genu intendi. Si validius, melius adducent, qui easdem habenas ad validos baculos deligarint, ac eorum fustium imas partes oppositæ moræ obiecerint; superioresque ad se vtraque manu traxerint. Etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, cui ab vtraque parte axes sunt, ad quos habenæ illæ deligantur, qui (*vt in torcularibus*) conuersi rumpere quoque, si quis perseuerauerit non solum extendere neruos & musculos possunt. Collocandus autem homo super id scamnum est, aut pronus, aut supinus, aut in latus: sic vt semper ea pars superior sit, in quam os prolapsum est: ea etiam inferior, à qua recessit. Neruis extentis, si in priorem os venit, rotundum aliquid super in-

guen ponendum, subitoque super id, genu adducendum est, eodem modo, eademque de causa, qua idem in brachio fit; protinusque si complicari femur potest, tutius est. In cæteris vero casibus, vbi ossa per vim paulum inter se recesserunt, medicus debet id quod eminet retro cogere; minister contra inde coxam propellere. Posito osse, nihil aliud noui curatio requirit, quam vt diutius is in lecto detineatur: ne si motum adhuc neruis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

SCHOLIA.

Paulus lib. 6 cap. 118. de coxa luxata.

QVum alia corporis ossa interim peruertantur, interim toto loco excidant, coxæ humerique articulus ei luxationi opportunus non est, qua tota sede (*inquit Paulus*) promouetur, atque ex his magis coxæ articulus: quoniam sinum & rotundum & profundum possidet; ad hæc, quod altioribus tuberculis munitus sit. At si quandoque articulus ob vim quandam vehementem sinu suo exciderit, etiam multæ luxationis maioris minorisque rationem differentiæ proueniunt; quatuorque modis, imo locis, coxa luxatur: vel enim in interiorem partem vel exteriorem, priorem, vel posteriorem, prolabitur: verum intro quidem & extra continue, & multo frequentius intro: in anteriora autem & posteriora rarius. Quibus itaque in interiorem partem coxa prolapsa est, iis crus affectum si cum sano conferas longius spectatur, & genu prominentius, & ad inguina crus inflectere nequeunt, & iuxta penē tumor manifestus occurrit, tamquam femoris capite illic desinente. Quibus autem in exteriora prolapsa est, iis contrariæ notæ eueniunt; siquidem crus breuius apparet, & iuxta penem regio in sinum dehiscit, clunes inturgescunt, & genu interius demergitur, crus inflectere possunt. Si in priorem partem prolapsa est, crus sine dolore genu extendunt, non autem ad interiorem partem inclinare possunt, incedere conantes: vrina his (*vt etiam antea ex Celso diximus*) supprimitur, inguina intumescunt, nates rugosæ excarnesque apparent: calci inter ambulandum innituntur. Porro quibus in posteriora excidit, non aut poplitem aut genu extendunt; neque inflectere prius quam inguina possunt: atque his crus breuius, inguina laxiora apparent, & per nates femoris caput eminet. Quibus sane iam inde à pueritia, aut certe longo temporis spatio articulus prolapsus curæ non fuit, etiam præsidium nihil promouerit, membro iam in orbem coacto. Quibus autem continenter excidit, hi curationem Hippocratis assument: quapropter statim reponi luxata debent; vetustæ siquidem coxæ luxationes, nullo modo consanescunt. Communiter itaque in quatuor luxationibus concinnatio congruet, tum quæ conuersione articuli & circumductu fit, tum quæ intensione. Si enim affectus recens fuerit, & æger iuuenis, nonnunquam femur continentes circumagentesque huc illuc articulum reposuimus. Quod si in interiorem partem luxatio declinauerit, etiam crure solum subito & valenter ad inguina quam intime flexo, id quod requiritur effecimus: sin autem his non cesserit, intensione vtendum', primum per manus adhibita, quæ crus ab inferiore parte trahant, ac per iecur tibiamque constringant; ex superiore autem parte, sub alas corpus circumdent. Quod si etiam valentior desideretur intensio, funibus cōtextis aut implicitis, vel loris crus deligabis, omnino quidem supra malleolum; vt autem genu nihil patiatur, hoc quoque superius ligare oportet: at pectoris regionem vincire necesse non est; verum, *vt dictum est*, manibus subter alas comprehendatur, lorique mollis & validi medium iuxta penem adaptatum, in humeros reducemus, anterius, per inguina & clauiculam; posterius, per summas partes: duoque lori capitula ministro trademus: deinde omnes simul trahentes, ita vt ægrotantis corpus prorsus eleuetur, intensionem hanc quam dexterrime moliemur. Hic quidem intendendi modus communis est quatuor femoris luxationum differentiis: priuatim autem in singulis modus quo ossa serta in sedem suam compelluntur, Græci *mochliam* dicunt, euariat. Intenso homine siquidem in interiorem partem articulus exciderit, lori iuxta penem siti medium inter femoris caput ipsumque penem dispensari conuenit; referri autem lorum per inguina adiacentia & clauiculam expedit. At adolescens quidam duobus cubitis affectum femur, qua crassius est, circumdatum, in exteriora valenter extrahit. Atque hic modus inserendi aliis expeditior est: cui si articulus non cesserit, aliis quoque vtendum variis quidem magis, sed eo efficacioribus, intendi etenim hominem super lignum grandius aut scamnum oportet, in quo etiam spinæ gibbero vitiatos intendimus. Insculpentur autē per totum fere oblongæ quædam ceu fossæ, quæ latitudinem altitudinemque trium digitorum, non maiorem, habeant, dissidentes inuicem non magis quam digitos quaternos; vt serta iuxta extremum in ipsis resistente, in quamcunque partem conueniat, restituatur membrum. Per medium autem lignum aut scamnum, aliud impingatur lignum pedalis longitudinis, columnulæ modo crassum; vt sub hoc intenso homine, lignum inter penem & femoris caput perueniat. Simul enim corpus iis qui à pedibus trahunt porrigi prohibebit: eoque ne vsu quidem sæpe venit, in contraria ex superiore parte intensio: simul autem intenso quoque homine, ipsum lignum femoris caput foras propellet; ac intensio iuxta superius dictum modum administrabitur, præsertim pedis. Quod si ne sic quidem in sedem suam redierit, impactum lignum tectum auferri debet, ex latere autem huius situs vtrimque singula ligna infigentur, tamquam limina, non minus quam pedalis longitudinis, his aliud lignum adaptabitur, gradus scalæ modo; vt trium lignorum figura. H literam repræsentet, nam paulo inferius summis medium lignum accommodabitur. Deinde in sanum latus

iacente

iacente homine, sanum quidem crus inter hæc limina subter gradum quodam modo ducemus, affectum autẽ crus ex superiore parte super hunc ponemus, vt ipsi femoris capiti accommodetur, substrato prius ei multiplici vestimento, ne femur contundatur, aliud autem lignum mediocriter latum, tantam habens longitudinem vt à femoris capite vsque ad malleolum subiectum pertineat, intrinsecus cruri alligabitur. Vbi iam facta est hæc intensio, aut per pistillum, *vt in gibbero prius diximus*, detrahere ad ima crus cum alligato ligno oportet, vt violentia hac femoris caput in propriam sedem reuertatur. Cæterum est & alius reponendi modus sine intensione per lignũ, ab Hippocrate commendatus. Manus enim, *inquit*, ægrotantis molliter costis alligare oportet, & pedes vtrosque valido loro molli per malleolos & super genu fasciare, vt quatuor digitorum spacio inuicem distent: intenso autem affecto crure duobus digitis magis quam alterum hominem suspendere, vt caput cubitos duos à terra absit. Adolescens vero aliquis peritus cubitis suis femur affectum comprehendens qua breuissimum est, vbi & caput femoris, & ex rheda suspendens hominem facile compellet articulum ingredi. Atque hic reponendi modus aliis quidẽ simplicior est, vt qui non multo apparatu peragatur; sed veluti miserabilem, ipsum vulgus abominatur. Porro si in exteriora membrum fuerit luxatum, homo superius intendi debet: lorum autem iuxta penem per oppositas partes ferri conuenit, inguina dico & clauiculam: medicum ab exteriore parte introrsum agitare iuxta conuenientem formam ex iis quæ insculptæ sunt, ministro quodam vectem ad sanum clunem, ne cedat, obiiciente. Sin autem in priora promotus est articulus, homine intenso vir quidam validus dextræ manus palmam affectis inguinibus imponens, altera comprimet, & simul ad ima, simul ad genu constringet. At si in posteriora prolapsum est articulamentum, non opus est quidem hominem in altum vsque intendi, sed in firmo iacere, quemadmodum etiam si in exteriora articulus exciderit. Sicuti autem in gibbero dicebat, super lignum aut scamnum homo pronus intenderur, vinculis non per ilia, sed in crure, vt nuper dictum est, porrectis. Iam vero vti conuenit constrictione per asserem adhibita, iuxta clunium regionem, vbi & articulus excidit. Atque hæc sane de coxendice ex causa foris adueniente luxata, dicta sint. Quoniam vero propter copiã humiditatis veluti humerus, sic etiam coxa prolabitur, vstione vtendum est, quemadmodum in capite ipsius comprehendimus. *Hactenus Paulus.* At hoc tempore etiam chirurgi iuniores & varii alii neoterici autores inter se discrepant, vt annotauit Guido. Nam Albucasis ponit solummodo tres modos; ad interiora, exteriora, posteriora. Brunus, Theodoricus, Lanfrancus, sequentes Auicennam, quatuor ponunt; sed facta comparatione plurimum ad exteriora, raro vero ad interiora fieri: Guilhelmus de Saliceto oppositũ

Guido de Cauliaco de vest. disloc. cap 7. de dislocatione schia aut coxa.

dicit, sæpius ad posteriora, nunquam ad exteriora, ob os ad anchæ ligamentum. Cæterum quum omnes modi curandi quasi concurrant in duobus modis restantandi, scilicet ad interius & posterius, ideo parum curandum est, & quod ad signa, præter communia, propria magis ipse Auicenna explicauit, scilicet quod in dislocatione ad interius & anterius tibia infirma longior est alia, neque potest plicari: quia caput coxæ subintrauit inguen, vt illud inflauit, & in eo apparet concauitas in parte exteriori. In dislocatione ad exterius & posterius è conuerso, tibia breuior est, & non calcat calcaneo, neq; de alia potest separari, & est concauitas in inguine, & exterius eminentia. Quod ad modos quoque attinet reducendi, hic animaduertendum, licet authores multos diuersosque modos proferant, ad communem tamen quendam omnes intenti sunt, & duos magis proprios. Communis autem modus apud Albucasin ad reliquos omnes vtilis est, quando ignoratur proprius modus dislocationis, teneatur autem æger per humeros fortiter, aut ligatur per humeros per radicem coxæ fascia ad columnam cum corio, & trahatur etiam manibus per inguen, & ab alia parte per genu fortiter coxa: & vice vna taliter fit extensio, quod quasi eleuetur æger à terra; & tunc tandem coxa ad eandem partem moueatur, quousque sit reducta. *Primus modus* proprius ad interiorem & anteriorem est, quod, vt dictum est, æger trahatur: & dum eminentia apud inguen cum calcaneo impellatur coxa, per genu ad interius ducatur. *Secundus modus* proprius ad exteriorem & posteriorem luxationem, est quod eodem modo æger trahatur: & dum eminentia extra cum genu impellatur coxa, per genu ad exterius trahatur. Perfectio reductionis per longitudinem comparis sanæ manifestatur, *Rogerio teste, & Iamerio eius imitatore.* Modus alius aptissimus ad extendendum est, quem alias vsurpaui, inquit Guido: *Extendebatur mensa longior ipso ægro, & in quolibet capite, firmabatur columna: postea cum mantili transeunte per inguina subtus dorsum & supra ventrẽ ligabatur ad columnam: & cum alio mantili ligata coxa supra genu, voluendo totam tibiam vsque ad calcaneum ad aliam ligabatur columnam: & cum bacillo posito inter mantile & columnam torquendo trahebatur ad quamlibet partem.* Circa firmandi modum non est aliud faciendum quam in aliis: nisi quod ligatur infirmus, incipiendo supra eminentiam ad partem oppositam, & transeundo ante & retro per renes ad partem sanam. Et in interiori ponitur pecia de panno, aut stuppa supra inguen: & ligatur cũ tibia sana: & quando antiqua, vtuntur suspensione pedis ad humerum, *vt Auicenna facit.* Et in exteriori ponitur ferula longa vsq; ad calcaneũ. Et quando est antiqua, ligatur pondus trium aut quatuor librarum in coxa, comprehendendo tibiam & pendeat ad rotulam versatilem cum trochlea. Mutatur de quinto in quintum, & firmatur triginta diebus.

OBSERVATIO VII.

De genu articulo è suo loco paulululum moto.

CVm articulus genu à suo loco aliquantulũ remotus esset, chirurgus, vt docet Iohannes de Vigo *lib. 6. cap. 8.* de dislocatione genu & eius rotulæ, cum membri extensione, manibus restaurabat, & os in suum locum cum decenti pressura componebat; adiecta ferula commoda, & decenti ligatura per multos dies vtiliter adhibita, prius stuppis & emplastro ex farina volatili appositis, & sub curuatura pannus genu plicationem prohibens iniectus est. Remedia autem de tertio in tertium mutata. Interim non festinabat auferre supradicta & ferulam, aut ad ambulandum festinandumue, ne denuo loco suo remoueretur. Genu autem in tres partes promouetur (*teste Paulo lib. 6. cap. 119.*) interiorem nimirum, exteriorem, & iuxta poplitem: in priorem prolabi opposita patella prohibetur. Eiusdem igitur intensionis vtentes modis, interdum per manus solas, interdum etiam funibus decenter deligabimus: reliquamque adferemus curationem; hoc spectantes, vt particula diutius immobilis conseruetur.

SCHOLIA.

IDem fere & Celsus *lib. 8. cap. 21.* de genu scriptum reliquit: *Genu* inquit *& in exteriorem & in interiorem & in posteriorem partem excidere notissimum est.* In priorem non prolabi plerique scripserunt, potestque id vero proximum esse: cum inde opposita patella, ipsa quoque caput tibiæ contineat. Meges tamen eum cui in priorem partem excidisset, à se curatum esse memoriæ prodidit. In his casibus intendi nerui rationibus iisdẽ quas in femore retuli, possunt. Et id quidem quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure, reconditur. Cætera vero manibus simul, cum ossa in diuersas partes compelluntur. Neoterici hæc addunt: *Genu est velocis dislocationis: fortasse enim dislocatur, absque causa præter deambulationem velocem, aut lubricat partem, vt canalis, multoties excidit absque causa præter saltum: Et genu quidem dislocatur ad omnem partem, nisi ad interiorẽ, propter rotulam & adiutorium eius.* Hoc modo fit curatio: Sedeat infirmus super sedem humilem seu propinquam terræ: & eleuentur pedes eius paulumper: deinde extendat vir fortis manum suam desuper, & desubtus extensione forti reducat restaurator iuncturam ad dispositionem suã, secundum iudicium dislocationis vniuersalis, & liget eam. Addit Theodoricus *lib. 2. cap. 52.* & si necesse fuerit, fotus & inunctiones præmittantur, vt facilius restauretur, postea ligetur primo contractum, postea extensum: deinde paulatim moueatur, donec ambulare consuescat, præstat tamen diutius immobile manere, *vti dictum est.* Lanfrancus eadem quoque refert, & quod facile dignoscatur quando subito motus membri & erectio denegatur. At si apostema adfuerit, prius sedandum, antequam imponatur: sed & huius restaurationem & curationem paulo diligentius scribit Guilhelmus de Saliceto *cap. 27. lib. 3.* etiam cum vulnere. Sed adiicit quod omnis dislocatio cuiuslibet membri postquam restaurata fuerit, si fuerit simplex, non cum apostemate vel vulnere coniuncta, breuissime curatur, & non requirit multas deligaturas. Sed quando ibidem fuerit mollificatio, separatio, extensio, contortio, vel tale quippiam, sunt affectus neruorum, ligamentorum, lacertorum & tendinum, & ideo longius tempus requirunt in curatione; quare vbi dislocatio restaurata est, & non redit membrum ad propriam actionem, medicus iudicabit quod cũ ea fuerit extensio vel contortio in neruo aut tendine aut lacerto vltra debitum, & violenta, quæ requirit neruosarum partium roborationem, & mollificationem cum *oleis, pinguedinibus, medullis & vng. de gummis,* & similibus, ab eodem descriptis cap. *de dislocat. spinæ & spondylium.* Quando accidit rotulæ dislocatio, oportet vt ponatur pes plane in terram, & reducatur rotula: deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus duplicationem: & ponantur super eam hastellæ seu ferulæ resistentes ei in parte ad quam declinat. Cum ergo stringitur & adhæret, non duplicetur genu cum festinatione; sed paulatim, donec bene alleuetur. Iubet autem Auicenna duplicari paulatim: nam dicit Lanfrancus & Iamesius, quod non est ingenium firmandi rotulam post reductionem, quam duplare crus cum coxa: & ideo ligata teneatur per horam. At Guilhelmus de Saliceto *lib. 3. cap. 26. de separatione rotulæ genu*; Hoc membrum, *inquit*, non dislocatur, sed separatur & mollificatur, & conuertitur ad partem inferiorem vltra debitum; & raro ad superiora: & istud scies quum æger crus erigit, si non redeat rotula in sedem suam in tali mollificatione vel separatione, in hoc casu nihil aliud requiritur quam vt æger recte stet in suos pedes, & à ministris idoneis ita in pedes detineatur, & ex aduerso per pectus, ne moueri possit: & tunc medicus premat manibus fortiter, & impellat violenter, docte tamen & ingeniose, rotulam in locum suum; quæ facile redit dum hoc modo moueatur, eaque reducta immediate loco imponantur faldellæ stuppeæ, longæ, latæ, & totum genu ex transuerso ac infra cum supra comprehendant, infusæ prius in vino nigro styptico parno, aut aqua, & expressæ, vel emplast. constrict. positum de disloc. *adiutorii* seu *humeri.* & dictæ stuppæ sint inuolutæ in *alb. oui & pul. constrict.* Et si emplastrum posueris, superpone faldellas stuppeas longas, latasque, infusas in vino, & expressas: deinde locus decenter ligetur fascia lata per quatuor digitos, & satis longa, vt supra infraque genu reuolutionibus duci possit; & non soluatur ad V. dies: deinde iterum ligetur, & erit sanatus. Si autem fuerit composita cum vulnere & fractura, tunc fiet vt antea per sæpe dictum est: & si adfuerit mollificatio, contortio aut separatio, fiat vt nosti; adhibita & phlebotomia in brachio aut

pede

Modo de restauratione dislocationum cap. 8. de dislocatione genu & rotulæ, pedis & partium eius.

De rotula.

pede è directo, si opus est: ita & de ventusis & victus ratione dicendum, vt in sermone vniuersali præscriptum est, & circa locum non omittendo defensiuum. Et si aliqua durities vel nodi remanserint post loci firmationem, tunc bis in die vng. emolliente descripto de *dislocatione spinæ & vertebrarum* apud eundem, inungatur.

Observatio VIII.

De pede luxato.

CVm nodus rasceta pedis facile dislocetur, sed difficulter restauretur (*vt idem Gilbelmus de Saliceto dicebat*) ob parua ossa quæ sex numero habentur; quidam harum partium facta luxatione, per chirurgum fecit restaurationem manualem, cum auxilio ministrorum idoneorum; quia hic locus non indiget multa extensione, nec violentia ægri, ne ex dolore confluxus humorum fiat & inflammatio. Facta itaque æquatione, statim apposuit peciam infusam in *oleo ros. calido*, & desuper emplastrum constrictiuum: deinde & faldellas stuppeas infusas in vino nigro, & circa locum, inungendo cum aliquo defensiuo: & facta ligatione cum fascia lata per quatuor digitos, firmatis circumuolutionibus cum sutura, decumbebat corpore supino, crure eleuato ac pede, quo minus humor ad partem læsam confluetet: interim hora ligationis non stringendo locũ dolorose, ne accederet inflatio aut inflammatio, vel pes stupidus fieret, qua causa & idem in paralysin incidere potest, & tandem mortificari: neque prima ligatio soluebatur nisi quinto die, deinde de tertio in tertium: & ita curatus fuit.

SCHOLIA.

Lib. 8 cap. 2 de Talo. TAlus (*inquit Celsus*) in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem conuertitur. Vbi huic contrarius talus, contrarium signum etiam extat. Si in priorem partem erumpit, à posteriore latus neruus, durus est, minusque eo opus est: si in posteriorẽ, lanx pæne cõditur, plaga maior fit. Reponitur autem is quoque per manus prius in diuersa pede, & crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseuerandum est, ne is talus qui totum corpus sustinet, parũ confirmatis neruis ferendo oneri cedat, rursusque prorumpat. Calciamentis quoque humilioribus primo tempore vtendum, ne iunctura talum ipsum lædat. Plantæ ossa iisdem modis quibus in manu, prodeunt, iisdemque conduntur. Fascia *Cap. 23 de planta.* tantummodo calcem quoq; debet comprehendere; ne cum mediam plantam, imumque eius vinciri necesse est, liber talus in medio relictus, materiam pleniorem recipiat; ideoque suppuret. In digitis quoque nihil vltra fieri debet, quã quod in his qui sunt in manu, positum est. Potest tamen conditus articulus medius aut summus canaliculo aliquo contineri. Hæc sane in his casibus facienda sunt, vbi sine vulnere ossa excide- *Cap. 24. de digitis.* runt. Iam quoque talis articulus (*Paulo attestante*) si paulum excessit, modica etiam intensione curatur: si toto loco mutatus est, vehementiore eget auxilio. Tentandum itaque & hic per manus validiore intensione vti. Quod si non reponitur, homine humi resupinato extensoque, longum aliquem & validum palum inter duo femora iuxta penem in imam humum rectum defigemus, vt corpus aduersus eum renitens, ad pedis intensionem non cedat: imo prius defigetur, quam homo decumbat. Quod si magnum illud lignũ adest, quod pedale aliud lignum per medium habere defixum diximus, super hoc intensionem moliemur, ministro vno femur continente retrahenteque, alter manibus aut loro pedem trahet. medicus luxatum manibus diriget, alterumque pedem alius ad ima continebit. A repositione deligari tuto pes debet, fasciis ad superiorem pedis partem, aliis ad talum distribuendis; cura adhibita, ne posterior tendo iuxta calcem constringatur. In hoc casu vsque ad dies quadraginta in quiete homini perseuerandum est, nam incedere ante absolutam curationem tentantes, particulam reddunt inutilem. At si quis ex saltu calcis os peruerterit, vel etiam aliam quanpiam inflammationis dispositionem fecerit, blanda quadam intensione, confirmatione, fomentis inflammationi contrariis, & fasciis firmis id dirigendũ est, homine similiter vsque dum consanuerit, in lectulo perseuerante. Cæterum digitorum peruersio, vt in manibus dicebamus, non difficulter moderata tensione emendatur. In omnibus autem luxationibus peruersisque, postquam instaurata sunt & conquieuerunt, inflammationẽ in articulis, vt verisimile est, remanentem, aut tumorem, (*quæ etiam diu membra à functionibus impediunt*) mollientibus remediis persanabimus, quorum materiem nullus qui in artis operibus versatur, ignorat, iuxta Neotericos circa luxationem pedis intelligendum est (*vt & Guido dicebat*) quod pes faciliter luxatur, & faciliter reducitur: sed difficulter firmatur, propter multitudinem ossium componentium iuncturam: & potest dislocari ad quamcunq; partem, præcipue ad exteriorem & interiorem, cuius signa sunt eminentia, & concauitas insolita, dolor, & priuatio motus. In reductione eius non est aliud: nisi quod ægro bene firmato, & tibia extensa pes trahatur, & moueatur ad quamuis partem fortiter: & eminentia manibus comprimatur, quousque reducatur, firmetur, & ferula adhibeatur, mutetur de quinq. in quinq; dies, quiescat per 30. aut 40. dies, alioqui sæpe in reductione pedis partium erratur. At digiti pedis, *vt dicebat Gulib. de Saliceto li. 3. cap. 29. de dislocatione digitorum pedis*, restaurantur vt digiti manus & emplastratur locus emplastro constrictiuo, dicto in cap. de dislocatione humeri: id enim partes annectit sua stypticitate: nam ex forti ligatione & strictura stupor fieri posset, & tandem membri mortificatio. Vel luco emplastri digitus inuoluatur, vel luxati digiti faldellis stuppeis infusis in vino nigro styptico, vel

Lib. 6. cap. 120. de malleoli articulo, vbi etiam de pedis digitis agitur.

De dislocatione pedis & digitorum eiusdem, iuxta iuniores.

aqua, & expressis, deinde inuolutis in oui liquore & pul. constrictiuis & si opus est, ferulis paruis insuper adiiciantur decenter, ne dolorem inferant. Deinde super his fiat ligatio decens ac artificiosa fascia lata ad duos digitos vel pollicem vnum iniecta, vt de digitis manuum dictum est, & non soluatur vsq; ad tres vel quinq; dies, nisi dolor partis affectæ aut tumor & loci apostematio dissolutionem vrgeat: vel soluatur omni die, ne membri exiguitate & debilitate stupor in ipso consequatur, & mortificatio aut gangræna succedat. In fine autem firmationis bis in die locus inungatur pinguiuscule cum vnguento de pinguedinibus & gummis facto & præscripto in capite de dislocatione genu. Non omittenda verò est phlebotomia ex saluatella pedis oppositi vel in brachio; nec ventris lenitio, aut victus ratio accurata, modo dolor intolerabilis, tum alia id indicent.

Nunc tempestiuum est, vt vela contrahamus & huic nono libro, atque adeo toti nostro Chirurgico tractatui finem impunamus, & classicũ canentes, Deo optimo gratias agamus, qui sua liberalitate & benignitate nobis & animi promptitudinem & alacritatem concessit, mihique licet corpore satis debili, robur adiecit, vt hunc indefessum laborem exegerim, vtq; præter quotidianam praxin adeo laboriosam tandem & hos libros omnes, subinde quoque valetudinarius existens, ad finem perduxerim, cum viginti septem fere annis praxin exercuissem, & eo potissimum tempore, cum vbiq; bella intestina, maxime vero in istis regionibus inferioribus Germaniæ, tum etiam Gallia adeo omnes sæuirent, vt vix quisquam tutus esse potuerit, milite adhuc externo plusquam satis in miseram plebem sæuiente. Quare vt illius temporis molestias declinatem, ocium, quamuis tarum satis, ob ægrorum nostrorum continuas curationes, nactus, etiam animum ad scribendum appuli, tum ea quæ istis præcedentibus annis in praxi mea obseruaueram, in hunc ordinem quem nunc vides redegi, quæ & aliis omnibus vt prodesse possint, posteris communia feci, ne cum iniquo seruo deputatus talentum meum sub terra reconderem: & insuperhis Scholia quoq; adieci; atque non solum medicas Obseruationes nostras, sed & eas quæ ex professo de Chirurgia tractant, etiamnum ad finem deduxi, ipso 31. die Octobris, anno 1570. videlicet in ipso profesto omnium Sanctorum, qui nunc in cælis cum suo Seruatore gaudent; ad quos ipse Deus Omnipotens me tum omnes nos deducere dignetur. Cui gloria, laus, & potestas nunc & in seculum. Amen.

Finis Libri Noni Obseruationum Chirurgicarum, de luxatis ossibus, Petro Foresto Alcmariano medico authore.

